R. 1217
De la Libreria del Coleg. M. R. Univ. de Granada

# ILLVSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI EPISCOPI BARBASTRENSIS Paſtorale Regularium.

De la libreria del Coleg.o M.or de S.ta Cruz de Granada




LVGDVNI
Sumpt. PHILIPPI BORDE LAVRENTII ARNAVD ET CLAVDII RIGAVD. MDCLV. cum Approb. DD.

EMINENTISSIMO DOM.

# D. BALTHASARI DE MOSCOSO, ET SANDOVAL,

S.R.E. CARDINALI, SVB TITVLO S. CRVCIS, ARCHIEPISCOPO TOLETANO, Hiſpaniarum Primati, PHILIPPO IV. Regi Catholico in Supremo Status Senatu Conſiliario:

*D. Didacus Antonius Frances de Vrrutigoiti, Archipresbyter Darocenſis,* D. D.

ANCEPS hæreo, CARDINALIS EMINENT. in ipſa Epiſtolæ fronte, primóque in limine Opuſculi, quod ſupplex ſiſto ad Aras Clementiæ, & Magnitudinis Tuæ: Nec facilè diſcernere eſt, vtrùm *meus hic* PASTOR, de tanto Numine obumbrante beatior; An ego ipſe, qui genui, de tam Solari lumine irradiante felicior. Certè, vt ille fortunatior, cui degere ſecuro datur ad vmbram; Ego minus felix ipſa mea felicitate & blandiente fortuna, cum verendum ſit, ne in tantam ſubitò Sapientiæ, Nobilitatis, Religionis, Dignitatíſque lucem erumpenti oculi perſtringantur: Abero tamen procul ab inuidentia, cũ, quę ille ab indulgentiſſimo Patrono expectat beneficia, ea ipſe inter bona mea reponam, cùm gloria prolis redundet in Patrem. Nec ſi conſcius, vel audaciæ, vel periculi mei, pedem referre voluiſſem, & intra carceres me propriæ tenuitatis continere, nec ad eius patrocinium, tam *Alta*, *Miraque* meditari partus ipſe, qui editur, tam auſpicato ſub ſidere, pateretur, ad quod non tam feſtinat anhelus, quàm volat alatus

*Sub pedibuſque Tuis Clypeique vmbone tegendus*

Neque verò adeo ſum mentis inops, vt exprobrem illi, quod, vt audacter, prudenti tamen conſilio, ad *Eminentiæ Tuæ* præſidium,

ã 3 fauo

fauorémque confugiat. Ad quem enim, rectiori tramite, tenderet Religioſus hic Paſtor, quam ad eum, de quo in laudibus Cypriani
Naziãz. Naziãzenus? *Paſtor deinde creatur, & Paſtor optimus, & probatiſſimus.* Aut cuius opem confidenter imploret opilio, quam illius, vnde egregius, & Regius Paſtor promptiſſima ſibi pollicebatur auxilia?
Pſalm. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi: auxilium meum à Domino meo* (*Eminentiſſimo Cardinali,*) Archipræſule Toletano digniſſimo, ad cuius animi excelſam altitudinem quotuſquiſque attollat venerabundus oculos, cui ſtatim non obuerſetur.
Ezech. 35. Editiſſimus *Mons ſupra verticem Montium* illorum, de quibus Deus per Ezechielem cap. 35. *Viſitabo oues meas, & paſcam eas in montibus Iſraël, in montibus excelſis* (*Altis* nimirum, ac *Miris*) *erunt paſcua earum*, vbi tondentur Herbæ ſaluberrimæ, vbi grex pingueſcit, & vellere nitidiore veſtitur, vbi ſaltitant ludibundi agniculi, vbi fontes pellucidi ebulliunt, & grato murmure riuuli præterlabuntur, vbi denique ad arcendos lupos tuta mappalia? Quis porrò Paſtori meo, aut audaciæ, aut vertat inſcitiæ, quod recens natus, ductu ſupra ætatem, *Te* quærat Paſtorem optimum, *ſi pares cum paribus* officio certè, impares faſtigio, & meritis, veteri prouerbio, *facillime congregantur.* Paſtorum Principem IESVM vix natum de Virgine videas, cum Angelus ad Paſtores gaudia magna, lætus euangelizat, iiſdémque alacres, ac hilares ad ſalutandum, accurrunt. Agnoſces cum Ambroſio, *Fauſtiſſima Eccleſiæ ſurgentis exordia: Chriſtus naſcitur, & Paſtores vigilare cœperunt, qui gentium greges, pecudum more, antè viuentes, in caulam Domini congregarent,* &c.

Ego verò qui inter ipſa Feſta Natalitia, feliciſſimo ſydere editum ſub Tuis auſpiciis Paſtorem meum vix cunis eductum, ac conſiſtentem pedibus, citato iam curſu ad Aſylum *Eminentiæ Tuæ* properantem, aut non poſſum ſiſtere, aut tenere non debeo: Id tamen pro virili contendam, ne ſeſe Eoïs Regibus adoraturis immiſceat, nec depoſito ſacco, ac ſacco ambiat altiores cothurnos, & audaculus ſeſe intrudat in Regalia paludamenta familiæ Tuæ ornamenta clariſſima. Coërcebo illum volentem, nolentem intra Paſtoritias metas: Neque per *Alta, Miraque*, quæ ſuppetunt abundè magnalia permittam liberè diuagari: Illa enim celebrare pro meritis non modò excedit agreſtes auenas, ruſticanas tibias; ſed & ſuperat Reginæ Eloquentiæ Principes lyras, Cytharaſque, Cheleſque; quin & Famæ ipſius alius ſonantis tubas buccinatrices. Ideo, cui cordi eſt tuam demereri gratiam, non onerare patientiam, aut iracundiam accendere, nequaquam id aget ſtudioſior, vt Te de nobiliſſimæ ſtirpis annoſa ſenectute laudabilem, nec de fumoſis attauorum imaginibus glorioſum prædicet: *Statuat iſta* (inquit Ennodius) *loco laudis, cui non ſuppetit prædicare de moribus.* Illa domûs potius decora

censen

cenſenda, quam Tua: in quæ, ſi oculos, mens eſſet, conuertere, conuincerem illud certè, nec ipſis illis, qui Regia tument propinquitate inuidendum. At non intuear ego in Te, quam claritudinem ipſe de Excellentiſſima Familia Hauſeris ſanguinis; ſed quæ ſplendoris ornaméta, *Alta-Miris, Sandoualibus, Moſcoſiſque Proauis* Tuis, virtutum tuarum luminibus prolixè contuleris: Tibi *omnis gloria ab intus:* Tibi felicitatis cumulus non aliunde Paſtori meo petendus eſt, quàm à laudabiliter obito Paſtoris officio. Maluiſti enim (quæ tui animi eximia demiſſio eſt, & in celſitudine tanta, morum tanta modeſtia) Paſtor optimus eſſe, quam dici, aut videri.

Equidem quoties de Te cogito, *Cardinalis Eminentiſſ.* cogito autem cum ſumma animi mei voluptate frequenter, toties audire mihi videor Toletanam Eccleſiam tuam, Eccleſiarum in Hiſpania Primatem, ac facilè Principem de *Balthaſaris* ſui ſalute ſollicitam anxiè ſciſcitantem, quod Regia ſponſa de Paſtorum Coriphæo: *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* O Toletana Eccleſia, Paſtorem tuum paſcentem oues, ducentem adaquatum, ad caulas præeuntem, ſtrenuè ſeſe obiectantem rapacioribus lupis, & vbique, & paſſim inuenias: cubantem vero, ſomnóque indulgentem, non dicam meridie (quod voluptatis, & laxamenti eſt) ſed ne concubia nocte, quod iuris ſtrictioris eſt, ac neceſſitatis. Nempe æmulus magni Iacobi noctes traducit inſomnes, Patriarchæ inſtar, nec tam fugat ſomnum ab oculis, quàm ipſos à ſomni delinimento. Diues verè erat pecorum Paſtor ille Epithalamij ſacratioris, nec inops bubulcorum. Quot ipſi myriades agnorum ludebant in pratis? Quot in denſis nemoribus viridantes fluminum ripas ouium millia molle tondebant? Præerant iis Opiliones quamplurimi, aduigilabant fideliſſimi canes: num ideo gregis oblitus domi reſidebat, aut inter culcitras Amyclæa pluma molles altè ſtertebat? Num curæ famulorum vniuerſa credebat? Quidni fœlix, fortunatúmque pecus ſub tanto Magiſtro? O ter, & amplius beatas, Paſtore Te, Giennenſem, Toletanamque Diœceſes! Cui iucundum fuit commoda poſthabere priuata, Aulæ Pontificiæ Romæ; Regiæ, Matriti otium, delitiaſque aſpernari; prærupta, & confragoſa collibus aſperrimis, ſolis ibicibus peruia, alacri feſtinatione, montana conſcendere, pagos, ac humiles caſas circumire, ruſticanis turbis gratanter admiſceri: cùm tamen Vicariis adminiſtris abundes, quorum integritati, ac diligentiæ tutò poſſis curam gregis paſcendi committere. O iam non Paſtorem tantum; ſed & indulgentiſſimum Patrem! *Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos.* Vbi præclarè Auguſtinus: *Non* In Pſal. 49.
*nutrix fouens filios alienos: ſed nutrix fouens filios ſuos. Sunt enim matres, quæ cum pepererint, dant nutricibus: illæ, quæ pepererunt, non fouent filios ſuos; quia nutriendos dederunt: Iſte verò, ipſe pepererat, fouebat ipſe;*

 nulli

*nulli nutrici,quos pepererat, committebat.* O verè Parens, *Cardinalis Eminentiſſ.* cuius ſugunt filij vbera cœleſti lacte manantia! Quidni ſub tali Paſtore,ô Toletana Eccleſia ad miraculum floreas,ad inuidiam triumphes, luceas ad exemplum.

Columella lib.7. cap.6. Quàm plene omnia præſtantiſſimi Paſtoris munia expleuiſti, qui,Columella teſte, *Magiſter pecoris acer,durus,ſtrenuus,laboris patientiſſimus, alacer atque audax eſſe debet: & qui per rupes, per ſolitudines atque vepres facilè vadat, & non, vt alterius generis Paſtores, ſequatur; ſed plerumque antecedat gregem,circumſpectus,ac vigilans, magna clementia moderetur,idémque Duci propior,quàm Domino.* O imaginem *Eminentiſſimi Cardinalis,* impigri plane, acris,ac ſtrenui, vt cui ſæpe congreſſus ſit cum Leonibus,cum Vrſis,cum famelicis Lupis,hoc eſt,cum vitiorum fœda colluuie, quæ feris omnibus ſunt fortiora, laborum tolerantia inſignis, vt cui loca ardua adeunda frequenter; viuendum parcè, vigilandum aſſiduè, ſeuerè cubandum: quem

*Nec puduit cum non ſerus ſua ouilia viſit,*
*Si qua iacebat ouis partu reſoluta recenti,*
*Hanc humeris portare ſuis, natóſque tepenti*
*Ferre ſinu tremulos, & nondum ſtare paratos.*

Hæc, Te ouilis curę, quamdiu Romę egiſti, ſollicitum tenuit,inuitumque quaſi ſpecioſo carcere, & aurata compede premereris, & ruptis tandem vinculis, ouium tuarum deſiderio tabeſcentem in Hiſpaniam reuocauit; hęc Te propriis ſedibus pepulit, fecítque in ipſa Patria peregrinum, cui nulli certi lares, nulla fixa regio. Ardentiore in dies ſubditorum accenſus zelo id tibi reputas Natale ſolum, eam chariſſimam patriam, illud mille commodis exuberans domicilium,auguſtumque *Eminentiæ Tuæ* Palatium, vbi animarum Tibi creditarum opulentior ſeges, vbi maiora Chriſti ſperantur obſequia.

Magnus ille credentium Pater, vt domo propria egrederetur, Dei mandatum expectauit: & tamen, quia iubenti paruit, ingentia ſibi pręmia,& laudis pręconia non obſcura promeruit. Rectiſſime Auguſtinus: *Nouum probationis genus, habenti propria, exilia indicere peregrina; ingerere laborem itineris, quieſcenti; & iantarum facultatum Domino, neceſſitatem imponere peregrinandi; cui non eſt magis dulce proprium tugurium, quàm palatia peregrina; & voluntaria caſa,quam digeſta Prætoria.* An non ipſe,Cardinalis Eminentiſſime, *Paſtor probatiſſime,* Forma factus gregis ex animo,ſimili, ac etiam magis inconcuſſo probationis genere Virtutum tuarum magnitudinem, extra omnem dubitationem poſuiſſe cenſeberis? Quaſi forte grandius non ſit ad commendationem dignitaris Tuę eadem Te, non vi pręcepti compulſum; ſed vnius charitatis calcaribus ſtimulatum,lubentem,libentem præſtitiſſe: & habentem Toleti in Vrbe Regia, Principe, opulentiſſima *Propria,* quæ quietus,ac beatus incoleres, *Exilia* tibimet *indixiſſe peregrina:* ac tantorum reddituum *Dominum*, non iam *impoſuiſſe neceſſitatem:* ſed occaſionem, & quaſi voluptatem peregrinanti per omnia Tuæ Diœceſeos oppida fuiſſe aucupatum; Tibi vni, quod generoſæ mentis,Deíque amantiſſimæ argumentum eſt, *Dulciora,* & auguſtoria *Pauperum tuguria*, quàm propria ſuperba Palatia, Regumque cœlo minantes turres: Tibi pagorum humiles *Caſæ* iucundiores ad tranſigendam quiete vitam, aptiores ad authoritatem tuendam infulis,augendámque,quàm purpuratorum Patrum, & Archi-Præſulum Toletanorum celſa Prætoria.In his,cùm in otio, ac deliciis agere poſſis,ætate præſertim iam ruente, & rigoribus vitæ aſperioris attrita, labores itinerum ſuſcepiſti, nec illorum Tibi meta alia præfixa,quàm vitæ finis. Vnde mirandum non eſt: quòd de Abram, hoc eſt de Patre excelſo, Abraham, id eſt Pater multarum gentium, de Epiſcopo Giennenſi, Archiepiſcopus Toletanus renunciatus ſis, & in Cardinalium album relatus, non ſine prouidentiæ arcanæ myſterio, ſub Titulo S.Crucis, vtpote, cui, *Abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri* Iesv Christi, & cui Crux ipſa ſit pro baculo Paſtorali. Accidit planè Tibi optimo merito Tuo, quod Salomoni mortalium ſapientiſſimo, qui dum in vnam veram Sapientiam, aciem intendit, audiit dicentem Deum: *Sed & hæc,quæ non poſtulaſti,dedi tibi,diuitias ſcilicet & gloriam.* Ipſe, ipſe, *Cardinalis Eminentiſſ.* diuinioris Sapientiæ Myſtes, eiuſdémque anteſignanus vnum illud totis induſtriæ neruis contendiſti,vt ſpiritalibus Tui animi,ouiumque Tuarum intentus fieret Deo gratior;non Pontifici Summo,aut Regi Catholico charior: vt virtute creſceres,non dignitate: vt cœli teneres culmina,non honorum ſublimia faſtigia;non vt opes acquireres,ſed vt liberaliſſime effunderes in pauperes. O Deus! de Tua in eos munificentia tacuiſſe ſatius eſt,quàm pauca profari. Nam, *vbi ad immenſum illius pelagus reſpicio,mihi ſermo præciditur*, dicebat Euthymius, *neque quid loquar* Euthymius.
*mihi reliquum eſt.*

Iam ſi tam gratum Deo fuit diuitias,& gloriam Salomonem non poſtulaſſe,quantò fuerit gratius, ea omnia Tibi multis nominibus meritiſſimo delata,repudiaſſe? Nec niſi ſummo Summi Pontificis,& Magni Philippi Regis imperio Giennenſem ſedem pro Toletana commutaſſe? Atque hic ego ſtatuo apicem præconiorum Tuorum: Nec vereor ab exprobrato mendatio, aut ab obiecta aſſentatione diſcrimen,ſi Tuo iuſtiſſimo encomio ſubſeruiat illud,vnde eloquétiſſimus Cyprianus Cornelio Pontifici Optimo debitum condidit Panegyricum. *Deinde Epiſcopatum* (addo & Archiepiſcopatum, rubrum

rubrumque Galerum *nec poſtulauit, nec voluit, nec, vt cæteri, quos arrogantiæ, & ſuperbiæ ſuæ tumor inflat, inuaſit: ſed quietus, & modeſtus, & quales eſſe conſueuerunt, qui ad hunc locum diuinitus eliguntur: pro pudore virginalis conſcientiæ ſuæ, & pro humilitate ingenita ſibi, & cuſtoditæ verecundiæ, non vt quidam, vim fecit, vt Epiſcopus fieret, ſed ipſe vim paſſus eſt, vt Epiſcopatum coactus exciperet.* Hinc autem, Cardinalis Optime, de contentis, reiectíſque diuitiis, & gloria celſiſſimæ in Ordine Hierarchico dignitatis coniice, qualis & quanta, Dei ipſius iudicio, ſit laus, cum Salomoni, de non poſtulatis, tanta ſit gloria. Teſtes appello, & iudices quoſcumque non iniquos rerum æſtimatores.

*Iudice me, quem nulla* TIBI *daret Inſula honorem,*
*Illum promeritis Inſula ſpreta dedit.*

Vnico rubeſcunt oſtro Purpurati Eccleſiæ Romanæ Patres: Te verò, *Balthaſar Cardinalis* duplici murice rubicundum contemplor, ac ſplendidum: dumque oculos venerabundus in vultum attollo Tuum beandus aſpectu, *Pulchrè* mihi videntur *genæ Tuæ* ſicut turturis. (Cant. 1.) Nec dubium, quin, qui Sponſæ formoſiſſimæ genas laudat, eas potiſſimum de innato ſibi rubore, non deſuper poſito fuco commendat. Rectè enim Plinius: *Infra oculos malæ homini tantum, quas priſci genas vocabant: pudoris hæc ſedes; vbi maximè rubor oſtenditur.* (Plinius lib. 11. cap. 37.) Quid autem, inquies, rubori commune cum turture, quem cinereum depingit Athenæus? Sanè ſi rubor ille gratior, Nazianzeno teſte, quem pudor parit; cum Auis iſta inter volucres celeberrima ſit pudicitiæ fama; conſequens etiam eſt, vt à rubore laudetur. Repete animo verba Cypriani, & mutato nomine, de Te non fabula narretur, ſed ipſiſſima veritas. *Pro pudore virginalis conſcientiæ ſuæ, & cuſtoditæ verecundiæ vim paſſus eſt, vt Epiſcopatum coactus exciperet.* Quis iam ſuccenſeat mihi, ſi de *Alta-Mirano* ſanguine purpuraſcentem Cardinalem, de modeſtiſſimo pudore concelebrem, de adſcititia, non fucata verecundia perilluſtrem ſimilem Turturi prædicem? Non ſcitu iniucundum eſt, quod Romanus Orator memoriæ prodidit: *Turtures curſu, & peregrinatione lætantur.* O verè Turturem, cui (vt ſuprà expenſum eſt) cum poſſis Domi Tuæ in ſumma opum diuitiarúmque affluentia conquieſcere, voluiſti vitam potius trahere, quàm agere Peregrinus! Sed audi Hieronymum, Purpuræ veſtræ ſupremum decus: *Turtur Auis pudiciſsima ſemper habitans in ſublimibus.* (Lib. 1. in Iouinian.) Sublimia Turtur cœlo natus ſemper inhabitat, atque fruitur aëre liberiore: Nunquam non alta, & cœleſtia ſuſpicit: vt meritò, quemadmodum ipſe, *Cardinalis Eminentiſſ.* de Turturis rubore laudando pulchreſcis, ſic ille viciſſim modeſtè tumidus de *Alta-Mirano* omine, & nomine glorietur, atque æmulus Celſitudinis Animi Tui, volatu perpeti ſemper in *Alta, Mira*, propenſione feratur. Quidni ex animo gratulor Toletanæ Eccleſiæ, quòd Archi-Præſulem ſuum *Alta-Miram* pari ornatu decorum, & Hyacinthina ſyntheſi reuerendum intueatur, ac ſupremum illum Iſraëlitici populi Antiſtitem! Huc adeſte animis, Toletanæ Eccleſiæ lumina, columina, & Abulenſem, de veſtro Archiepiſcopo philoſophantem accipite: (Abulenſ. q. 22. in 28. c. Exod.) *Sacerdos magnus totus hyacinthinus erat, tam in capite, quàm in reliquo corpore: quia hyacinthus eſt color cœleſtis; Sacerdos autem Magnus totus cœleſtis eſſe debet: in capite autem, quia omnes cogitationes ſuæ, de rebus cœleſtibus, ita vt totum deſiderium ſuum ſit in bona æterna: in corpore autem, quia in omnibus operationibus, totáque vitæ habitudine apparere debebat, quod ſolam vitam æternam deſiderabat, & inter cæteros, quaſi quoddam exemplar cœleſtis vitæ, atque futuræ Beatitudinis ſit.* O verè Sacerdotem, pro ſibi ingenita humilitate, opinione ſua, minimum; humanarum rerum, quæ maiori habentur in pretio deſpicientia, maximum! O certè Aquilam in nubibus: vel potius Turturem ſublimia, & cœleſtia meditantem!

Quid iam ſi genarum nomine Eccleſiæ intelligantur Antiſtites? Certè, ex bonorum Interpretum conſenſu, Turturibus hi conferuntur aptiſſimè: pudica enim hæc volucris, amiſſo conſorte, mœſtum ducit reliquum vitæ tempus, neque ſolantur viridantes ſyluæ, nec amœna temperies, non auicularum minurizantium ad gratam harmoniam ſoni: abdit ſe gemens in adyta nemorum pertinax refuga lucis oculos exhilarantis, in tenebris, ſine teſtibus ſemiſepulta profundè ſingultat:

*Sicuti vbi amiſſo thalami conſorte, per agros* (Mant. lib. 2. Parth.)
*Sola volat Turtur, nitidis nec potat in vndis,*
*Ne comitis priſci triſtetur imagine viſa;*
*Nec viridi poſthac fertur conſidere trunco.*

Dulcior de ſua ambroſia ſanctiſſ. Ambroſius: (Lib. 5. Exaëm. cap. 19.) *Itaque iterare coniunctionē recuſat; nec pudoris iura, aut cōplaciti viri reſoluit fœdera: Illi ſoli ſuam charitatem reſeruat, illi cuſtodit nomen vxoris.* Hinc autem quot aliis documenta Paſtoribus, tot Tibi Eminentiſſime Cardinalis, glorioſiſſima petuntur elogia. Enimverò Turturi ex Athenæo, vnicum coniugium eſt, fidus videlicet, atque indiuiduus vterque comes, qui non aliter quam morte ſeparentur. O fideliſſimum ad memoriam ſæculorum omnium BALTHASAREM DE MOSCOSO, & SANDOVAL Sponſæ ſuæ Giennenſi Eccleſiæ, qui ad opulentiores nuptias cum Toletana Principe, à Catholico Rege inuitatus *iterare coniunctionem* conſtantiſſime *recuſauit*: *Nec iura pudoris, aut complacitæ conſortis reſoluit fœdera, adfectu indiuiduus comes*: Illi ſoli voluit datam ſeruare fidem, *conſeruare charitatem.* Non interiectis amicorum votis, aut propinquorum Optimatum ſuffragiis,

Regi

Regi Catholico moleſtiam peperit,vt ad clariſſimum illud, ditiſſimumque apicem eueheretur: *Nec poſtulauit*,nec voluit,nec inuaſit: imò enimverô vim, cum intimo doloris ſenſu *paſſus eſt*, vrgente præcepto,Romani Pontificis,cui,& PHILIPPO,etiam Regum Maximo,vtrique de Chriſtiana Reipublica in primis merito,eiuſdémque promouendæ zelantiſſimo,ad Dei gloriam, ſalutémque animarum ita expedire iudicatum eſt.Sed calamum in maiora præconia geſtientem compeſco, ne pluribus onerem modeſtiam Tuam, eximiumque & oris,& animi Tui candorem,nouo rubore ſuffendens, Tertium feciſſe videar Patrem Purpuratum. Ita enim comparatum eſt,vt quo quis inter Chriſtiani Regni Proceres laude dignior eſt, eo moleſtius audiat, quæ in ſui nominis commendationem dicuntur officioſius, quàm prolixius. Donet tenuitati meæ vetuſtiſſima illa Familiæ Tuæ Nobilitas,atque Potẽtia, cum titulis proauorum, quod cum non Te,ſed in Te virtutem laudare aggreſſus ſim,memoranda illus facinora illaudata reliquerim.Et quia illa breuibus Epiſtolæ cancellis capi non poterãt,pauca hæc ſtylo rudiore perſtrinxi,quæ ita inter Tua reponẽda ſunt,vt multis retro ſæculis non fuerint alterius.Sapienter non nemo dicebat:Inſignes viros,qualem Te Natura & Gratia,contentione pulchra, finxerunt, ſolum iuxta id quod ſunt eſſe æſtimandos,ac multo eſſe nobilius, propriis florere virtutibus,quam niti ſola fama,& opinione maiorum.Ipſe non exiſtimandus ſum commẽdare in Te voluiſſe,quod fuiſti,quod es,eriſque dum viues,propitio Tibi Numine,ad poſteritatis exemplũ,ſed laudare cœpiſſe iuxta illud tantum,quod eſſe noluiſti, cum oblatas vltro Toletani Archiepiſcopatus Infulas repudiaſti, ne Tuę Priori, ac chariſſimæ Sponſæ Giennenſi Eccleſiæ fidiſſimus Turtur fidem fregiſſe videreris.

Admitte igitur qua ſoles benignitate,& clementia Inopes,Religioſiſſime Paſtor, *Cardinalis Eminentiſſ.* Paſtorem meum Religioſum,& Paupertatis,& agnationis titulis apricandum; & quam ipſi ad Tuos pedes deuolutus benedictionẽ, & protectionem expoſco, felici dextera impertire,ita Te Deus Opt.Max.ille Deus ad Catholicæ Eccleſiæ commodum,ad Fidei,bonorumque morum admirabile incremẽtum. Tuis hiſce Apoſtolicis Miſſionibus à longo poſtliminio reuocatis, cum admirabili fructu animarum, & vitiorum excidio,ad Patriæ denique pręſidium ſoſpitem diu incolumémque conſeruet, vt per Te aurea, & felicia bonorum morum in Hiſpaniam noſtram ſæcula reuocentur. Vale.

*EMINENTIÆ TVÆ,*

Adſtrictus, & Adſcriptus,

D. DIDAC. ANTON. FRANCES DE VRRVTIGOYTI.

*Ad Perilluſtrem, ac Reuerend. Dominum, ter, quater, & amplius ſibi colendum*

DOMINVM D. DIDACVM ANTONIVM

# FRANCES DE VRRVTIGOYTI,

OLIM TVRIASONENSIS ECCLESIÆ IN ipſius iuuentutis flore adultum, & prudentia canum Decanum, & in Archidiaconatu Bilbilitano Pro-Epiſcopum, Nunc in Cæſaraugustana Metropoli Sede Darocenſem Archi-Presbyterum, Regij Noſocomij Deiparæ de Gratia Moderatorem Primarium, à conſiliis Regi Catholico in Aragoniæ Regno Cancellarium, ac Iudicem Competentiarum; demùm ob ingentem meritorum cumulum, virtutíſque, ac Pietatis eximiæ coronamentum, Electum Antiſtitem Barbaſtrenſis Eccleſiæ, Præſentis Operis modeſta quidem, ſed multis nominibus debita commendatio.

*Quam fideli, & arguto calamo concinebat, concinnabatque inter addictiſſimos tanto Heroi reapſe minimus, adfectu maximus D.D. Didacus Hieronymus Sala, eiuſdem Metropolitanæ Sedis Canonicus, Auguſtæ Diœceſeos Officialis, & Generalis Vicarius, in teſtem, aut vadem ſinceriſſimæ, ac propenſiſſimæ voluntatis.*

MISISTI ad me, Præſul Illuſtriſſime, auſim dicere, tanquam ad Amicum, quo non Tibi carior alter, Paſtoralis Tui ſecundum Volumen; & quæ Dominationi Tuæ ingenita Modeſtia eſt, animíque demiſſio,ea mente miſiſti,vt ſi quis opere in longo Autori alioquin vigilantiſſimo,tanta tamen publicorum,priuatorúmque negotiorum mole diſtento,ne dicam obruto,obrepſiſſet ſomnus,cãdide, & peramanter admonerem.Legi, relegíque lectiſſimum Opus; at vt ſuperuacaneum eſt vmbellam in Solis rota,aut nodum in ſcirpo quærere,ita & ſomnum in vigiliis,ac lucubrationibus tuis ad Cleantis lucernam affabre elaboratis. Dabit hoc Dominatio Tua amori meo,vt moleſtè non ferat,ſi fortè patientiam onerauero ingenue dicendo quod ſentio.Cùm præſertim ſentire quidem poſſem, explicare verbis certè vix poſſim,quali,& quanto liquidiſſimæ ſenſu voluptatis perluſtrauerim oculis,animo deguſtarim pulcherrimos hoſce, ac ſuauiſſimos ingenij tui fructus.generoſam ſobolem primigenio partui totam ſimilem, ac verè germanam,ſiue ſpectem materiæ grauitatem, ſeu vim diſcutiam argumentorum,ſiue expendam ſententiarum pondus,delectum rerum, nitorémque verborum:Nihil omnino in vniuerſo opere eſt, quod ſupra omnem laudem non ſit,quin & extra adulandi,vel leuiſſimam ſuſpicionem. Quod ſi mihi verendum non foret,ne aut amicitiæ noſtræ iniurius, aut Tuis in me meritis audirem ingratus,ſatius eſſet admirando,ac venerando laudare,quàm impari commendationis genere proſequi.

Hæc dum mecum cogito, & quid agendum ſit ſtatuo, ecce tibi cœleſtis formæ virago pulcherrima, Regali ornatu ſuperba, ſeſe meis ſuſpiciendam obiectat oculis. Ad cuius pedes ſanctiſſimos dum pronus, ac venerabundus

aduoluor, noua ac cælica luce perfuſus Barbaſtrenſem Eccleſiam oppidò agnoui, quæ Paſtorale tuum oſtentans beata dextera, & non calcata candidiore niue, ſic mecum benigniſſimè adlocuta eſt. Quem laudare pro virili aggrederis Operis huius Autorem, intelligas velim, eum mihi eſſe Sponſum chariſſimum, Prælatorum fulgentiſſimum lumen, Doctorum inconcuſſum columen, Pauperum Patrem, Aragoniæ delicium, Auguſtiſſimæ Patriæ ornamentum, ſapientiæ, religionis, ac virtutis omnigenæ viuum, ac ſpirans ſimulacrum mihíque ſingulari beneficio Numinis ſponſum electum ex millibus. Hunc ſibi ipſe honoris apicem integritate vitæ morum candore, beneficentia in Pauperes, in Regem obſequio, aliiſque luculentiſsimis naturæ dotibus, gratiæque præſidiis iure promeruit. Hac inclyti Antiſtites in cœlum iêre via. Hâc pari paſſu currit Tuus, imò meus Antonius, vtinam æternùm meus, ſed grandiora ipſum in dies virtutis expectant præmia, non aliàs aſcendendi habiturum metas, quàm vitæ. Hic Regina dicendi finem fecit, quando ego cenſebam exordium in Tuas laudes profuſius ituræ, quandoque latiſsimum campum nacta erat, in quem, me ſpectatore, & plaudente poſſet excurrere.

*Ter conatus ibi pedibus dare brachia circum:*
*Ter fruſtra comprenſa m nus effugit imago*
*Par leuibus ventis, volucrique ſimillima ſomno.*

At vbi illa deſiit, ipſe libentiſsime inciperem, & tum limatiſsimum Opus, tum Operis Autorem longè clariſsimum effuſis eloquentiæ habenis officioſius celebrarem, ſi anguſti Epiſtolæ cancelli, aut inſignis modeſtiæ tuæ repagula paterentur. Inſtituti tamen tui rationem ſilere omnino, ſine aliquã commendatione non poſſum. Qui noui Atlantis inſtar ad ſuſtinendam Eccleſiaſtici Cœli, zelíque Paſtoralis, illam, inquam, molem, quam probè noſti ex Tridentino Synodo Angelicis humeris formidandam, quaſi vtrumque humerum in vtroque volumine admouiſti geminato fulcimento. Et vt omittam ſtudium publicæ vtilitatis, quo tibi proprio quodam iure vendicaſti nobile illud magnarum mentium ſymbolum *Prodeſſe multis*; vt primum communi geſtientis vrbis Auguſtæ, imò, & totius Regni acclamatione, & plauſu in Barbaſtrenſem Epiſcopum raptum te potius, quàm lectum, & allectum reſciiſti, ne ad tantum faſtigium minus ſecurus patrocinantibus meritis eueheteris duas voluminum duorum alas Dædalus ingenioſiſsimus fabricaſti tibi, quibus non Cretenſem aliquem eluderes obicem, ſed Barbaſtrenſem verticem ſuperares.

Enimverò poſitis in ſeuero Salmanticenſis palæſtræ tyrocinio rudimentis, in hac noſtra auguſtiſsima Academia Doctoris lauro cinxiſti emeritum caput: mox ad Decanatum, & Canonicatum Turiaſonenſis Eccleſiæ aſcendiſti. Inde in Archidiaconatu Bilbilitano Proëpiſcopi munere ſumma cum laude perfunctus ad Archipresbyteratus Darocenſis honorem, dignitatémque in hac noſtra Metropolitana ſede tuendam commigraſti: Demum Philippi IV. Regum Maximi conſiliarium, Regij Noſocomij primarium gubernatorem, Cancellarium item, ſeu Competentiarum Iudicem, ea, quæ omnibus ſatis exploratа eſt æquitatis, & Prudentiæ fama egiſti. Hæc omnia, ſeu pietatis ſtudſa, ſiue honoris ſtudia curſoris inſtar fœliciſsime emenſus es. Quippe nondum tibi penna tua pennas ad volandum aptauerat; Nunc vero à gemino libro tuo librarij in infulas quaſi duplicato alarum remigio. Nouos indidem volatus ad ſublimiora faſtigia inſtituturus, quos omine non vano merita ſapientiæ tuæ, virtutiſque portendunt. Fœlicem te prædicem, quod id ætatis Epiſcopali honore decoratus ſis, in qua ſolis Prudentiæ canis ſenuiſti multò fœliciorem quod virtutum tuarum nixus ſuffragiis tanti muneris præfecturam obtinuiſti: Fœliciſsimum verò quod primus ante quatuor nobiliſſimos Fratres tuos gentilitiam molam tuam Epiſcopali galero coronaſti. Tibi tanquam chariſsimo, atque in hoc fortunatiori Ioſepho non inuident Fratres, ſed gratulãtur honores. Tibi plenos ſegetis aureæ manipulos venerabũdi ſubiiciũt. Tibi Laurẽtius digniſsimus ille Segonciẽſis Eccleſiæ Decanus, & Canonicus meritiſsimus fortitudinis ſuæ viridantes lauros ad coronam; Tibi Baptiſta Canonicus, & Archidiaconus de Valpueſta, Burgenſis Eccleſiæ animatũ ſydus radios ſuos ad ſplendorem, & Innocentiæ palmas ad gloriam; Tibi Michaël Cæſarauguſtanus Archidiaconus, quale quantumque Deus immortalis Doctrinæ ærarium, probitatis exemplum victorias ſuas ad Triumphum; Tibi denique Thomas, & ſuæ, & Franciſcanæ familiæ immortale decus, & linguæ de ſuggeſtu tonantis, & fulgurantis calami trophæa ſacrat, & conſecrat, quibus omnibus ornatus triumphali ritu in Eccleſiæ tuæ capitolium inuehare, oculata, ac nobili ſuccolante quadriga. Eorum omnium nomine, tibi proſpera omnia tutò polliceor ad conſummatum curſum ſupremæ gloriæ tuæ. Patere interim, Præſul humaniſsime, vt ad aras tuæ magnitudinis obſeruantiæ in te meæ hoc quaſi è tholo æternum ſuſpéndam obliuionis anathema, futurum mutui inter nos amoris Mnemoſynon, & monumentum ære perennius. Viue igitur fortunatiſsimus, & perge vt cœpiſti, & ſcribenda facere, & à Paſtoribus faciunda conſcribere. Sic enim:

*In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ*
*Errabunt, conuexa polus dum ſydera paſcet*
*Semper honos, noménque tuum, laudéſque manebunt.*

Tuus Obſequentiſſimus Amicus & ſubditus,

D. DIDACVS HIERONYMVS SALA.

# D^R. LAZARVS ROMEO,

## RECTOR PAROCHIALIS S. MICHAELIS

De los Nauarros, Ciuitatis Cæſarauguſtanæ, Liberalium Artium Magiſter, in Sacris Theologia, & Iure Canonico Doctor, Carceratorum S. Officij Aduocatus, necnon Officialis Eccleſiaſticus piarum cauſarum Archiepiſcopatus Cæſarauguſtani, Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D. D. Didaco Antonio Frances de Vrrutigoyti, Epiſcopo Barbaſtren, à Conſiliis Catholicæ Maieſtatis. *S. P. D.*

INIVNXIT *Mihi, Illuſtriſſime Protomyſtes, Nobilis beneuolentia tua, qua me proſequeris (cenſionem quis dicet? Nam*

a Anonym.

[a] Nec meus audet
Rem tentare pudor,

*Quia*

b Ouid. lib. 4. Triſt. eleg. 10.

[b] Maius erat noſtris viribus illud onus)

*prælectionem, dicam, ter maximi Paſtoralis tui, anxiè per me iamdiu expetitam: tuo tamen permiſſu iucundiſſime nunc peractam: (Sed huic tanto beneficio*

c Idē in Ibin.

[c] Meritas grates, quaſcumque licebit
Pro tam manſueto pectore ſemper agam.)

*Ingenium enim tuum perſpicaciſſimum, acre, excelſum, ad omnia ſumma natum, ex cuius luculenta officina quidquid depromitur eſt probum, excoctum, & immaculatum, Paſtorale doctiſſimum, ſapientiſſimum, & elegantiſſimum edidit tergeminis Tractatibus affabre elaboratum: Quo, vt cum Plinio*[d] *loquar*, nihil verius, nihil ſimplicius, nihil candidius, nihil fidelius noui. *Quia in eo (verba ſunt Caſſiodori*[e]*)* Prooemiaris aptè, narras acutè, arguis acriter, colligis fortiter, ornas excelsè, doces, delectas, & afficis. *Adeò vt ob id,*

d Plin. lib. 1. epiſt. 9.
e Caſſiodor. ſuper Pſ. 73.
f Plin. in Panegyr. ad Traian.
g Horat. lib. 2. Carm.

[f] Te fama, Te gloria, Te ad ſydera tollit humus.

*Et cupiunt omnes quod prælum iam cudat opus, & editio ſit*

[g] Ocyor ceruis, & agente nimbos ocyor Euro.

*Quia nihil grande, nihil doctum retroactis ſæculis excogitatum, vel à Nouioribus adinuentum, quod ad hoc Paſtorale, & ornandum, & armandum operoſa induſtria non aduocet: In eoque agis quæ ſcribis; & ſcribis quæ agis: Sicque ab omnibus dacantari debet terque quaterque beatus*: Equidem (*aiebat Plinius*[h]) beatos puto, quibus Deorum munere datum eſt, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda; beatiſſimos verò quibus vtrumque. *Quia, vt bene Iſidorus.*[i] Tam doctrina, quam vita clarere debet Eccleſiaſticus Doctor: Nam doctrina ſine vita arrogantem reddit; vita ſine doctrina inutilem facit.

h Plin. ſecundus in epiſt. ad Tacitum ſuum.
i Iſidor. lib. 3 de ſumm. bono, cap. 56.

*Quis ergo Te cum tuo elegantiſſimo Paſtorali neceſſariiſſimum Doctorem Vrbi, & Orbi vtrique non appellabit?*

*Vt hinc cognoſci debeat quàm cordate inter omnes Solus electus fueris ad SS. D. N. Innocentij X. Breue gloſſematibus exornandum: Et meritò ſanè, quia*

k Terent. in Eunuch.

[k] Quis habet ſalem, qui in Te eſt?

*Quod equidem infatuatum non eſt; ſed prudens, & ſapientiſſimum: Pugnaſti enim conſtantiſſime pro veritate doctrinæ, quàm tueris multis obiectus periculis rebus tuis non leues inferentibus minas*: Fatuos eſſe iudicandos, *dicebat Auguſtinus*[l], qui temporalium bonorum, vel copiam ſectantes, vel inopiam metuentes amittunt æterna, quæ nec dari poſſunt ab hominibus, aut auferri; itaque ſi ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur?

l Auguſtin. lib. 1. de ſer. Domini in monte c. 6. tom. 4.

*Sal ergo quo affatim abundas prudentiæ, & eruditionis eſt, tua mola (tibi nobilitatis inſigne) bene tritum, & in minutiſſimas diuiſum partes ad ſaliendos ſapidiſſimos cibos,*

m Lucret. lib. 1.

[m] Iam fundere Bacchum
Cœperat, obliquoque Molas inducere.

*Quos vtrique Orbi deguſtandos appoſuiſti in tuo Paſtorali, tanquam in menſa opipara tribus à te dedolatis pedibus (Tractatus ſunt, quos eleganter ordinaſti) fulcita,*

Modo

[n] Modo mihi Menſa tripes, & concha ſalis puri.

n Horat. in ſermonib.
o Ouid. 2. Metam.

*In quo munus Paſtoris (qualem Te conſpicit Orbis,*

[o] Te paſtoria pellis
Texit, onúſque fuit baculus ſylueſtris oliuæ)

*mirificè exerces: quia vt dicebat Paulus*[p]: Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe; [q] Hoſpitalem; [r] amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere; [ſ] Sunt enim multi etiam inobedientes: [t] quos oportet redargui, qui vniuerſas domus ſubuertunt docentes quæ non oportet turpis lucri gratiâ. *Meritò ergo,*

p Apoſt. ad Titum c. 1. verſ. 7.
q Ibid. ver. 8.
r verſ. 9.
ſ verſ. 10.
t verſ. 11.
u Mart. lib. 8 epigram. 8.
x Homerus.

[u] Pupura Te fœlix, Te colit omnis honos,

*Quia* [x] Ore loqui docto, & virtutem oſtendere factis.

*Paucis eſt datum, ſicut Tibi, qui ſemper*

y Lucret. l. 3.
z Anonym.

[y] Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libas.

*Et* [z] Nullum à labore Te reclinat otium.

*Ideóque tua ſcripta,*

a Mart. li. 4. epigram. 49.
b Ouid. in Ibin. ver. 203

[a] Laudant omnes, mirantur, adorant.

*Nec* [b] Mala voce mea poterunt tua cuncta referri
Ora licet tribuas multiplicata mihi.

*Quare finem impono rogans*, vt dent[c] Tibi ætatem Dij, quàm mereris; ſeruéntque animum quem dederunt; *Ad perficiendum, quæ iam cœpta habes: Et dicas,*

c Plin. in Panegyr. ad Traian.
d Anonym.

[d] Quodcumque è pectore tibi fluxerit,
Hoc patriæ ſeruiat omne meæ.

*Vale, Illuſtriſſime Domine. Ex Palatio Archiepiſcopali Cæſarauguſtano, poſtridie Idus Martij 1654.*

*T. I. D.*

Addictiſſimus, qui T. M. humiliter oſculatur

D^OR LAZARVS ROMEO.

ẽ 3 Illuſtriſſ.

Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D. D. Didaco Antonio

# FRANCES DE VRRVTIGOYTI,

## OLIM ARCHIPRESBYTERO DAROCEN.

in S. Metropolitana Eccleſia Cæſarauguſtana, necnon Cancellario ſeu Iudici Competentiarum Regni Aragonum, nunc autem Epiſcopo Barbaſtrenſi, D. D. Petrus à Velaſco Potentiſſimi Regis PHILIPPI IV. Regis Hiſpaniarum, à ſacris priuatis, & Capellæ Regiæ Iudex Ordinarius S. P. D.

QVOTIES quiſque, Illuſtriſſime Domine, ex omni litteratorum ordine ignorat celebrem, ſed nimis acrem controuerſiam illam, in Indiis Occidentalibus natam, & adultam, in Hiſpania partium ambitu fotam, & Romæ denique extinctam, quæ grauiſſimis Iuriſdictionis ordinariæ, & Regularis obſeruantiæ capitibus in dubium vocatis, omnem ferè diſciplinæ Eccleſiaſticæ ornatum peſſundedit; non abſque charitatis Chriſtianæ pernicie; gementibus vndique piis viris, quibus pax cordi eſt, & litem toto animo execrantibus, quæ nimis protelata, quotidie nouas turbas dabat. Cuiuſque Illuſtriſſimus ille Pontificij Iuris aſſertor, & vindex clariſſimus D. D. Ioannes Palafox, & Mendoza Angelopolitanus Epiſcopus primùm, mox Oxomenſi Eccleſiæ deſignatus, Heros, vel ob hoc ſolum imperterriti animi, & generoſæ conſtantiæ ſpecimen, immortali memoria dignus, & cui omnis poſteritas iuſte, meritóque plaudet, perruptis vndequaque iniectis obicibus, tandem glorioſum ad finem perduxit. Et Victor non tam ſibi, quàm vniuerſæ Catholicæ Reipublicæ, cuius cauſam maximè promouebat, gratulatus eſt. Superſtéſque, poſt triumphum (vtinam diu) ſereno, tranquillóque cœlo fruitur, quæ antea minis, & terroribus atrox contempſerat: & in victoria, *vbi vel ignauis gloriari licet, & ſua ad cœlum ferre* [1] ipſe nec tantillum de innata modeſtia diſceſſit; ne præpoſterè ex aliena inuidia laudem ſuam metiri velle iudicetur: nihil aliud cogitans, quam vt, præteritorum memoria, penitus aboleatur. Ex eo igitur tempore, quo felici exitu animorum motus quieuerunt, nihil frequentius in ore hominum, nihílque magis ſtudioſorum votis expetitum eſt, quam vberem, & plenam decretoriæ Pontificiæ ſententiæ explanationem quoquomodo nanciſci. In qua quaſi in compendio, quæ hucuſque incerta, & errantia per omne genus ſcriptorum vagantur, certiſſimis limitibus conſtricta, & vnum velut ſub obtutum haberemus. Sed nemo manum operi admouere auſus eſt. *Quiſquis enim non plenius litteris illud attigiſſet, ſub onere laberetur, nec concipere, aut edere talem partum mens poteſt, niſi ingenti flumine litterarum inundata* [2] Et licèt vbique præſto ſit ſcripturiendi libido, hoc præſertim æuo ingeniorum feraciſſimo, quo plus eſt conſcribilantium, quam muſcarum olim, cum caletur maximè. Tamen omnes operis magnitudine territi, humeróſque oneri ſubtrahentes, laureolam in muſtaceo quærunt: *& minora bella, minoribus auſpiciis aggrediuntur* [3]. Tu ſolus, Illuſtriſſime Domine, omnigenæ doctrinæ ornamentis inſtructus, non difficultate victus, ſed vtilitate pellectus, hanc prouinciam fidenti animo ſuſcepiſti. Et vix orbi Chriſtiano Summi Pontificis oraculum inſonuerat, cum iam fama ſpargi cœpit, non alium illi illuſtrando operam dignam impenſurum. Sed adeò omnium deſideria anteuertiſti, vt *prius in te non fuerit parare bellum, quam gerere* [4]. & breui hoc, quod decurrit, ſpatio paſtorale tuum omni ex parte perfectum, in procinctu habeas, lucem propediem bonis auibus viſurum. Et quamuis *Auguſtus* voce ſibi familiari, *ſat celeriter fieri, quod ſat bene* [5], dicere ſolitus ſit: non eo minus laudandus eſt, quiſquis quadam felicitate ingenij, & viuida vi animi, vno quaſi in limine, & materiam cædit, & cæmenta iacit & molem ſuperimponit ædificij: Certè ſimul ſparſa colligere, vetera cum Iudicio refricare, aut reiicere, & multa aliis ignota, aut intacta præclara nouitate diducere, omnia denique perſpicua methodo ſuis locis aptare, & in numerato habere, indefeſſæ induſtriæ, exquiſitæ eruditioni, nec minori mentis acumini tribuendum eſt. Quæ quidem (nihil dico) multo his maiora in hoc verè Eccleſiaſticæ, & regularis diſciplinæ theſauro, mecum mirabitur, qui illum penitius introſpexerit, & doctrinam, copiam, & eloquentiæ vim vbique diffuſam non leui manu, aut oſcitanti animo obſeruauerit. Mihi ſanè cui feliciter contigit illum nondum typis excuſum vidiſſe, religio fuit, ſemel incœptum integrum non perlegiſſe, magnitudine, & vbertate rerum adeò commotus, vt me continere non potuerim, quin hoc quale quale teſtimonium non conſignarem. Nec recens hæc tibi gloria naſcetur, aliis iam eruditis lucubrationibus tuis parta, quibus claritudinem nominis adeptus, in honore eris, *quamdiu fuerit vllus litterarum honos* [6], quamdiu ſacrorum Canonum peritia ſteterit. Vnde non eſt, quod quiſquam affectus teneritudini, aut obſeruantiæ erga te meæ, hoc ſinceri animi iudicium tribuat: liberant me ab hoc crimine eximiæ tuæ illæ dotes, illæ vigiliæ, illa in vniuerſam Rempublicam litterariam merita omnibus nota, quibus iam diu eſt, quod familiam in his ſtudiis ducis, & principem locum obtines, Nam vt *Ennodius* ait: [7] *Expertis honos debetur ingeniis, vix mediocrem cultum exigunt non probati, illa ſunt vera præconia, quæ longus ſudor elicuit; blandimentum eſt non iudicium, quoties laborem gloria in geſta præceſſerit.* Aſt non ſolùm ſcriptoris ſplendore alliciendus eſt Lector, ſed maximè operis vtilitate; quis enim neſcit, quas turbas, quæ diſſidia in Regno Chriſtiano omni ætate dederit, hæc velut ſeges diſcordiarum, inter Epiſcoporum Iura, & Regularium priuilegia contentio. Nam *cum naturalis inſit hominibus ad diſſentiendum facultas* [8]. Vnuſquiſque dum ſibi pluſquam Iuſtum eſt blanditur, argumenta conſciſcit, in ſpeciem conſtabiliendæ propriæ defenſionis; reuera autem in iniuriam muneris alieni. Quod ſi nimis ferueat certamen, & extra moderatos diſputationis terminos euagetur, quietem, & pacem religioſam perturbat. Et vt olim *corruptiſſimam eſſe Rempublicam, vbi plurimæ leges*, Nobiliſſimus Scriptor *C. Tacitus* [9] exclamauit: Ita hodie funeſtiori plerumque morbo laboramus, quoties penuria legis, quæ dubia diſpellat, cuique opinandi arbitrium concedit. Sed ſicut mala exempla bonas leges aliquando pepererunt, ita ex hoc diſſidio, etſi lamentabili, decretum illud Pontificium natum eſt, quo innumeræ penè lites in ſemine extinctæ ſunt, quæ quotidie in agro Eccleſiæ, velut zizania pullularent, bonarum frugum exitio; ni tandem poſt longas moras, fixam, firmamque hanc legem nacti eſſemus; ne quidquam nitentibus, qui eam refigere pro viribus conabantur. Verùm peruicit æquitas cauſæ, & animus non cedens aduerſis; nec enim aliter deſiderata pace frui poſſemus, quam ſemel exantlatis tot periculis, deuoratáque amariſſima moleſtiarum congerie. Nam *ſi pace frui volumus, bellum gerendum eſt, ſi bellum omittimus, pace nunquam fruemur*; [10] *Et ſapientes pacis cauſa bellum gerunt, laborem ſpe otij ſuſtentant.* [11] Inde ſunt gemitus illi Paſtorum, de quibus *Iob.* [12] *Ecce Gigantes ſub aqua gemunt*; id eſt, Prælati ſub onere regendi populum, vt non ineruditus interpres obſeruat: [13] gaudium, & tranquillitatem Orbi Chriſtiano annuntiantes, quoties ſedandis opinionum turbinibus impenduntur. At iam melior dies illuxit.

*Pacatúmque nitet diffuſo lumine cœlum.* [14]

Poſtquam à Summo Pontifice; ſacri eloquij fidiſſimo cuſtode, Iudice ſupremo, & indefectibili Doctore, ſacroſancto Oraculo (cui illuſtrando diligentiſſime incumbis) hæ nebulæ diſſipatæ ſunt, proculque opinationum monſtra fugerunt. *Nam à quo ſtat Ius, ab eo & Deus*: [15] ſucceſſítque conſtans hæc regula rectitudinis, qua curuæ actiones ad ſcopum iuſtitiæ dirigantur; non plumbea illa Lesbia, præpoſterè omnibus lineis ſeſe accommodans, & alieno errori, non rationi inſeruiens. Verùm quis inficiabitur nimis ſtrictim grauiſſimas tot quæſtiones à Summo Pontifice vno verbulo decidi, & nec ſtatum controuerſiæ, nec reſponſi vim ſatis comprehendi nudo litteræ cortice; ſanè vt legem decet, *quæ Iubeat non diſputet*, [16] ex *Senecæ* præcepto. Sed tu, Lectori per ſe fatiſcenti proindè ſuccurriſti, faculámque miniſtraſti his luculentiſſimis commentariis, quibus omnia collucent, quæ antea tenebris obſita paucis patebant. Inſupérque plurima ex ſacratioribus Iuris penetralibus hauſta, publico Profeſſorũ huius artis bono in medium producis; & quamuis aliquoties vtilibus excurſibus alias quæſtiones immiſceas, *Naſcitur enim exercitij deſiderium de fertilitate telluris*; [17] nunquam tamen extra orbitam, ſempérque ita temperas ſtylũ, vt doctrinæ conſulas abſque diſpendio breuitatis, ne libri mole terreas Lectorem. Nam *quoties ad faſtidium legentium, delitiáſque reſpicio, intelligo nobis commendationem etiam, ex ipſa libri mediocritate*

1. Saluſt. in Iugurth.
2. Petronius in Satyric.
3. Tacitus 4. hiſtoriar.
4. Quintilian. lib. 12. inſt. cap. 13.
5. Plutarchus.
6. Senec. ad Polybium.
7. Orat. 5. in dedicat.
8. L. item 17. §. principaliter, de recept. arbitr.
9. 3. Annalium.
10. Cicero Philippic. 7.
11. Saluſt. Orat. 1. de Rep. ordin.
12. Cap. 26.
13. Hieron. Dandinus In Ethic. ſacr. Iob. 48. c. 11.
14. Lucret. lib. 1.
15. Ioſeph. lib. 15. Antiquitat.
16. Seneca epiſtol. 94.
17. Ennodius orat. 4.

*petendam.*[18] *Et cum laborant homines indiſcendo, quia breuia non valent intelligere, & prolixa non amant legere*[19]; hunc ſcopulum dextre declinaſti, neque pauca tardis, nec multa, ſed neceſſaria doctis ingerens, vt vtriſque conſuleres; quemadmodum loquitur *Polynices* apud Euripidem[20].

*Hæc ſum præfatus, mater, haud ambagibus*
*Implicita, ſed quæ regulis æqui, & boni*
*Suffulta, rudis pariter, & doctis patent.*

Nec timeo illud *Terentiani Mauri*,

*Habent ſua fata libelli.*

Nam extra omne fatum tuus iſte, *Nec vllius laudibus creſcet, nec vituperatione minuetur*, vt de Marone loquitur *Macrobius*[21]. Quare *ſatius duco ſilere, quam pauca te nuiter, & ieiune dicere*[22]. Vos qui Rempublicam litterarum claris nominibus condecoratis, *—Nocturna verſate manu, verſate diurna*, & leui iactura temporis, ingens ſapientiæ fœnus conquirite; & quod *de M. Tullio* olim *Quintilianus*[23]: *Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit*, de hoc opere dictum quiſque ſibi arbitretur. Etſi enim non deerunt praua ingenia, quibus *vitio malignitatis humanæ vetera in laude, præſentia in faſtidio erunt*[24]. *Et qui tantum laudent, quantum ſperent imitari poſſe*[25]. Verendum tamen minime eſt, quin *quoties diſceſſit æmulatio, ſuccedat humanitas*[26]. & *cum multi mala probent, nemo improbat bona*[27]. Habent igitur, qui populis præſunt, quique aliorum imperio reguntur ex omni ordine, & gradu Paſtorale tuum, verè totius Eccleſiaſticæ regulæ depoſitum, in quo velut in ſacrario ingenium ſublime, eruditio ſacra, & profana, pietas, & doctrina omnigena recordantur. Gratulor itaque tibi ob tam eximium beneficium in omne litteratorum genus collatum, & grates, quas Reſpublica litteraria, digna rependere non poteſt, omnis ætas, omne æuum, æterna, nec intermoritura nominis tui celebritate quoquomodo perſoluet: ſic voueo. Vale, litterarum, ac huius ſæculi decus, & ornamentum, & diu feliciterque publico bono vitam exige. Matriti.

18. Plin. lib. 2. epiſt. 5
19. D. Aug. Epiſt. 101.
20. In Phœniſſis.
21. Lib. 1. Saturn. c. vlt.
22. Saluſtius loquens de Carthagine.
23. Lib. 10. inſtit. c. 1.
24. Author de cauſ. corrupt. eloquẽt.
25. Cicer. in Oratore
26. Quintil. lib. 11. inſt. cap. 1.
27. Quintil lib. 12. inſt. cap. 10.

*Illuſtriſſimæ, & Reuerendiſſimæ Dominationis Tuæ*

Obſequentiſſimus cliens,

D. PETRVS A VELASCO.

INDEX

# INDEX DVBIORVM, ET Quæſtionum, quæ in hoc Volumine continentur.

## PARS PRIMA.

### CLAVSVLÆ.


1 BVLLA *Gregorij XV. circa Iudices Conſeruatores, an ſit reuocatoria, & annullatiua conſeruatoriarum antecedentium.* pag. 6
2 *Iudices Conſeruatores an poſsint eſſe, qui dignitate Eccleſiaſtica careant.* ibid.
3 *Conſeruatoriæ litteræ per Sedem Apoſtolicam concedendæ an dirigi poſsint perſonis in dignitate Eccleſiaſtica non conſtitutis.* 10
4 *Regulares, & alij exempti eligentes Conſeruatores contra formam Bullæ Gregorij XV. quibus pœnis afficiantur.* 11
5 *Conſeruatores an eligi poſsint, qui non fuerint Iudices Synodales, ac in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti.* 14
6 *Regulares, & alij exempti an teneantur exhibere inſtrumentum nominationis iudicis Conſeruatoris penes acta Curiæ Ordinarij loci.*
7 *Conſeruatores ſi ſemel fuerint legitimè deputati, an poſsint amoueri, vel mutari.* 20
8 *Regulares an poſsint eſſe actores coram ſuo iudice Conſeruatore.* 21
9 *Conſeruatores iudices an poſsint procedere extra Ciuitates, vel Diœceſes in quibus ſunt deputati.* 22
10 *Controuerſia iuriſdictionis ſi adſit inter Ordinarium, & iudicem Conſeruatorem, quomodo ſit terminanda, vel dirimenda.* 23
11 *Conſeruator excedens limites ſuæ iuriſdictionis, & pars quæ id procurauit, quibus pœnis afficiantur.* 28
12 *Conſtitutio Gregorij XV. quoad Conſeruatores quid de nouo ſtatuat, declaratur.* 29
13 *Clauſula*, Sublata, & decretum irritans *poſitum in diſpoſitione, quid operetur.* 30
14 *Clauſula*, Non obſtantibus, *an ſufficiat ad derogandum diſpoſitiones antecedentes.* 31
15 *Dictio*, Necnon, *& aliæ clauſulæ apponi ſolitæ in Conſtitutionibus, ſeu priuilegiis Apoſtolicis quos effectus producant.* 32


## PARS SECVNDA.

### QVÆSTIONES.


1 AN *quando Epiſcopus præcipit, aliqua Concilij Tridentini decreta à Regularibus obſeruari, & ab eis executioni demandari, poſsint ſub prætextu, quod talia præcepta infringant ſua priuilegia, eligere Conſeruatores ad defenſionem.* 35
2 *An quando Ordinarius procedit iuris ordine ſeruato aduerſus Regulares, in caſibus in quibus per Concilium Tridentinum, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, ipſi ſubiiciuntur; poſsint Conſeruatores iudices aſsignare.* 49
3. *An ſi Regulares aſſerunt, ſe habere priuilegia, vt non obediant Epiſcopo in executionem iuris communis, Concil. Trid. & Conſtitutionum Apoſtolicarum, debeant ipſis adhibere fidem abſque exhibitione priuilegiorum.* 57
4 *An ſi Religioſi exhibeant aliqua priuilegia, & Ordinarij iudicent ea non ſuffragari caſu de quo agitur, & ad rem non facere poſsint, & debeant tales Regulares prouocari ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotiſsimis ad Metropolitanum, ſiue Ordinarium viciniorem, vel potius poſsint hoc caſu eligere Iudices Conſeruatores.* 68
5 *An Conſtitutio Gregorij XV. circa Conſeruatores Regularium publicata de anno* 1621. *cum declarationibus Eminentiſſ. Card. S. C. Tridentini interpretum editæ, æquè afficiat, & comprehendat Religioſos Societatis* IESV, *ac reliquos Regulares, ita vt omnia priuilegia fuerint redu-*


cta

ſta ad terminos dictæ conſtitutionis, & ſic in poſterum debeant ab iis eligi conſeruatores iuxta formam, & tenorem prædictæ conſtitutionis. 76

An Regulares grauati ære alieno, vel ad ratiocinia, vel teſtamentorum executores, poſsint conueniri coram Ordinario, ſi Cōſeruatores non nominauerint intra tēpus habile ab Ordinario præſcriptum. 79

7 An Regulares conſeruatores ſiue ad iura, ſiue ad priuilegia tuenda aſſumentes, teneantur ante exercitium commiſsionis præſtare cautionem coram Ordinario, ſiue alio iudice competente, de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, caſu quo in lite ſuccubuerint. 83

8 An quando Epiſcopi iura vel decimas Cathedralium aduerſus Regulares, de te ſua ſpoliantes Eccleſias, coram iudice cōpetente tuentur, libroſque memorialia & allegationes producunt, ius Eccleſiarum Cathedralium exprimens, & a quiſitiones Religioſorum, aliaque id generis ad numerantes, huiuſmodi ſcriptorum ocaſione, poſsint Regulares nominare cōſeruatores prætendentes iniuriam ſibi inferri in referendo immoderatas acquiſitiones. 85

9 Vtrum Regulares, etiam Societatis IESV, poſsint adminiſtrare Sacramentum Pœnitentiæ ſecularibus abſque licentia Epiſcopi Diœceſani, etiamſi in alia Diœceſi approbati ſint. 90

10 Vtrum Epiſcopus poſsit procedere contra Regulares, audientes Secularium confeſsiones, vel concionantes in ſua Diœceſi abſque approbatione, & licentia, intra, vel extra proprias Eccleſias remouendo eos à talibus miniſteriis, & coërcendo præceptis, & aliis iuris remediis. 107

11 An ſi conſtet Epiſcopis, Regulares non obtinuiſſe licentiam, & approbationē ad audiendas confeſsiones ſeculariū, & concionandū, poſsit ipſe præcipere, vt donec licentiam intra præſcriptū tēpus exhibeant à tali miniſterio ſe abſtineant, & an requirendus ſit per Epiſcopum pro his exhibendis Prouincialis in aliena Diœceſi, vel longiſsimè exiſtens, vel ipſi Regularei Cōfeſſarij, vel eorū Superiores eiuſdē Diœceſis, in qua prædicta exercēt. 117

12 An ſi contingat, vt aliquis Regularis inſurgat contra Epiſcopū in propria Diœceſi maledictis cū ſcripto, vel dicto, Populū ſcandalizando, poſsit ab Epiſcopo puniri, & qua animaduerſione, & quid ſi huiuſmodi delinquens trāſiuerit ad aliā Diœceſim, hoc caſu ſeruandum ſit, & qua pœna puniēdus ſit Regularis, qui cōmorās in vna diœceſi ſpargat libellos famoſos cōtra Ordinariū alterius Diœceſis. 121

13 An conſeruatores nominati, & electi à Regularibus ante exercitiū ſuæ iuriſdictionis teneātur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario ſub pœna nullitatis actuum. 130

14 An priuilegia, quæ ſunt contra iuriſdictionem Ordinarij, & quibus gaudent, & gaudere prætēdūt Regulares & alij exēpti debeant Epiſcopis notificari. 133

15 An prædia ruſtica metallorum, fodinæ, ſacchari, opificinæ, vel aliarum adminiſtrationum à Regularibus, vel aliis exēptis poſſeſſa, vel aliæ domus ſeculares, in quibus videlicet vnus vel duo Regulares commorantur, gaudeant priuilegio collegiorum ſeu conuentuum. 135

16 An Regulares Apothecas quarumcumque mercium, macella & ſimilia, præſertim prope Collegia, ſiue cōuentus exercentes poſsint ab Ordinario ſub cenſuris inhiberi, ne huiuſmodi exerceant. 141

17 Vtrum Regulares, etiam Patres Ieſuitæ in ſuis prædiis, opificinis aliiſq; ſuis domibus ſecularibus, ſitis intra limites Parochialiū ad ſe non ſpectantium poſsint adminiſtrare Sacramenta Baptiſmatis, ſolemnis matrimonij, Extreme-Vnctionis, & Euchariſtiæ in feſto Paſchatis famulis, Mercenariis, Ruſticis ſiue aliis id genus hominibus ſecularibus abſque Ordinarij vel Parochi licentia. 147

18 Vtrum Patres Societatis IESV, in ciuitate, & Diœceſi Angelorum, in Indiis Occidentalibus poſsint cōſecrare Vaſa Sacra, Altaria, & ſimilia in quibus vnctio requiritur. 150

19 An Epiſcopi in partibus Indiarum poſsint ex integro totum vnum Monaſterium vel collegiū ab audiendis confeſsionibus ſuſpendere. 153

20 An Epiſcopus Regularē ſemel approbatum ſine noua cauſa ſuſpendere poſsit ab ipſis confeſsionibus audiendis. 158

21 An Bulla Pij V (quæ eſt in ordine 34. to. 2. Bullarij) conceſſa inſtante, & ſupplicāte ſereniſsimo Rege Catholico nō ad petitionē Regulariū, ſit reuocata in Bullis Summorum Pontificum in quibus exemptiones Regularium mitigantur 167

22. An Epiſcopus poſsit cū cenſuris procedere cōtra Regulares exēptos, ſi inobediētes fuerit in confeſsionibus audiendis vel prædicatione Verbi Dei, & hoc an vigore Concilij Tridentini, vel per quem Canonem 177

23 An licentia audiendi confeſsiones, vel cōcionandi ab Epiſcopo per litteras miſsiuas


an




an ſolum per litteras patentes Cancellariæ concedi poſsit. 185

24 An licentiā prædicandi Verbum Dei, & audiendi Confeſsiones poſsit Epiſcopus concedere ore tenus ſine ſcripto. 188

25 An facultas eligendi Conſeruatores Societati IESV, conceſſa à Gregorio XIII. ſuffragetur illi in locis, in quibus non adſunt Iudices Synodales. 188

26 An Conſeruatores Societatis IESV Vicarios Generales Epiſcoporum auctoritate Apoſtolica per ſententias cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas compellere poſsint virtute Bullæ Gregorij XIII. incipit. Æquum reputamus dat. vlt. Februarij 1573. 197

27 Epilogus, ſeu finis Operis cum inſertione Breuis confirmatorij SS. D. N. Innoc. X. 201

28 Peroratio Auctoris pro coronide Operis. 218


---

## PARS TERTIA.

Continens Vota deciſiua circa immunitatem Eccleſiæ.

### VOTVM.


1 PRobationes, an admitti poſsint poſt concluſum in cauſa, quando Iudex tenetur eam pronunciare ſecundum Deum, & bonam conſcientiam, quando Reus fuit extractus ex loco ſacro ad effectum gaudendi, vel non illius immunitate, & an in tali caſu poſsit contra Reum formari iudicium pro aliis delictis, quam ex contentis in accuſatione illius proceſſus, in quo inſtantia verſatur, & etiam diſcutitur quodnam ſit delictum proditionale. 221

2 An ſi Reus ſe eximat de manibus familiæ portantis illum in carcerem, & ad Eccleſiam confugiat, gaudere poſsit illius immunitate, & ad eum finem ſi delictum ſit ex exceptuatis in Bulla Greg. XIV. debeat eſſe conſummatum, vel ſufficiat attentatum. 226

3 Clericus in minoribus conſtitutus inſeruiens Eccleſiæ de mandato Epiſcopi ſi vxorem ducat habitum & tonſuram ſemper deferendo, an gaudeat fori priuilegio attento iure communi; & quid dicendum poſt diſpoſitionem Concilij Tridentini, & dato quod non gaudeat, an mortua vxore reuiuiſcant illa priuilegia clericalia, quæ ante contractum matrimonium habebat. 229

4 An ſi vna ex partibus contendentibus producat in proceſſu ſcripturam, vel inſtrumentum, vel quid aliud quod ei nocere poteſt ad gaudendum, vel non immunitate Eccleſiæ poſsit ſe aſtringere allegando, quod illud tantum producit pro illa parte quæ ei ſit proficua, & non aliàs. Et an ſi Reus qui ad Eccleſiam confugit à qua per miniſtros ſæculares fuit violenter extractus, renunciet immunitati, nec ea vti velit, ſed quod per Miniſtros ſæculares in ea procedatur, debeat prius reſtitui ad Eccleſiam. 232

5 Obtinens penſionem Eccleſiaſticam, an fori priuilegio gaudeat, & dato quod gaudere debeat, an ſufficiat qualiber penſio, vel ſit neceſſaria illa tantum, quæ loco beneficij habetur, & quænam hæc dicatur. 237

6 Indicia ſola an ſufficiant contra Reum qui ad Eccleſiam confugit, & ex ea contra eius voluntatem fuit extractus per Miniſtros ſæculares ad qualificandum delictum, vt gaudeat, vel non illius immunitate. 239

7 Quænā probatio ſit neceſſaria, vt delictum dicatur eſſe ex exceptuatis in Bulla Gregorij XIV. quando Reus fuit accuſatus, & ad Eccleſiam confugiendo fuit per Iuſtitiam ſæcularem ab ea violenter extractus, ne ei proficiat immunitas. Et an in contentione Iuriſdictionis circa immunitatem poſsint admitti teſtes ad coeuandam probationem ſi producantur poſt concluſum in cauſa, & in puncto ferendæ ſententiæ. 241

8 An ſi Cadauer puniti dum eſt in furca ſuſpenſum violenter ex ea arripiatur, & in Eccleſiam aſportetur, gaudeat ipſius immunitate, & an poſsint Miniſtri ſæculares illud violenter ad Eccleſia extrahere ſine conſenſu, & voluntate Iudicis Eccleſiaſtici, vt iterum in furca reponatur. 245

Reſponſum, ſeu Cenſura R.P.D. Antonini Diana, C.R. ad prædictum Votum.

An mortuus gaudeat priuilegio immunitatis Eccleſiæ? 257

9 Statutum laicorum, imponens aliquod onus, vel grauamen in omnibus prædiis, vel fundis ſitis intra territorium, an liget Eccleſiaſticas perſonas, & Eccleſias tam de bonis iam acquiſitis ante editionem ſtatuti, quàm de aliis poſtea peruentis in earum poſſe, cum tali onere. 260

10 Famuli Clericorum an gaudere debeant priuilegiis ſuorum Dominorum, tam illi qui fuerint perpetui veluti mancipia, quàm conducti ad tempus ex certa mercede, vel ſalario. 264


APPRO

## Approbatio Doctorum.

ETsi Reuerendiſſimorum Epiſcoporum Opera, ſatis per ſe ſplendeant,nec cuiuſquam maximè illis gradu longè inferioris,commendatione, vel approbatione egeant, quia tamen moris eſt, vt antequam in lucem mittantur,ab aliis luſtrentur, & approbentur, teſtor me librum cui titulus eſt, *Paſtorale Regularium*, ab Illuſtriſſimo D.Didaco Epiſcopo Barbaſtrenſi compoſitum percurriſſe,nec quicquam quod non ſit Orthodoxæ Fidei conſonum, aut bonis moribus aduerſum reperiiſſe,imò vtiliſſimum opus, & quod ab omnibus legi & euolui mereatur. Lugduni 4.Kal.Ianuarij,anno Salutis humanæ 655. ſupra milleſimum.

IOAN. CHASTRÆVS, Baccalaureus Theologus, necnon I.P.D. & S.Nicetij Lugd.humilis Canonicus.

Idem teſtor ego Theologiæ Facultatis Pariſienſis Doctor, & Eccleſiæ Lugdunenſis Theologus. Lugduni 30.Ianuarij 1655.

ARROY.

## *CONSENSVS.*

Viſis ſupradictis Approbationibus, hunc Librum inſcriptum, *Paſtorale Regularium*, Typis mandari, & in lucem edi, Ego non impedio. Lugduni 30.Ianuarij 1655.

VINCENT. DE PANETTES.

## *PERMISSIO.*

Viſo Procuratoris Regis conſenſu fiat vt petitur,& ne quis vi conceſſam facultatem denuò excudat hunc librum prohibemus. Datum Lugduni die 30.Ianuarij 1655.

SEVE.

PASTORALE



# PASTORALE REGVLARIVM.

*AVTHORE*

D.D. DIDACO ANTONIO FRANCES DE VRRITIGOITI,

*ARCHIPRESBYTERO DAROCENSI, in ſancta Metropolitana Eccleſia Cæſarauguſtana, à conſilio Catholici Regis noſtri Hiſpaniarum* PHILIPPI IV. *Cancellario, ſeu Iudice Competentiarum Regni Aragonum:*

NVNC AVTEM EPISCOPO BARBASTREN.

## *PRÆFATIO.*

CVm grauiſſimæ vbique terrarum ortæ ſint lites, & acerrimæ ſæpius, hinc, & inde decertatum in Epiſcoporum ſacris Curiis, non ſine damno ſpirituali, & Chriſtianæ charitatis, (quòd grauiter dolendum eſt) nocumento, quæ inſtar, pellucidiſſimæ cryſtalli, vel ipſo primo oris halitu offenditur,nec minus, quàm liliati floris niueus candor puriſſimus, adhuc leuiſſimo manus attactu fœdari ſolet, non ſatis debitè intellecta à Sacra Romana Sede Regularibus, & aliis exemptis conceſſa priuilegia; meritò quidem, & iure ſuo factum eſt, vt res iſta, tanquam ad Lydium lapidem, ad ſacram Eminentiſſimorum S.R.E. Cardinalium Congregationem deuenerit: A qua,veriſſima illorum interpretatio,& ſenſus certiſſimus proferretur,ſicque omnis aboleretur contentionis occaſio; Nam Chriſtianæ, & Religioſæ perfectio charitatis non ſolùm contentionibus, ſed cuiuſcumque contentionis ſuſpicione,ſeu litis vmbra carere debet.

Et licèt negari non debeat,teneri Religioſos,& Regulares, & debere, in ſummo pretio habere, & ipſis eſſe cordiſſima, Sanctorum, Summorúmque Pontificum, eis priuilegia, & indulta conceſſa (vt annotaui in meo Foro conſcientiæ, ſiue Paſtorali interno, *3.p. Vot.4. num.4*) propter grauiſſimos labores,quos in vtroque orbe libentiſſimè ſubierunt, ob diuini Nominis gloriam, & Catholicæ Religionis

augmentum,in cuius prædicatione indulſerunt adfatim Barbarorum inſidiis, cunctis vitæ periculis,terra, marique, nec parcentes ſudoribus,ærumnis, & vigiliis, nec Sanguini pro Chriſti Fide & Religione ſeminanda,& tuenda,ſæpiſſimè libenter effuſo; Quæ omnia ſimiliter attendentes ſacrorum Antiſtites,& Eccleſiarum Præſules,ac Præſides, eadem ipſorum Regularium priuilegia debent diligenter tueri, & ſedulo defendere, ac conſeruare.

Verumtamen iis non obeſt,vt Præſules,vigilanter ſtudeant, & ſollicitè prohibeant,ne iidem Regulares,& alij exempti,defendendi ipſorum priuilegia ſpecie,limites tranſiliant,& pluſquam Sancta Romana Pontificum Sedes illis conceſſerit,contendant extendi,& protrahi conentur. Nam reuera,neque iuſtè Præſules id permittent, nec licitè, & validè præter à Summis illis conceſſa Pontificibus, alia poterunt irrogare; Neque ſimiliter ipſi Religioſi validè quibunt iſtud optare.

Itaque Sacræ Congregationis Declarationes libentiſſimè amplexatus,& certiſsimè ſecutus, eiſdem omnino inhærens, & à Decretis Summorum Pontificum,Conciliorum,& ipſius iuris diſpoſitionibus, neclatum diſcedens vnguem,rationi conſonum,ſimul,& vtiliſsimum iudicaui,in hoc præſenti,ac propoſito puluere,nec leuiter deſudare,vt luculenter reſplendeat, aperti ſſime demonſtretur, & cunctis intuentibus innoteſcat, ad quæ D D. Epiſcopi reſpectu Regularium ſuam poſsint protrahere iuriſdictionem, & ſimili modo, in quibus iidem Regulares non teneantur ipſis Præſulibus ſubiacere.

Cùm igitur in Diœceſi Angelopolitana in Indiis Occidentalibus Nouæ Hiſpaniæ,varia iurgia,& repetitæ lites,& controuerſiæ excitatæ fuiſſent,circa exemptionem prætenſam per Regulares iuriſdictione ordinaria;Illuſtriſſ.& Reuerend.D.D.Joannes de Palafox, & Mendoça,(non ſatis laudandus)Epiſcopus, piè, & religioſè muneri Epiſcopali illius Diœceſis fungens, neruosè, & ſanctè pro defenſione iurium Epiſcopalium laborauit,& vt firmius ſua ſtabilimenta,iura,& actiones robur haberent declarationem diuerſorum dubiorum, (quæ anſam præbent noſtris lucubrationibus,in præſenti tractatu)ad ſuam, & Regularium inſtantiam pro ſopiendis differentiis à Sacra Congregatione obtinere decreuerunt. Citatis igitur partibus, & ſeruatis de iure ſeruandis,Sacra Congregatio declarauit prout infrà dicetur. Verum ne circa dubia deciſa ambigendi locus daretur,& vt firmius ſubſiſterent, inuiolabiliterque obſeruarentur, S. D. N. Innocentius Papa X. per viam Breuis ad inſtantiam Illuſtriſſ.D.Epiſcopi Angelopolitani confirmationem Apoſtolicam obtinuit, de quo dicemus *infrà p.2.* vbi *in initio ad litteram* illud referemus, quod ita incipit: *Cum ſicut accepimus*, &c.





# TRACTATVS DE CONSERVATORIBVS, IVXTA MENTEM, ET nouam diſpoſitionem Conſtitutionis S. M. Gregorij XV.

ANTEQVAM ad indiuiduales quæſtiones prædicti Breuis SS. D. Innocentij X. deueniamus, operæpretium duxi, aliqua prænotare de iuriſdictione Iudicum Conſeruatorum,quæ ad faciliorem reſolutionem quæſtionum, *infrà* decidendarum valdè conducent; & primò de vero intellectu iuriſdictionis Iudicum Conſeruatorum, pro Regularibus aſſignatorum, iuxta diſpoſitionem Bullæ Sanctæ mem. Gregorij X V. quæ incipit: *Sanctiſſimus in Chriſto Pater*, &c. *ſub dat. Romæ* 20. *Septemb.* 1621. quam refert Barb. *in Paſtor.alleg.*106. *num.*55. Tambur. *de iure Abbatum, tom.*3. *diſp.*17.*q.*1.*in fine*, & Bordonus *tom.*2. *var. reſol. reſol.*95. *num.*4. & etiam habetur in Bullario Cherubini *tom.*3. *pag.*288. *in vlt. impreſſ.de anno* 1638. *Romæ typis mãdata*,& penes Ceſpedes *in tract. de exempt. Regular. diſt.*318. *c.* 22.*n.*1. vbi præter requiſita contẽta in Cõſtitutione Bonifacij VIII. quæ habetur *in cap.finali, de offic. & poteſt. Iudicis delegati*,& Conſtitutione Clementis VIII. quæ incipit: *Sanctiſſimus in Chriſto*, & habetur in eodem Bullario Cherub. *tom.*3. *in conſtit. eiuſdem Pontificis, conſt.*8. plura de nouo, (omnino obſeruanda) decernit, circa qualitates Iudicum,circa cauſas,circa ſolemnitatem nominandi,& procedendi,circa caſus,& alia plura;ſuper quæ breuiter ſermonem faciemus, vt in quæſtionibus actitandis *in* 2. *parte*, faciliorem exitum habere poſſimus, & vt clarius id fieri poſſit, referemus ad litteram prædictum Breue Gregorij XV. quod eſt tenoris ſequentis.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Noſter D.Gregorius diuina Prouidentia PP. XV. ex certis rationabilibus cauſis, animum ſuum mouent. & de voto Venerabil. Fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum,partim fœl.record. Clementis Papæ VII. Prædeceſſoris ſui veſtigiis inhærendo, reuocauit, ac nullas, & inualidas decreuit omnes, & quaſcumque Iudicum Conſeruatorum electiones, nominationes,ſeu deputationes: tam in vim litterarum conſeruatoriarum,iuxta formam in quinterno Cancellariæ deſcriptam, quàm in vim quorumcùmque priuilegiorum, perpetuò, vel ad tempus,nondum elapſum,Apoſtolica auctoritate conceſſorum, ſeu aliàs quocumque iure, vel titulo hactenus factas pro quibuſcumque Conuentibus,Capitulis,Militiis,etiam S.Ioannis Hieroſolymitani, Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, aut aliis quibuſuis piis, tam ſecularibus, quàm cuiuſuis Ordinis,etiam Mendicantium, ſeu Inſtituti, vel Societatis Regularibus locis, quantumuis etiam exemptis,etiam de neceſſitate exprimendis, ſeu illorum perſonis, cuiuſuis qualitatis,ſeu conditionis exiſtant.In futurum verò Sanctitas ſua, hac generali, & perpetuò valitura Conſtitutione ſtatuit, & decreuit, vt Iudices Conſeruatores huiuſmodi, ſiue principales, ſiue ſubrogati, eligi, numerari, aut deputari

non poſſint, niſi qui non ſolùm habeant qualitates requiſitas, & deſcriptas in Conſtitutione ſimilis record. Bonifacij Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris ſui, quæ incipit: STATVTVM; ita vel dignitate Eccleſiaſtica prædìti, vel perſonatum obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant; ſed etiam in Conciliis prouincialibus, aut diœceſanis, iuxta Decretum Concilij prædicti Iudices electi, ſeu deſignati ſint. Quodque deinceps Litteræ Conſeruatoriæ, per Sedem Apoſtolicam concedendæ, ſupraſcriptis tantum dirigantur, & ſi quæ Litteræ aliter expedientur, illæ, ac deputationes huiuſmodi, omniáque exinde ſequenda nullius ſint roboris, vel momenti; & nihilominus qui ſecus, quàm iuxta formam ſuperius præſcriptam, Conſeruatores huiuſmodi cum effectu eligere, nominare, ſeu deputare, aut electis, nominatis, ſeu deputatis vti, auſi fuerint; Regulares quidem voce actiua, & paſſiua ſint ipſo iure priuati, adeò, vt habilitationem à nemine, præterquam à Romano Pontifice conſequi valeant; reliqui verò, aliis pœnis, arbitrio Sanctitatis ſuæ, coërceantur, & prædictorum omnium Conuentus, Monaſteria, ac loca huiuſmodi, eorúmque perſonæ, ac bona careant Conſeruatore ad annum, ita vt illorum cauſæ interea, coram locorum Ordinariis dumtaxat cognoſci, ac definiri debeant. Cæterùm vt latiùs pateat Conſeruatorum huiuſmodi deligendorum facultas, Sanctitas ſua admonitos voluit, omnes locorum Ordinarios, vt in Synodis Prouincialibus, aut Diœceſanis, quamplures perſonas, ex habentibus qualitates in prædicta Conſtitutione eiuſdem Bonifacij Prædeceſſoris contentas, & alioquin ad id aptas, deſignari procurent, & ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius loci, cum conſilio Capitulialium, in eius locum, vſque ad futuram Prouincialem, aut Diœceſanam Synodum. Inſuper Sanctitas ſua, inhærendo hac in parte decreto ſimilis record. Greg. Papæ XIII. etiam prædeceſſoris ſui, ſtatuit, & ordinauit, vt Regulares, ac perſonæ huiuſmodi in Italia infra duos, extra Italiam verò infra ſex menſes, à die publicationis in Vrbe præſentis Conſtitutionis inchoandos, debeant ſibi eligere, ſeu aſſumere Conſeruatores iuxta formam ſuperius propoſitam, eiuſque electionis, ſeu aſſumptionis documentum infra tēpus huiuſmodi penes Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur; alioquin eo termino elapſo, quamdium Conſeruatores, ſecundùm formam præſentis Conſtitutionis, non elegerint, coram eiſdem Ordinariis conueniantur. Quodque Conſeruatores huiuſmodi ſemel legitimè deputati, niſi ex legitima cauſa, à Sede Apoſtolica, aut locorum Ordinariis, prout iiſdem Regularibus, & aliis ſupradictis libuerit, approbanda, durante quinquennio, à die deputationis, amoueri, aut mutari nullatenus poſſint, aut valeant. Ad hæc ſtatuit Sanctitas ſua, vt coram ipſis Conſeruatoribus Regulares, ac perſonæ ſuprà ſcriptæ conueniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut trahere non poſſint, ita vt memorati Conſeruatores in cauſis, in quibus Regulares, & alij, actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in iis tantùm, in quibus Rei extiterint; neque extra Ciuitates, ſeu Diœceſes, in quibus fuerint deputati, contra quoſcumque procedere præſumant. Si qua verò inter Iudices Conſeruatores huiuſmodi, & locorum Ordinarios controuerſia; ſuper competentia Iuriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, donec per Arbitros, in forma iuris electos, ſuper iuriſdictionis





competentia fuerit iudicatum. Quod ſi qui Conſeruatores, ſiue in hac parte, ſiue aliàs quomodolibet, ſuos limites exceſſerint, per annum ab officio Conſeruatoris huiuſmodi ſuſpenſi ſint, & pars, quæ hoc fieri procurauerit, ſententiam excommunicationis incurrat, iuxta formam alterius Conſtitutionis, eiuſdem Bonifacij Prædeceſſoris, quæ incipit: *Hæc Conſtitutione*, quam Sanctitas ſua in his omnibus, quæ præſenti Conſtitutioni non aduerſantur, innouauit, & innouat. Per hoc tamen non intendit Sanctitas ſua prohibere, quominus Regulares, & alij ſupradicti in caſibus à iure permiſſis petant Iudicem non ſuſpectum à Principibus, ſeu Magiſtratibus ſæcularibus. Dum tamen hæc tria copulatiuè concurrant, videlicet, vt Regulares, & alij prædicti ſint actores, non autem Rei, vtque agant contra Laicum, non autem contra Eccleſiaſticum, vel aliàs à iuriſdictione ſæculari exemptum, atque vt cauſa, in qua Iudex deputatur, fuerit profana, non autem Eccleſiaſtica, & in ea iuxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem laicus, vt præfertur, eligendus, Iudex competens exiſtat. Quæ omnia, & ſingula in præſenti Conſtitutione contenta, Sanctitas ſua voluit inuiolabiliter obſeruari; decernens ſic in iis, cæteríſque omnibus præmiſſis per quoſcumque, &c. etiam Sacri Palatij Apoſtolici Auditores, nec non S. R. E. Cardinales, ſublata, &c. iudicari, &c. nec non irritum, & inane, &c. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac litteris Conſeruatoriis, quas omnes ad formam præſentis Conſtitutionis reduxit, in fauorem quorumcumque Ordinum, tam Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, aut cuiuſuis alterius inſtituti, etiam neceſſariò exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, ac Piorum quorumcumque, tam ſæcularium, quàm Regularium locorum, nec non illorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegiis quoque, etiam ex cauſa, & titulo oneroſo, indultis, & Litteris Apoſtolicis, etiam Marimagno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliíſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque tenoribus, & formis, ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo bo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea, quæ præſentibus aduertantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogauit; cæteríſque contrariis quibuſcumque. Cæterùm vt præſens Conſtitutio facilius omnibus innoteſcat, Sanctitas ſua voluit, & mandauit, vt non ſolum in Cancellaria Apoſtolica, ſed etiam ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ publicetur, illiuſque exempla in iiſdem locis affixa dimittātur, ac in quinterno

Cancellariæ inter Conſtitutiones perpetuas deſcribatur, & annotetur.

*Ex Typographia Reu.Cam.Apoſtol.1621. publ.die 20. menſis Septemb.eiuſdem anni.*

---

# Clauſula Prima.

## SVMMARIVM.

*Bulla Gregorij XV. de Conſeruatoribus, eſt reuocatoria aliarum, num.1.*

*Bulla Clementis VIII. circa Conſeruatores eſt limitatiua priuilegiorum conceſſorum à Summis Pontificibus diuerſis Religionibus, num.2.*

*Bulla Gregorij, & Clementis, moderantes, & limitantes iuriſdictionem Iudicum Conſeruatorum, non abrogant facultatem, illos eligendi per Regulares, & alios exemptos, quibus gaudere poſſunt, ſeruata tamen forma præſcripta in dictis Conſtitutionibus, num.3.*

1 COnſtat primò, omnia contenta, & decreta, in dicta Conſtitutione Gregorij XV. eſſe reuocatoria, & annullatiua omnium Conſeruatoriarum, præter ea, quæ ſecundùm requiſita prædictæ Conſtitutionis Gregorianæ fuerint executa, vt patet ex verbis ipſius, ibi: *Reuocat, ac nullas, & inualidas decreuit omnes, & quaſcumque Iudicum Conſeruatorum electiones, nominationes, ſeu deputationes, tam vim litterarum, Conſeruatoriarum, iuxta formam in quinterno Cancellariæ deſcriptam, quàm in vim quorumcumque priuilegiorum, perpetuò, vel ad tempus, nondum elapſum, Apoſtolica authoritate conceſſorum, ſeu aliàs quocumque iure, vel titulo, hactenus factas, quibuſcumque Conuentibus, Capitulis, Militiis, etiam S.Ioannis Hieroſolymitani, Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, aut aliis quibuſuis piis tam ſæcularibus, quàm cuiuſuis Ordinis, etiam Mendicantium, ſeu Inſtituti, vel Societatis, Regularibus locis, quantumuis exemptis, etiam de neceßitate exprimendis, ſeu illorum perſonis cuiuſuis qualitatis, ſeu conditionis exiſtant.*

2 Quod idem priùs ſtatutum fuerat à Clemente VIII. *in ſua Conſtitutione*, quæ incipit: *Sanctiſsimus in Chriſto*, & habetur in Bullario Cherub. *tom.3. in Conſtit. eiuſdem, Conſtit.8.* Vnde ſequitur, mentem Gregorij eſſe, moderare, & limitare ampliſſima priuilegia, conceſſa diuerſis Religionibus pro obtinendis Conſeruatoribus, quæ refert Barboſ. *in Paſtoral. alleg.16. n.52.* Non 4
verò abrogare Regularibus, vt non gauderent priuilegio Iudicum Conſeruatorum, ſed quod fieri deberet iuxta formam, ab ipſo Pontifice, in illa Conſtitutione præſcriptam, vt ex Decreto Sacræ Congregationis ita fuiſſe declaratum tradunt Laurent.de Franchis *de controu. inter Epiſc. & Regul.pag.*176. Lezana *in ſum. quæſt.Regul. tom.1.cap.3.num.11 & tom.2.cap.10.num.47.* Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad Conſtit.5. Greg. XV. num.56.* Nouarius *in ſumm. Bull. verb. Conſeruatores, num.12.* quos refert & ſequitur Barboſ. *in ſumm. Apoſtolicar.deciſ.collect.216. num.19.* & ita dicenda eſt prædicta Conſtitutio limitatiua aliarum, taliter quod, ſi forma ibi tradita, & conditiones non ſeruentur, Conſeruatoriæ ſint nullius efficaciæ, aut momenti, nec aliquid operare poterunt, vt ex *infrà* dicendis apparebit; & conſtat ex Declaratione Sacræ Congregationis penes Barboſ. *in Paſtor. in d.alleg.106. n.55. in fine.*

---

# Clauſula II.

## SVMMARIVM.

*Iudices Conſeruatores non poſſunt eſſe, qui dignitate Eccleſiaſtica carent, num.1.*

*Dictio,* Niſi, *de ſui natura eſt aduerſatiua, inductiua conditionis, limitatiua, & præſcribit formam præciſam, & exceptionem quoad alios, n.2.*

*Priores Conuentuales, ſeu Guardiani Mendicantium poßunt eſſe Iudices Conſeruatores, num.3. Sed contraria ſententia eſt verior, & tenenda, n.6. & ſequent.*

*Guardiani, & Priores Mendicantium ſunt in dignitate conſtituti, & vt talibus cauſæ committi poſſunt, n.4. & 5.*

*Patres Societatis* IESV, *in vim ſuorum priuilegiorum habent facultatem eligendi in Conſeruatores quaſcumque perſonas, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, n.5.*

*Priores Conuentuales, ſeu Guardiani Mendicantium non poſſunt eſſe Iudices Conſeruatores, n.6.*

*Iudex non poteſt eſſe, habens in cauſa aliquod intereſſe, etiamſi ſit remotum, ſecundarium, & in conſequentiam, n.6.*

*Teſtis ſi in cauſa habeat aliquod intereſſe repellitur à teſtificando, etiamſi ſit remotum, ſecundarium, vel in conſequentiã, n.7.*

Cauſa,



*Cauſa, quæ ſufficit ad repellendum teſtem ſuſpectum, multo melius ſufficiet pro Iudice, num.7.*

*Iudex facilius repellitur ad iudicandum propter ſuſpicionem, quam teſtis ad teſtificandum, num.8.*

*Religiones ferè omnes inter ſe communicant priuilegia, n.9.*

*Iudex ſuæ rei propriæ nemo poteſt eſſe, num.10.*

*Regularis vnius Conuentus, vel Monaſterij, non poteſt eligere alium Guardianum, vel Priorem alterius Conuentus in ſuum Iudicem Conſeruatorem, n.11. & 12.*

*Paria ſunt, actionem non habere, vel inutilem habere, n.13.*

*Prælati Regulares poſſunt eſſe Iudices delegati, ſed non exinde ſequitur, fungi poſſe munere Conſeruatorum, num.14.*

*Verbum generale vnius clauſulæ reſtringitur, per verbum ſpeciale, ei adiunctum, num.15.*

*Verbum generaliter prolatum accipit interpretationem ex adiuncto, num.16.*

*Priuilegia concedentia Iudices Conſeruatores, tam Regularibus, quàm aliis perſonis ſunt odioſa, n.17. & 19.*

*Iudices incertos, quos pars elegerit, dari non permittitur, n.17.*

*Reſcriptum conceſſum alicui reſtringi debet, ſi detrahat de iuriſdictione ordinaria, num.18.*

*Regulares de iure antiquo erant ſubiecti ordinariis in omni caſu, n.19.*

*Officium iudicaturæ non poſſunt exercere Regulares, num.20*

*Verba generalia reſcriptorum intelligenda ſunt, ſecundùm ius commune, num.21.*

1 SEcundo loco requirit Gregorius, vt Conſeruatores polleant dignitate Eccleſiaſtica, ibi: *Ita vt vel dignitate Eccleſiaſtica præditi, vel perſonatum obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant*, &c. quod idem iam ſtatutum erat à Bonifacio VIII. *in cap.finali, de officio delegati, in 6.* ibi: *De cætero deputari non poſſunt niſi Epiſcopi, &c. ſeu dignitates, vel patronatus in Cathedralibus,* &c.

2 Ad quod ponderanda eſt illa dictio, *Niſi,* quæ de ſui natura eſt limitatiua, aduerſatiua, inductiua conditionis, præſcribens formam præciſam, & exceptionem quoad alios, vt cum pluribus tradit Barboſ. *de diction. vſufrequent. dictione* 217. & annotaui *in meo foro conſcientiæ,* ſiue *Paſtorali interno, p.3. voto 10. num.31. verſ. Et notandum valde.* Quod quidem requiſitum, vt Conſeruatores ſint in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, adeò eſt neceſſarium, vt ſine illa non poſſint nominari, vt eſt notum apud omnes Doctores, & tradunt Moneta *de Conſeruatoribus, cap.5. n.97.* vbi ferè *per totum* latiſſimè diſputat, quis poſſit eligi in Conſeruatorem, Eraſmus à Cochier *in tractatu de iuriſdict. ordinar. in exemptos, to.1. p.1. q.39. n.3.* & alij plures relati à Barboſ. *in Paſtorali alleg.* 106. *n.*8. & *in Collectanea ad dict. cap.fin. de offic. delegati, in* 6. & de hoc non eſt ambigendum.

Difficultas eſt, an Priores Conuentuales, 3
ſeu Guardiani Mendicantium fungi poſſint officio Conſeruatorum; & poſſe plures tuentur, vt tradunt Rodriguez *tom.1. quæſt. Regul. q.65. art.3. verſ. Secundò notandum eſt,* Miranda *in manuali Prælatorum, tom.2. q.47. art.2. concl.3. & 4.* Moneta *vbi ſuprà cap.5. n.24. & 29. cum ſequent.* Armilla *verb. Conſeruator, num.2.* Hieronymus Rodriguez *in compendio quæſt. Regul. reſol.33. n.2.* Bartholomæus Fumus *verb. Conſeruator, num.2.* quem refert, & ſequitur Cochier *vbi ſuprà in dict. p.1. qu.39. n.4.*

Fundamentum deducunt ex eo, quod 4
cum prædicti ſint in dignitate conſtituti, & vt talibus committantur cauſæ, vt tradunt communiter Doctores *in Clement.2. de reſcriptis per eum textum*, videtur dicendum, comprehenſos eſſe in diſpoſitione *dicti cap.fin. de offic. delegati, in* 6. & ita tenent Azor *tom.2 inſtitutionum moral. lib.3. c.20. q.2.* Maſſobrius *in tract. de Synodo diæceſana, cap.4. dub.13. n.40.*

Secundò ex quadam conceſſione, facta 5
à Sixto IV. Ordinibus Mendicantium, & aliis pluribus, relatis à Barboſa *in ſum. Apoſtol. deciſ. collect.216. n.1. vſque ad* 10. & à Nouario *in Lucerna Regularium, verb. Conſeruatores, n.2.* & ex altera Pij V. per Gregor. XIII. conceſſa Societati IESV, vt poſſint eligere in Conſeruatores, quaſcumque perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, quam tradit Rodriguez *in dict. q.65. in dicto artic. 4. verſ. circa quam conceſſionem eſt notandum;* & iam referam *infra in 2.p. q.26 n.2.* Cum igitur Priores conuentuales, & Guardiani Mendicantium ſint perſonæ in dignitate conſtitutæ, comprehenſæ remanebunt in diſpoſitione dictorum priuilegiorum.

Contrariam tamen ſententiam verio- 6
rem iudico, pro qua nouiſſime Diana, qui loquitur in terminis (& allegat noſtrum Breue Innocentij X. *infra citandum in principio.2. part.*) *in to.9. reſol. moral. tract.9. reſol.26.* quem omnino videbis, nam poſtquam refert verba Naldi, quæ etiam nos referemus *infra in 2.p. q 25.* contra Nal-



dum

dum,& hæc opinio validiſſimis nititur fun-
damentis. Enimuerò, ſi Prælati Regulares
admitterentur in Iudices Conſeruatores,
maximum in iure ſequeretur inconue-
7 niens, in illo enim non poteſt admitti in
Iudicem, qui in cauſa aliquod habeat in-
tereſſe, etiam remotum, ſecundarium,
& in conſequentiam, quamuis aliquan-
do admitti poſſit Iudex, habens intereſſe
remotum, & in conſequentiam, vt dice-
mus 2. *p. q.* 4. *num.* 3. vbi inter ſe eſt re-
motiſſimum, vt in illo caſu, non verò in
præſenti, quia eſt proximum, provt in te-
ſte cum pluribus tradit Farinac. *de teſtibus*
*q.6.n.*7. quod magis locum habet in iudi-
ce, nam regula eſt certa, quod in omni
cauſa, quæ ſufficiat ad allegandum teſtem
ſuſpectum, multò magis ſufficiat ad alle-
gandum Iudicem ſuſpectum.
8 Ratio eſt, quia facilius repellitur Iudex
ad iudicandum, quam teſtis à teſtificando,
vt cum Calderino *conſ.* 213. *in fine, verſ.*
*item prædicta cauſa, aliàs* 7.*de appellation.*
tradit Cardinalis Tuſcus *tom.*7. *litt.S concl.*
909.*n.*11. vnde ſequitur, quod ſi prædicti
Regulares admitterentur in Conſeruato-
res, proximè dicta Regula deſtrueretur,
quod non eſt admittendum; nam eſſent
Iudices, intereſſe habentes, & exinde ſuſ-
pecti; ergo neque fateri, prædictos fun-
gi poſſe munere Conſeruatorum, fas erit
dicere.
Reſtat nunc probare, prædictos Præla-
tos Regulares habere intereſſe, de quo
conſtat; nam ferè omnes Religiones com-
municant inter ſe priuilegia vnius cum al-
tera, vt latè tradit Barboſa plura referens
*de vniu. iure Eccleſiaſt. lib.*1.*c* 41.*à n.*218.*vſ-*
*que ad* 244. Sed quod hodie prætendit, &
cõqueritur vna Religio, poteſt cras diſpu-
10 tari, & litigari cum illa, in qua Prior, vel
Guardianus aſſumuntur in Conſeruatores.
Ergo ex identitate, & cõnexione cauſæ re-
putabitur inhabilis. *l. Iulianus* 17. ibi: *Quia*
*iniquum eſt, aliquem ſuæ rei iudicẽ fieri, ff. de*
*iudiciis, l. qui iuriſdictioni præeſt, ff. de iuriſ-*
*dictione omnium Iudicum, l. extat* 13. *ff. de eo*
*quod metus cauſa*, Surdus *conſ.*47. *n.*1. *&* 2.
Bertrandus *conſ.*184. *lib.*2. Crauetta *conſ.*6.
*num.* 33. Maranta *de ordine Iudiciorum, p.*6.
*actu* 2. *principali, n.*32. Vantius *de nullitat.*
*ex defect. iuriſdict. ordinar. num.*94.
11 Ad quod attendens Sacra Cardinalium
Congregatio, & vt opiniones circa hunc
articulum deciderentur, declarauit expreſ-
sè in *vna Turritana* 8. *Octob.*1617. in hæc
verba: *Conquerente Archiepiſcopo Turri-*
*tano, an Regularis vnius Conuentus, Mona-*
*ſterij, vel Domus, aliquem Priorem, ſeu Guar-*
*dianum, vel quemuis alium quauis dignitate*
*fulgentem, in ſuum Conſeruatorem eligere,*
*vel deputare poſſit? Sacra Congregatio Car-*
*dinalium, negotiis Regularium Præpoſito-*
*rum, non poſſe reſpondit.*
Anton. Maria Card. Gallus.
V. Theat. Secret.
Quam refert Barb. hanc ſententiam te-
nens, *in Paſtorali allegatione* 106. *n.*15. &
Vega *in cap. cauſam quæ. n.* 46. *de iudiciis,*
Idem Barb. *in ſum. Apoſtol. deciſ. collect.*217.
*n.*12. ex Gauanto *in manual. Epiſcop. verb.*
*Conſeruatores*, quam Declarationem hodie
ſeruandam, & extendendam ad Indiarum
Regna teſtatur, & admittit Doctiſſimus, &
eruditiſſimus D. Ioan. de Solorzano *tom.* 2.
*Indiar. gubern. lib.*3.*cap* 26. *n.*123. & dice-
mus *infra in* 2. *p. q.* 5. *num.*6. *& quæſt.*25.
*num.* 27.
Quod idem teſtatur Franciſc. Pellizzar. 12
*in ſuo manuali Regularium, tom.*2. *tract.*8.
*cap.*8. *ſect.*4. *n.*90. Licèt poſtea dicat, præ-
dictam Declarationem pati multas exce-
ptiones. Neſcio equidem, quomodo inter
ſe conueniant illud, quod in initio dixit,
cum eo quod in fine concludit, nam *n.*88.
quærit, qui eligi poſſint in Conſeruatores,
& reſoluit, perſonas conſtitutas in dignita-
te, vel Eccleſiæ Cathedralis Canonicos
eligendos fore; ſtatímque ſubdit *num.*90. &
inquirit, vtrum ipſimet Prælati Regulares
eligi poſſit ab aliis ordinibus, & ita ait. Olim
potuiſſe, vt conſtat ex eo, quod (teſte Pey-
rino) aliæ litteræ conſeruatoriæ diriguntur
ad Priores, in præſentia verò non poſſe ob
Decretum Sacræ Congregationis, relatum
à Barboſ. &c. Quod Decretum ſi eſt au-
thenticum, vtique ſeruari debet, quamuis
de facto patiatur exceptiones, &c. Hæc
Pellizzarius.
Sed hoc vltimũ aſſertum infert mihi dif- 13
ficultatem; ſi enim teſtatur, vtique ſeruan-
dum; non congruit pati exceptiones, nam
vt dixit Anton. Monachus Bononien. *deciſ.*
54.*n.*12. Actionem non habere, vel inuti-
lem habere, paria ſunt; ergo ſi prædictum
Decretum in ſuo ſenſu patitur exceptio-
nes, non debet fateri in *dicto n.*90. ſeruan-
dum eſſe, vel ſaltem declarare exceptiones,
quas ſilentio omittit; præcipuè cum ad ea
quæ ipſe tradit ſatisfieri poſſit ex infra di-
cendis, & ideo ſtante prædicta Declaratio-
ne Sacræ Congregationis, ſupra à nobis
tradita reſolutio amplectenda, & ſequen-
da eſt.
Nec fundamenta pro contraria ſenten- 14
tia adducta *ſupra n.*4. *&* 5. vrgent: nam re-
ſpondetur, quod etſi admittamus, poſſe Præ-
lætos Regulares eſſe Iudices delegatos,
(quod



quod difficultate non caret, ex dicendis *in*
*ſequente clauſula, num.*6. *&* 7.) non exin-
de ſequitur, fungi poſſe officio Conſerua-
torum, quia decreta, & priuilegia Pontificia
innuunt contrarium ex verbis Bullæ con-
ceſſæ Patribus Societ. IESV, per Gregorium
XIII. quæ incipit: *Æquum reputantes*, & ha-
betur penes Monetam *in tract. de Conſer-*
*uat. cap.*2.*n.*13. & in Bullar. Cherub. *to.*2.*in*
*conſtit. eiuſdem Pontificis conſt.*1. §.2. *in fine,*
quę ita ait: *Omnes & ſingulos Archiepiſcopos,*
*& Epiſcopos, ac Abbates, nec non alias perſo-*
*nas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ac*
*Metropolitanarum, & aliarum Cathedra-*
*lium Eccleſiarum Canonicos, ac eorundem Ar-*
*chiepiſcoporum Vicarios in ſpiritualibus, &*
*officiales, Generales vbilibet cõſtitutos in ſuos*
*poſſent aſſumere Conſeruatores indulſit, &c.*
15 Vnde cum Pontifex vtatur illis verbis;
*Nec non alias perſonas, in dignitate Eccleſia-*
*ſtica conſtitutas*; nec aliquod verbum de
dignitate regulari dixerit, & ſtatim ſubiun-
gat; *ac Metropolitanarum, & aliarum Ca-*
*thedralium Canonicos*, hæc clauſula decla-
rat antecedentem; nam verbum generale
reſtringitur per verbum ſpeciale, ei adiun-
ctum, vt tradit noſter Aragonenſis Portoles
*de conſortibus cap.*6.*num.*14.
16 Sed cùm generaliter dixerit conſtitutio,
*Dignitates*, reſtringitur, vt ſint in Eccleſia
Cathedrali, declarando comprehẽdi, etiam
Canonicos illius (nam de Canonicis Eccle-
ſiarum Collegiatarum agemus infrà) ex re-
gula, quod verbum generaliter prolatum
accipit interpretationem ex adiuncto. *l ſed*
*& ſi adyciatur* 13. & ibi *gloſſa, ff. pro ſocio,*
cum aliis pluribus congeſtis per Surdum
*conſ.*34.*num.*39. *& conſ.*315.*num.*26.
17 Præterea, quia negari non poteſt, Con-
ſeruatorum Iudicum priuilegia eſſe odio-
ſa, & contra ius; nam in eo reprobatum re-
peritur, dari Iudices incertos, quos pars ſibi
eligere voluerit, *cap. ad hæc, de reſcriptis,*
vbi plura tradit Barboſa *in Collectanea ad*
*eum text. num.*2. *&* 6. *cum ſequent.*
18 Ratio eſt, quia per talem conceſſionem
abſorberetur Iuriſdictio Ordinarij, quod
fieri non debet, vt dixit gloſſa *in d. cap. ad*
*hæc, verbo, elegerint, verſ. Sed dic, de reſcri-*
*ptis*, & tradunt communiter Doctores, & in
terminis latè defendunt Ioan. Petr. Mone-
ta *in tractatu de Conſeruatoribus cap.*3. *n.*
20. *& ſequent.* Eraſmus à Cochier *de iuriſ-*
*dict. ordinar. in exempt. tom.*1. *p.*1. *q.*4. *& q.*
39.*n.*29. *& tom.*2. *p.*2. *q.*2. *n.*2. ergo dictum
reſcriptum reſtringi debet. *l. cum quidam,*
*ff. de liberis & poſthumis, cap. odia* 15. *de re-*
*gul. iuris lib.*6. *cap. ne quis, de priuilegiis*
*eodem libro*, vbi DD.
Sed de iure antiquo Regulares in omni 19
caſu erant ſubiecti Iuriſdictioni Epiſcopo-
rum, Cap. *Monaſteria* 18. *q.*2. cap *qui verò,*
*in fine* 16. *q.*1. gloſſ. *in cap. quando, verbo, ſi*
*Prælati, de officio Ordinarij.* Nauarrus *in*
*canone non dicatis, num.*63. *verſ. addo ſecun-*
*dò*, 12. *quæſt.*1. Rodriguez *tom.*2. *quæſt. regul.*
*quæſt.*63. *art.*1. *&* 3. *in princip.* latè noſter
Doctiſſimus Aragonenſis Cenedo *in ſuis*
*quæſtionibus Canonicis, & ciuilibus quæſt.*
26.*num.* 1. & *ſequent.* Barboſ. *in Paſtorali*
*allegat.* 105. *num.*1. *& ſequent.* & dicemus
*infra part.*2. *quæſt.*1. *&* 2. ergo priuilegium
concedens Regularibus exemptionem eſt
exorbitans à iure, cum detrahat, & di-
minuat iuriſdictionem, quam ex illo, Or-
dinarij in eos habebant, & in ſpecie
probant Moneta, & Cochier *vbi pro-*
*ximè.*
Sequitur ergo, verba illa reſcripti in- 20
telligi debere de dignitate Eccleſiaſtica ſe-
culari, non de regulari; maximè cum vi-
deamus, prohibitum eſſe Regularibus
fungi munere iudicaturæ ex variis Con-
ciliorum Decretis, vt conſtat ex Concilio
Tarraconenſi tempore Hormiſdæ Papæ,
*anno Domini* 516. & habetur tom. 2. Con-
ciliorum *pag. mihi* 525. *in impreſſis Ve-*
*netiis de anno* 1585. *canone* 11. & reperi-
tur in *canon. Monachi* 35. 16. *q.*1. vbi ex-
preſsè id Regularibus prohibetur, idém-
que ſtatutum reperitur in Concilio Mo-
guntino I. tempore Leonis III. & Caroli
Magni *anno Domini* 813. & habetur tom. 3.
Conciliorum *pag.*693. *canon.* 14. *ſub titu-*
*lo, De negotio ſæculari*, idem probatur in
Cap. *de præſentium* 16. *quæſt.*1. Cap. 2. *de*
*poſtulando*, & tradit Dueñas *regul.* 78. er-
go quando Pontifex dixit in reſcripto, *in*
*dignitate Eccleſiaſtica*, intellexit de Sæcu-
lari, non de Regulari, cum hæc à iure ſit 21
prohibita, munere iudicaturæ fungi; vt
tradit Ledeſma cum pluribus *to.*3. *ſummæ,*
*verbo Iudex, & iudicium Regularium, num.*
22. *& tom.* 5. *in Mari Magno Carmelita-*
*rum, num.* 469. *pag.* 869. *in impreſſ. Romæ*
*de anno* 1647. Verba enim generalia reſ-
criptorum intelliguntur ſecundum ius
commune; Garcias Girondas *de priui-*
*legiorum, ſeu exemptionum explicatione,*
*numero* 275. Ex quibus fundamentis ſa-
tisfit illis traditis à Tamburino *de iure Ab-*
*batum, tom.* 3. *diſput.* 17. *quæſt.* 4. *num.*6.
*&* 7. Bordono *tom.* 2. *variarum reſolu-*
*tionum, reſol.* 95. *quæſt.*12. *num.*15. contra-
rium tenentibus. Quapropter exiſtentibus
prædicta expreſſa Declaratione Sac. Con-
gregationis, & fundamentis ſuperius rela-
tis cenſeo, Priores Conuentuales, & Guar-
dianos,

dianos, vel alios Superiores Regulares, non poſſe fungi officio Iudicum Conſeruatorum. Quæ omnia conſultò extendi, nam aliquoties vidi, & expertus fui his temporibus, in Ciuitate, & Diœceſi Oſeen, huius Regni Aragonum, plures in hunc errorem incidiſſe, ex quo reſultant ſcandala, maximæque expenſæ, & multoties accidere, lites de ciuilibus, conuerti in criminalibus: quod omne, omnino omnes effugere tenemur, maximè Regulares.

---

## Clauſula III.

### SVMMARIVM.

*Litteræ conſeruatoriæ per Sedem Apoſtolicam concedendæ, dirigi non poſſunt, niſi perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, num.* 1.

*Dictio*, tantum, *eſt taxatiua, exceptiua, limitatiua, reſtrictiua, & excluſiua, numero* 2.

*Dictio*, tantum, *ſi ſit appoſita in aliqua conceſsione, excludit alios Iudices, præter illos, quibus antea competebat iuriſdictio generalis in eiſdem cauſis, num.* 2.

*Dictio*, aliter, *inducit formam, & ſolemnitatem, ſimulque conditionem, præcisè ſeruandam, num.* 3.

*Solemnitas requiſita in reſcripto, continente dictionem*, aliter, *ſi ad vnguem non obſeruetur, corruit actus, num.* 4.

*Clauſula*, nullius roboris, vel momenti, *importat nullitatem actus, ſi in contrarium fiat, ac in diſpoſitione continetur, numero* 5.

*Canonici ſæculares, Eccleſiæ Cathedralis, poſſunt eſſe delegati Papæ, non verò Canonici Monachi, num.* 6.

*Monachus excludi debet à Iudiciis forenſibus, & delegationibus cauſarum, numero* 7.

1 TErtio loco Gregorius XV. ſtatuit, vt Litteræ conſeruatoriæ, per Sedē Apoſtolicam concedendæ, non poſſint dirigi, niſi perſonis in clauſula antecedenti deſignatis, & ſi aliquæ aliter expediantur, illæ, ac deputationes, omniáque inde ſequenda, nullius ſint roboris, vel momenti, ibi: *Quodque deinceps, Litteræ conſeruatoriæ, per Sedem Apoſtolicam concedendæ, ſupraſcriptis tantum dirigantur, & ſi quæ Litteræ aliter expedientur, illæ, ac deputationes huiuſmodi, omniaque exinde ſequenda nullius ſint roboris, vel momenti*, &c.

In qua diſpoſitione ponderanda eſt illa 2
dictio, *tantum*, quæ præter effectus, quos operatur ſcilicet, quod ſit exceptiua, limitatiua, reſtrictiua, & excluſiua, vt latè per Barboſ. *de dictionibus vſufrequentibus, dictione* 401. importat, vt ſi ſit appoſita in aliqua conceſſione, excludat alios Iudices, præter illos, quibus antea competebat iuriſdictio generalis in eiſdem cauſis, vt ex *l.* 1. *ff. de officio Præfecti vrbis*, tradit Barboſ. *in dicta dictione* 401. *num.* 7. Cùm igitur antea in *dicto cap. final. de officio deleg. in* 6. Iuriſdictio Conſeruatorum tantum committi debebat perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis (quod intelligo de dignitate Eccleſiaſtica ſæculari, non verò Monachali ex adductis ſupra in clauſula antecedente, & dicemus *infra num.* 6. *&* 7.) ergo quando Gregorius vſus fuit dicta dictione, *tantum*, excluſit alios, præter illos quos expreſſit.

Secundò in hac clauſula ponderanda 3
eſt illa dictio, *aliter*, quæ inducit formam, & ſolemnitatem ſimúlque conditionem, præcisè ſeruandam, vt cum noſtro doctiſſimo Aragonenſe Cenedo *ſingul.* 62. *num.* 1. *&* 2. probat Barboſ. *in dict. tractatu de diction. vſufrequent. dict.* 24. *num.* 1. *&* 2. &
ideo debat ad vnguem obſeruari, ita vt ſi 4
deficiat in minimo, actus corruat. *l. cum hi. § ſi Prætor. ff de tranſact. l. non dubium. C. de leg.* de quo latè Cardin. Tuſcus *tom.* 3. *lit. F. concl.* 415. *num.* 1. *& ſequent.* Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 15. *num.* 5. *& ſequent.* Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ* 4. *num.* 136. *in fin.* Pariſi. *de reſignat. beneficior. lib* 5. *q* 6. *num.* 226. *&* 227.

Tertiò ponderanda ſunt vltima verba 5
huius clauſulæ, ibi, *Nullius ſint roboris, vel mom̄eti*, quæ important nullitatem actus in contrarium geſti, vt in *l. ſi quis Sempronium, ff. de hæredibus inſtituendis*, & in aliis pluribus relatis à Barboſ. vbi proximè *dictione* 227. Quibus omnibus iunctis, concludendum eſt, Litteras conſeruatorias dirigi non poſſe, nec vti munere Conſeruatorum, qui non ſint conſtituti in dignitate Eccleſiaſtica inſpecto tenore Bullæ Gregorij XV.

Quæ quidem non comprehendit Ca- 6
nonicos, Collegiatarum, aut Regularium, nec ſuperiores Regulares, ſeu Monachales ex eo, quod reputentur perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, & exinde capaces delegationis, vt latè diximus *ſuprà in clauſula antecedente, num.* 6. 11. 12. *&* 15. Licèt enimuerò Canonici ſæculares, Eccleſiæ Cathedralis poſſint eſſe delegati Papæ,



Papæ, non verò Canonici Monachi, vt partim tradit Gratianus *tom.* 1. *diſcept. forenſ.*
7 *cap.* 170. *num.* 6 ibi: Tales tamen Monachi Canonici Eccleſiæ Cathedralis non poterunt eſſe delegati Papæ, provt ſunt Canonici ſæculares, cum qualitas Canonicatus habeat admixtam qualitatem inſeparabilem à Monachatu, quod magis debet attendi, & illum excludere à Iudiciis, & delegationibus, quamuis enim tales Monachi Canonici parificentur Canonicis ſæcularibus; tamen non ſunt æquiparati in omnibus: vnde non eſt agendum de vno caſu ad alium, provt latè in ſpecie concludit Felinus *in cap. cauſam, quæ el primero, n.* 4. *columm.* 2. *in fin. verſ vtrum Monachus, de iudiciis.* poſt Calder. Archidiaconum, Arct. & alios *ibi* per eum allegatos, &c. Idem tenet Dueñas *regul* 78. & Barboſ. *in Paſtor. alleg.* 106. *n.* 9. ergo conſtituendi ſunt Conſeruatores, qui polleant dignitate Eccleſiaſtica, aut Canonici Sæculares Cathedralium, non verò Regulares, nec Collegiatarum, vt dicemus *infra clauſula* 5.

---

## Clauſula IV.

### SVMMARIVM.

*Regulares eligentes Conſeruatores contra formam præſcriptam à Gregorio XV. priuantur voce actiua, & paſsiua; alij verò pœnis arbitrariis, num.* 1. *&* 3.

*Eligentes Conſeruatores, non ſeruata forma Conſtitutionis Gregorij puniuntur, vt per annum non poſsint illis vti, & ſubiiciuntur Ordinariis, num.* 2.

*Iudices Conſeruatores non poſſunt cognoſcere, niſi de manifeſtis iniuriis, & violentiis, & ſi excedant, ſuſpenduntur ab officio per annum, num.* 3.

*Habilitationem pœnæ, quæ incurrunt Regulares, ſi non ſeruauerint formam præſcriptam à Gregorio, circa Conſtitutiones, ſolus Papa concedere poteſt, n.* 3. *&* 5.

*Regulares, ſi contraueniant Conſtitutioni Gregorij incurrunt in pœnam in ea ſtatutam, in qua diſpenſare poſſunt Superiores, n.* 4. *Sed contraria ſententia eſt verior, & tenenda, n.* 5. *&* 10.

*Religio Hieroſolymitana obtinuit confirmationem ſuorum priuilegiorum à Greg. XV. num.* 5.

*Religio Hieroſolymitana habet priuilegium nominandi, & vtendi conſeruatoribus, ex conceſsione Pij V. Gregorij XV. & Vrbani VIII. n.* 6.

*Confirmatio parum operatur in eo, quod quis iam habebat, ſi de nouo aliquid non ſit conceſſum, n.* 8.

*Ratio eadem vbi viget, debet procedere eadem iuris diſpoſitio, n.* 9.

*Diſpoſitio in corpore iuris clauſa, non reuocatur per ſecundam, ſi in ea non fiat expreſſa mentio, tam in lege, vel ſtatuto, quam in priuilegio, vel diplomate Pontificio, num.* 10.

*Decretum*, irritans, *inficit, & annullat, quidquid contra illud fit, n.* 11. *quod extende, etiamſi ſecunda conceſsio ſit facta motu proprio, vel ad inſtantiam partis, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, n.* 13.

*Decretum*, irritans, *habet in ventre inhibitionem, ac vim priuatiuam poteſtatis conceſſæ, num.* 12.

*Decretum*, irritans, *operatur, vt in ſecunda conceſsione, quomodocumque ſit facta, ſi non fuerit illud reuocatum, quidquid in contrarium fit, nullius ſit momenti, numero* 13.

QVarto loco Gregorius inducit, & de- 1
clarat pœnam contra eligentes Conſeruatores, non ſeruata forma, ab ipſo præſcripta, ibi: *Et nihilominus, qui ſecus, iuxta formam ſuperius præſcriptam, Conſeruatores huiuſmodi cum effectu eligere, nominare, ſeu deputare, aut electis, nominatis, ſeu deputatis vti auſi fuerint, Regulares quidem voce actiua, & paſsiua ſint ipſo iure priuati, adeò vt habilitationem à nemine, præterquam à Romano Pontifice, conſequi valeant: Reliqui verò, aliis pœnis, arbitrio Sanctitatis ſuæ coërceantur, & prædictorum omnim Conuentus,* 2
*Monaſteria, & loca huiuſmodi, eorumque perſonæ, ac bona careant Conſeruatore ad annum, ita vt illorum cauſæ interea, coram locorum ordinariis dumtaxat cognoſci, ac definiri debeant*, &c.

Quæ quidem pœna ſuſpenſionis per 3
annum erat iam ſtatuta *in dicto cap. vltimo, §. vt autem,* & *verſ. vltimo, de officio delegati, n.* 6. contra Conſeruatores, qui cognoſcerent vltra manifeſtas iniurias, & violentias, Barboſ. *in paſtoral. alleg.* 106. *n.* 47. *&* 49. *& n.* 30. qui alios refert, quibus iunge Cochier *de iuriſdict. ordinar. in exemptos, tom.* 2. *p.* 2. *q.* 22. *num.* 1. quam pœnæ habilitationem ſibimet reſeruat Pontifex. Pelizzar. *in man. Regul. tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 6. *ſect.* 2. *n.* 36. *&* 86. & ideò nullus in ea manū imponere poteſt; Cap. *cum inferior, de maiorit. & obedient.* & tradunt Iaſon, & communiter DD. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure*, latè Azeuedo *ad l.* 2. *tit.* 14. *nouæ recopil. num.* 55. *& ſequent.* Surdus *conſ.* 58. *n.* 6.

Hanc

4 Hâc pœnam effugere poſſe,& in ea diſpenſare Superiorem Regularem teſtatur Bordonus *tom.2.var.reſol.ſeu conſil. Regul. reſol.95.num.*18.vbi ita ait:*Eligentes contra prædictam formam Conſeruatorem , id eſt, eum qui non eſt expreſſus Iudex in Synodo, ſunt ipſo iure priuati voce vtraque, cuius habilitatem ſibi Papa reſeruat. Nihil verò eſt, contra illum mutantes, aut reuocantes ſtatutum.*

Non obſtante reſeruatione in ea habilitat Superior maior, quia idem Papa ex certa ſcientia, *eodem anno, die* 16. *Octob.* 1621.confirmauit omnia priuilegia Regularium,ad inſtantiam Theatinorum,& hoc fuit poſt editionem Bullæ de Conſeruatoribus,quæ publicata fuit *eodem anno,die* 20. *Septemb.*Hæc Bordonus , cuius auctoritate, & relatione idem teſtatur Pellizz. *in man. Regul. tom.* 2. *tract.*8. *cap.*8. *ſect.*4. *num.*86. *verſ.addit Bordonus.*

5 Sed ſalua pace tantorum virorum(quos tanquam doctiſſimos Magiſtros veneror) ſuſtineri non poteſt , quod ipſi aſſerunr , ſi animaduertamus , Religionem Hieroſolymitanam obtinuiſſe confirmationem ſuorum priuilegiorum ab ipſo Gregorio XV. *die* 22.*Februarij* 1622.longè poſt editionem Bullæ reuocationis,ſeu moderationis Iudicum Conſeruatorum,quæ ab ipſomet Gregorio fuit decreta, & publicata, vt patet ex Bulla confirmatoria Gregorij,confirmante priuilegia Hieroſolymitanorum , *ſub dat. Romæ apud S. Petrum , ſub annulo Piſcatoris, die* 22.*Februarij* 1621.quæ incipit:*Gregorius Papa XV. ad futuram rei memoriam. Militantis Eccleſiæ regimine* , &c. & habetur in Bullario Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani,typis Romæ mandato, in Typographia Cameræ Apoſtolicæ *de anno* 1628. *pag.*113.vbi ita ait : [Nos itaque attendentes,præclara eiuſdem Hoſpitalis,erga fidem Catholicam , & Sedem Apoſtolicam promerita , cupientéſque vt ipſa priuilegia, exemptionis , & gratiæ , eo firmius ſubſiſtant,quo ſæpiùs ab eadem Sede confirmata
I ta extiterint,Magnum Magiſtrum,Priores, Bailliuos ,Caſtellanum Ampoſtæ , Præceptores,Milites,&Fratres,&eorum ſingulos, ſingularéſque perſonas , à quibus ius excommunicationis , &c. Nec non omnium, & ſingulorum priuilegiorum, indultorum, facultatum, exemptionum , immunitatum, libertatum,& gratiarum, per prædictos , & alios quoſcumque Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros,ac Sedem Apoſtolicam, Hoſpitali prædicto , illiuſque Magno Magiſtro, Conuentui, & Fratribus , Militibus , aliiſque perſonis prædictis , hactenus conceſſorum,ac litterarum deſuper confectarum tenores , præſentibus pro expreſſis habentibus. Motu proprio , non ad Magni Magiſtri , & Conuentus , Hoſpitalis huiuſmodi, aut alicuius alterius ſuper hoc , pro eis nobis oblatæ petitionis inſtantiam , ſed ex certa ſcientia,& de noſtra mera liberalitate , ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,omnia,& ſingula priuilegia , Indulta,facultates, exemptiones, immunitates, libertates,& alias gratias,eiſdem Magno Magiſtro , & Conuentui quomodolibet conceſſa , Apoſtolica auctoritate , tenore præſentium confirmamus,& approbamus,illíſque perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus,ac omnes,& ſingulos, tam iuris,quàm facti defectus, ſi qui forſan interuenerint , in eiſdem ſupplemus , decernentes , &c.] Quæ quidem Conſtitutio fuit poſtea confirmata ab Vrbano VIII. per aliam Conſtitutionem incipientem: *Exponi nobis , ſub dat. Romæ apud S.Petrum, ſub annulo Piſcatoris ,* 17. *Februarij* 1629. *Pontificatus ſui anno* 5. eámque refert Barboſ.*in paſtorali, poſt tractatum in impreſſis Lugduni de anno* 1649. *Conſtitut.* 61. *pag.* 112.

Cùm igitur prædicta Religio frueretur priuilegio,habendi,& nominandi Conſeruatores,vt patet ex Bulla Pij IV. *ſub dat. Romæ apud S.Petrum , anno Incarnationis Dominicæ* 1560.*Pontificatus ſui primo*, quæ incipit:*Pius Epiſcopus,Seruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. Circumſpecta Romanis Pontificis prouidentia* , & habetur in dicto Bullario Religionis Hieroſolymitanæ *pag.*1.*verſ.ac quod, pag.*25. vbi ita habetur *Ac quod, quæcumque perſonæ , in dignitate Eccleſiaſtica , & vbilibet conſtitutæ , per eoſdem Bailliuos , Priores, Præceptores, & Fratres ac eorum ſingulos pro tempore eligendæ, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ipſos aduerſus inferentes eis iniurias , ſeu grauamina,vel damna in perſonis,rebus, & bonis manutenere, conſeruare,& quamcumque iuriſdictionem exercere ; necnon ſententias,cenſuras,& pœnas Eccleſiaſticas, contra Rebelles,& inobedientes,cum effectu,promulgare : Necnon omnibus facultatibus, & conceſſionibus , quibuſuis Conſeruatoribus , eis per quaſcumque litteras Apoſtolicas eatenus deputatis,quomodolibet conceſſis vti,potiri, & gaudere deberent in omnibus , & per omnia ;proinde ac ſi per eaſdem Litteras, Conſeruatores,& Iudices deputati fuiſſent*,&c. 6

Verùm cum prædicta Religio ſentiret, non eſſe tutam cum præinſertâ confirmatione,quamuis obtenta ab ipſomet Gregorio XV. quoad Iudices Conſeruatores;exiſtente 7



ſtentè illa alia reuocatoria , ſeu moderatoria eorum,voluit , & petiit declarationem à Sacra Cardinalium Congregatione , quæ *die* 16.*Februarij* 1628.illã interpoſuit, eamque per viã Breuis decreuit Vrbanus VIII. (qui etiam per Bullam ſpecialem *ſub dat. Romæ apud S.Petrum ſub annulo Piſcatoris* 29.*Maij* 1624.*ſui Pontificatus anno* 1. confirmauerat,ſicut Gregorius, omnia priuilegia Militum Hieroſolymitanorum , vt patet ex dicto Bullario *pag.* 119. qua confirmatione , non obſtante de nouo confirmauit prædictam declarationem provt ſequitur : ) *Vrbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Antonius de Paula , Magnus Magiſter , & Conuentus , Hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani , quod à Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus , Sacri Concilij Tridentini Interpretibus , emanauit Decretum ten. ſubſeq. videlicet, Die 26. Februarij 1627. Sacr. Congregat. Illiſtriſſ. Cardin. Concil. Trident. Interpret. cenſuit. Conſtitutionem S. Mem. Gregor. XV. de Conſeruatoribus non afficere Religionem Hieroſolymitanam, niſi quoad Iudices Conſeruatores , eidémque Religioni adhuc ius , eiuſmodi Iudices Conſeruatores eligendi competere. Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat , Antonius,Magnus Magiſter , & Conuentus præfati , Decretum huiuſmodi pro illius validitate , & ſubſiſtentia firmioribus Apoſtolicæ noſtræ Confirmationis robore communiri plurimum deſiderarent ;Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt , vt in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, Antonium Magnum Magiſtrum , & Conuentus præfatos , ſpecialibus fauoribus , & gratiis proſequi volentes*,&c. *Huiuſmodi ſupplicationibu inclinati : Decretum præinſertum Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus , & confirmamus , illíque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus , ac omnes , & ſingulos , tam iuris , quàm facti defectus , ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus. Decernentes* , &c.

8 Ex quibus patet,non ſufficere illam confirmationem ex certa ſcientia factam à Regularibus ad inſtantiam Theatinorum , vt illorum ſuperior poſſit diſpenſare, & habilitare in prædicta pœna , cum videamus, etiam ab ipſomet Gregorio fuiſſe confirmata motu proprio,& ex certa ſcientia , & cum ampliſſimis clauſulis , priuilegia Militum Hieroſolymitanorum , quæ quidem Confirmatio ſi ſufficiens eſſet,ad quid Magnus Magiſter, & Conuentus , nouam declarationem , & Breue ſpeciale petere curarent,provt ipſi obtinuerunt,ſi enim comprehenſum eſſet, fruſtraneum , & otioſum eſſet petere,& concedere,quod iam habebant ; ex *regula iuris , quod fruſtra precibus impetratur quod iure conceditur.§ ſi res aliena,inſtit.de legat.l.*1.*ff.ad municipalem.* Valenzuela *conſ.*69.*n.*88.*& conſ.*74.*n.*65.Fontanel.*deciſ.*211.*n.*12. ergo per ſolam confirmationem factam Theatinis , non eſt dicendum,poſſe maiorem Superiorem habilitare illum,qui incidit in pœnam ſtatutam *in d.c.fin.*& *in d Conſtitutione Gregoriana.*

9 Præterea, nam nulla maior ratio conſiderari poteſt , reſpectu incurſionis pœnæ, quam cæterarũm diſpoſitionum reſtrictarum,nã pariformiter debebat operari confirmatio,ſi ſubſiſtere poſſet , ſed in aliis requiſitis , id non admittunt prædicti Doctores;ergo neque in pœna;cum eadem vigeat ratio.*l.illud,ff ad l. Aquiliam*,cum aliis à me relatis *in meo Foro conſcientiæ*,ſiue *Paſtorali interno*,3.*p.voto* 7.*n.*48. quibus iunge Vgolin.*de offic.& poteſt. Epiſc.c.*13. §.27.*n.*1. & *c.*49.§.4.*n.*2. Gutierr. *lib.* 3 *pract.quæſt.*13.*n.*84.*& ſeq.*Gonz.*ad reg.*8.§.7.*proœmij n.*105.

10 Secundò probatur,nam eſt concors omnium Doctorum ſententia ; diſpoſitionem clauſam in corpore iuris, non reuocari,niſi de illa expreſsè fiat mentio in priuilegio, ſtatuto , vel diplomate Pontificio , vt latè probaui in *meo Paſtorali interno p.* 1.*tract.*5. *q.*2.*n.*10.*&* 15.Sed pœna ſuſpenſionis contra Conſeruatores, excedentes , & contrauenientes ; & excommunicationis in procurantes,propter diſpoſitionem Bullę Gregorij,eſt clauſa in corpore iuris *in d.cap.fin. §.vt autem,de officio delegati,in* 6.Ergo ſi in confirmatione obtenta à Theatinis non fuerit facta expreſſa derogatio dictæ diſpoſitionis clauſæ in corpore iuris , in illa non comprehendetur,ac per conſequens Superior Maior non poterit in dicta pœna diſpenſare.

11 Tertiò,nam idem fatendum eſt ex diſpoſitione dictæ Bullæ Gregorij , vbi ipſe ſibi ſpecialiter reſeruat habilitationem;& cum dicta Bulla Gregoriana contineat clauſulã,
ſeu decretum irritans,ibi,*Decernentes ſic in* 12
*his*,&c.*Nec non irritum,nec inane*,&c. operatur,vt inficiat,& annullet prædicta clauſula , *& decretum irritans* , omnia quæ in contrarium fiunt , taliter quod habeat in ventre inhibitionem,ac vim priuatiuam,& auocatiuam poteſtatis conceſſæ , vt cum pluribus tradit Gratian.*tom.*4. *diſcept.foreñſ. cap.*791.*num.*13.& latè probaui *in meo Foro conſcientiæ*, ſiue *Paſtorali interno p.*1. *tract.* 4.*q.*2 *num.*10. & tradunt Poſtius *in tract. de*

*manutent. obſeruat.46. num.*10. Rota apud Caſſad.& Puteum *in vna Obiten. Canonicatus 7. Iunij* 1630. *coram Veroſpio, impreſſa per Poſtiũ poſt tractatũ deciſ.*279.*n.*3.*in fine.*

Quod adeò verum eſt,vt locum habeat prædicta doctrina, etiamſi ſecunda conceſſio fuerit facta motu proprio,vel ad inſtantiam partis,ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, vel non cognita cauſa,nam in omnem euentũ,clauſula,ſeu decretum irritans inficit, & annullat, quidquid in contrarium conceditur, ſi expreſsè non ſit reuocatum,vt cum Moneta *de commut.vlt.volunt.c.*7.*n* 233.& Barb. *de clauſ.vſufreq.clauſ.*40.*n.*11. probaui *in d. meo Foro conſcientiæ,ſiue Paſtorali interno in loco proximè cit.in fine*; ergo ſi in confirmatione priuilegiorum, conceſſa Theatinis à Gregorio, non fuit reuocatum decretum irritans,appoſitum in dicta Bulla Conſeruatorum,fatendum eſt,confirmationem ſubſequutam non potuiſſe aliquid operari, sẽpérque reſeruationẽ habilitationis, ſeu diſpoſitionis factam à Gregorio ſuis pedibus remanſiſſe,& ideò non eſſe reſtrictam ſuã diſpoſitionem, ſed concludendum Superiorem Maiorem Regularium habilitare non potuiſſe,nec poſſe illum,vel illos,qui in pœnam inciderunt propter contrauentionem,& per conſequens prædictam doctrinã Bordoni,& Pellizzar. ſuſtineri nõ poſſe.

# Clauſula V.

## SVMMARIVM.

*Iudices Conſeruatores,vt eligi poßint,debent eſſe prius Synodales, ac in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti,num.*1.*&* 2.

*Synodales,ſi moriantur,poteſt Ordinarius, cũ conſilio Capituli,deſignare alios,vſque ad futuram Synodum, dummodo habeant qualitates neceſſarias,n.*1.

*Canonici Eccleſiarum Cathedralium poſſunt eſſe Synodales,& Iudices Cõſeruatores,n.*3.

*Canonici Eccleſiarum collegiatarum non poſſant eſſe Synodales,nec Iudices Conſeruatores,quia non ſunt in dignitate conſtituti,n.*3.*&* 4.

*Collegiatæ Eccleſiæ quandoque ſolent habere Canonicos,in dignitate cõſtitutos,n.*4.*&* 6.

*Collegiata Eccleſia habet in ſe dignitatẽ,n.*4

*Canonici Collegiatarum in nonnullis æquiparantur Canonicis Cathedralium,n.*5.

*Cauſæ poſſunt cõmitti perſonis,habentibus dignitatẽ extra Eccleſiam Cathedraliũ,n.*5.

*Verba vbi ſunt clara, intelligenda ſunt ſecundum propriam ſignificationem,n.*6.

*Verba legis, ſeu ſtatuti, propriè intelligi debent, numero* 7.

*Collegiata Eccleſia dignior eſt Parochiali, num.*8.*&* 9.

*Concordia,quæ continet aliquod præiudicium Eccleſiæ,vt ſubſiſtat, neceſſaria eſt Superioris auctoritas, num.*8.

*Argui non poteſt de parte ad totum,n.*9.

*Illatio ex diuerſo fieri non debet,n.*9.

*Canonici Eccleſiarum Collegiatarum præcedere debent Clericos Parochialium, n.* 10.

*Conſeruatores Iudices differunt in pluribus,à Iudicibus delegatis,n* 11.

*Iudices Synodales nominari debent in Synodo diœceſana, vel Prouinciali, cum certis qualitatibus,num.*12.

*Canonici Collegiatarum non poſſunt eſſe delegati Papæ,num.*13.

*Verbum,*Admoneo,*appoſitum in aliqua diſpoſitione,potius importat conſilium, quàm præceptum, num.*12.*&* 15.

QVinto loco Gregorius monet Ordi- 1
narios,vt deſignent quamplures perſonas,in Synodis Prouincialibus,aut diœceſanis,& dat formã ſubrogandi in locum demortuarum,ex deſignatis, ibi:*Cæterũ,vt latius pateat, Conſeruatorum huiuſmodi deligendorum facultas, Sanctitas ſua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios,vt in Synodis Prouincialibus,aut diæceſanis,quã plures perſonas,ex habẽtibus qualitates in prædicta Conſtitutione eiuſdẽ Bonifacij VIII.prædeceſſoris cõtẽtas,& alioquin ad id aptas,deſignari procurẽt;& ſi aliquẽ interim ex deſignatis mori contigerit,ſubſtituat Ordinarius loci,cũ Cõſilio Capituli,aliũ in eius locũ,vſque ad futurã Prouincialẽ,aut diæceſanã Synodũ,*&c.

Patet ex dicta clauſula, Cõſeruatores Iu- 2
dices debere prius nominatim eſſe Synodales,vt aduertit Bordonus *to.*2 *var. reſol. reſol.*95.*n.*15.*in fine.*Barb.*in ſum. Apoſt. deciſ. collect.*216.*n.*10. Pellizz.*in man.Regul. to.*2. *tract.*8.*c.*8 *ſect.*4.*q.*6.*n.*88. Et inſuper quod ſint in dignitate cõſtituti,cum modo,& circumſtantiis *ſuprà* à nobis traditis *in clauſ.*2. & probat cum Lezan. Pellizz.vbi proximè; in quibus comprehẽdi Canonicos Eccleſię Cathedralis non eſt dubitãdum,Flamin.Pariſ.*de reſign. lib.*2.*q.*1.*n.*102.Gonzal.*ad reg.*8. *gloſſ.*2.*n.*39.Maſſobr.*de Synodo Epiſcoporum c.*4.*dub.*13.*n.*23.*& ſequent.* Tambur.*de iure Abbatum tom.*3.*diſp.*17.*q.*1.*n.*12.

De Canonicis verò Eccleſiarum Colle- 3
giatarum anceps eſt quæſtio; Et exiſtimo, nullo modo fungi poſſe officio Conſeruatorum; tum quia hi non ſunt in dignitate conſtituti;tum quia non poſſunt eſſe Synodales;tum quia *in cap.ſtatutum,de reſcriptis in* 6.fruſtra adiecta eſſent illa verba,*ſeu Eccleſiarũ Cathedraliũ Canonicis*;cum ſi Collegiatarum cõprehenſi forent,nõ erat opus addere,*Eccleſiarũ Cathedraliũ*, ſed ſufficiebat dicere, *Canonicis*, quod verbum cõprehende-



henderet tam Canonicos Cathedralium, quàm Collegiatarum, ſi mens Pontificis fuiſſet,omnes comprehenſos remanere;ergo ſi Pontifex addidit illud verbum,*Cathedralium*, de iſtis intellexit,excludendo illos Collegiatarum, ita tenent ex pluribus fundamentis Petrus Moneta *in tract. de Conſeruatoribus,cap.*5.*n.*118. Peyrinus *in conſtitutionibus ſui Ordinis Minimorum, tom.*2.*in conſtit. Gregorij XV.*§.2.*n.*19.quos refert, & ſequitur Barboſ.*in paſtorali alleg.*106.*n.*12.

4 Quidquid dicat Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.*637.*in prima edit. & in ſecunda,reſol.*75.vbi quærit;an Canonici Eccleſiæ Collegiatæ poſſint conſtitui Iudices Synodales; & cũ prius referat noſtrã sẽtentiam, poſtea *n.*5. contrariam tuetur ex eo, quia in Eccleſia collegiata ſolẽt adeſſe Canonici,obtinentes dignitates,& Collegiata habet in ſe dignitatem, ex *Seraph.deciſ.*22.

5 Secundò,quia Canonici Eccleſiæ Collegiatæ in nonnullis æquiparantur Canonicis Cathedralis, vt per eundem Seraph.*deciſ.*1223. Tertiò, quia quælibet cauſæ poſſunt committi perſonis habentibus dignitatem extra Cathedralem.

Sed facilè omnibus reſpondetur, ad primũ,quod licet fateamur, multoties in Collegiatis adeſſe Canonicos, obtinẽtes dignitates,at quæſtio ſolum eſt,de Canonicis nõ habentibus dignitatem,& cum dictum cap. *ſtatutum,de reſcriptis,in* 6.loquatur, & expreſsè ſtatuat de Canonicis Cathedralium, non poteſt intelligi de Canonicis Collegiatarum,vbi enim verba ſunt clara,ſecundum propriam ſignificationem ſunt intelligẽda cap.ad audientiam,& ibi Panormitanus *notabili* 1. *&* 2.*de deci.* latè Gutierrez *conſ* 5. *n.*10.*cum ſeqq.* nec eſt opus alia interpretatione *l. licet imperator. ff. de legatis* 1. Seraph.*deciſ.*762.*n.*1.Cardinalis Tuſch.*tom* 8. *litt.V.concl* 108. Sed in dict. c.*ſtatutum* additum fuit illud verbum, *ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonicis*; ergo non poteſt dari interpretatio,nec extenſio ad Canonicos Collegiatarum.

7 Maximè ſi verba ſint legis, vel ſtatuti, quia tunc propriè ſunt intelligẽda.*l.*3.§.*hæc verba.*& ibi notat Barb. *ff. de negotiis geſtis*, Cardoſ.*in praxi Iudicum, & Aduocatorum verbo,Verbum,n.*18. ſed illud, *Canonici Cathedralium*, eſt cuiuſdam decretalis; ergo propriè de Canonicis Cathedralium, non verò Cellegiatarum intelligi debet.

8 Nec *deciſ.*22.Seraphini allegata à Riccio ad probandam ſuam intentionem aliquid fauet,nam ibi queſtio erat,vtrum Parochialis deberet præcedere Collegiatam Eccleſiam,in vim cuiuſdam concordiæ,& ait deſimo,quod cum Collegiata ſit dignior Parochiali, iuxta iuris communis diſpoſitionem,prælationem habere debere; & cum augeretur de perpetuo præiudicio, nempe de ſeruitute quadam inducenda deciſum fuit,ad concordiæ validitatem neceſſariam eſſe Superioris auctoritatem,nihílque aliud fuit dictum; Vnde ergo colligit Riccius ex prædicta deciſ. Collegiatam habere dignitatem,ad effectum, vt illius Canonici poſſint eſſe Synodales,cum ſolum decidat,digniorem eſſe Parochiali,quod quam ſit diuerſum, nemo eſt qui non videat.

Minus obſtat ſecundum; tum quia licet 9
non poſſit argui de parte ad totum,cum ex diuerſo illatio fieri non debeat, *l.Papinianus cum vulgatis,ff.de minoribus*,tum etiam, nam licet fateamur, Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ in nõnullis æquiparari Canonicis Cathedralis; ex eo vnde infert Riccius, ad hunc effectum æqua lance procedere; Præcipuè ſtante dicta diſpoſitione. *d. cap. ſtatutum*,loquentis expreſsè de Canonicis Cathedralis, at cum diuerſi ſint,non poteſt fieri illatio de iſtis,ad illos;& *deciſ.*1223.Seraph.in qua fundat ſuam intentionem non facit ad intentum, eodem enim morbo laborat,ac altera.Dubium enim erat, an Primicerius, & Canonici S. Mariæ de Cruce, Boianen.diœceſis, præcedere deberẽt alios Clericos inferiores, & reſolutũ fuit,præcedentiam deberi illis,ſtante erectione illius Eccleſiæ in Collegiatã, cum omnibus prærogatiuis,dignitatibus,& honoribus,quibus gaudent alij Canonici Boianenſes, & exin- 10
de, cum ſit iuri conforme, quod Canonici Collegiatæ præcedant alios clericos,ideo in fauorem illorum deciſum fuit;Neſcio equidem quomodo ad propoſitum adaptat Riccius dictam Seraphini deciſionem?quapropter non facit ad rem,& gratis illam allegat.

Ad tertiũ dicimus, quod etſi cauſæ poſ- 11
ſint committi perſonis,habentibus dignitatem extra Eccleſiam Cathedralem,non tamen ex eo perneceſſe inducitur, quod tales perſonæ ſint habiles,vt exercere valeãt munus Iudicum Synodalium,vel Conſeruatorum,nec eſt legitima conſequẽtia, poteſt quis eſſe Iudex delegatus;ergo Cõſeruator, enimuero plures, & magnæ dantur differentiæ inter illos,quas enumerant Miranda *in man.Prælat.to.*2. *q.*47.*art.*3.*concl.vnica*, Azor *to.*2.*inſtit.moral.lib.*5.*c.*35 *q.*5.Barboſ. *in paſtorali in d.allegat* 106.*n.*6.& cum Riccius velit defendere,quod expreſsè videtur contradicere diſpoſitioni Trident. *ſeſſ.*25. 12
*cap* 10.*de reform.*non debet admitti eius doctrina,ibi enim ſtatuitur, quod Iudices Synodales nominentur in Synodis Prouincialibus, ac Diœceſanis,iuxta Conſtitutionem Bonifacij VIII. *in dict. cap.ſtatutum*, vbi

vbi ſolùm expreſsè nominantur Canonici Cathedralium;ergo non poteſt argui, nec extendi ad Canonicos non expreſſos, ex Seraph. *deciſ.*353.*num.*3.

13 Et vt amplius non ſit locus dubitationi circa noſtram ſententiam, præter allegatos ſuprà referam,quod tradit Barboſ.*in collect. ad dictum cap.*10 *ſeſſ.*15.*de reformat.num.*9. vbi ita ait: *Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ, etiam Doctorem peritiſsimum, non poſſe eſſe delegatum Papæ, nec in Iudicem Synodalem eligi*, tenent Tamburinus *de iure Abbatum,tom.*3. *diſp.* 17.*quæſt.*1.*num.*11.Marcus Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſiaſt. quæſt.*612.*num.*2. Maſſobr. *dict. cap.*4. *dub.* 10. *vbi teſtatur, ita fuiſſe per Sacram Congregationem, ſibi reſponſum contra Aloyſium Riccium in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ.*637. *in prima edit. aliàs reſol.*572. *in ſecunda edit.* Hæc Barboſa, quæ omnia extendenda ſunt ad omnes Prælatos Regulares, ex traditis à Diana *tom.*9. *reſol moral. tract.*9 *reſol* 26. cuius verba referam *infra* 2.*part.q.*5.*num.*6.*& ſeq.* quæ valdè conducunt ad propoſitum:quibus iunge doctiſſimum D. Ioannem de Solorzano *in ſua politica in Diana*, *lib.*4. *cap.*26. *pag.* 738. *verſ. Et tanbien de notar*,&c. Quibus ſic ſe habentibus clauditur os opinioni Riccij, & ſine hæſitatione tenendum eſt, Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ non poſſe fungi munere Iudicis Conſeruatoris, cum eſſe non valeat Synodalis, quod eſt ſubſtantiale, & neceſſarium requiſitum.

14 Ex eodem fonte dimanat inueſtigare; An Coadiutores dignitatum, vel Canonicorum Cathedralium Eccleſiarum poſſint fungi munere Conſeruatorum; cuius reſolutio pẽdet ab illa quæſtione;an poſſint eſſe Synodales;nam cum ex prædicta Conſtitutione Gregorij XV. illa qualitas præcisè requiratur, ſi ea incapaces reperiantur, expreſsè fatendum erit,non poſſe Conſeruatorum munere fungi.

15 Verũ pro affirmatiua adduci poteſt,quod licet tales Coadiutores propriè dici nõ poſ-
16 ſint dignitates,ſeu Canonici,fictè tamen ita appellari poſſunt;& exinde gaudent omnibus præeminentiis, prærogatiuis,& honoribus,quibus aliæ dignitates, ſeu Canonici fruuntur,& ſaltem fictione iuris admittẽdi ſunt pro talibus dignitatibus,& Canonicis; ſed qui in Cathedralibus inſigniti reperiuntur dignitatibus,& Canonicatibus, poſſunt eſſe Synodales; ergo cũ tales Coadiutores (ſaltem fictè) præfulgeant dignitate, poterunt fungi munere Conſeruatorum.

17 Secundò,quia Coadiutor ſubrogatur in locum Coadiuti cum eiſdem qualitatibus, quibus ipſe præfulget; ergo ſicut poteſt principalis, poterit,& Coadiutor.

Quibus adde plura conducentia ad honores,prerogatiuas,& præeminẽtias Coadiutorum, quæ ex Doctoribus agentibus de materia cumulauit Barboſa *in tract. de Canon.& dignitatib.c.*29.*ferè per totum*, & ex prædictis fundamentis hanc ſententiã tuetur Acoſta de Andrada *ad Bullam Cruciatæ q.*75.qui loquitur in terminis Iudicis Synodalis,& Conſeruatoris, provt refert Garcia (licèt ipſe contrariam tueatur) *in tract. de benef.*4.*p.cap.*5. *n.*138. & Acoſtam ſequitur Caſtro Palao *in opere morali,tom.*2.*tract.*13. *de benef.diſp.*1.*punct.*10.*n.*39 Machado *to.*2. *de ſu perfecto Confeſſor,lib.*4.*p.*4.*tract.*7.*n.*5. vbi probabiliorem eſſe hanc ſententiam tenet.

Pro contraria autem ponderari poteſt 18
Cap.*ſtatutum,de reſcriptis*,vbi expreſsè deciditur, non poſſe cauſas delegari niſi illis, qui dignitate Eccleſiaſtica polleant,ibi:*Niſi dignitate præditis*, &c. provt cum pluribus ampliationibus,& Doctoribus exornat Barboſa *in illius collect.n.*2. *cum pluribus ſeqq.* & exinde ipſemet Barb. *in collect. ad Tridentin.ſeſſ.*25.*c.*10. *de reform. in vltima impreſsione de anno* 1650. dixit: Non poſſe Coadiutores eſſe Iudices delegatos.

Quod idem quoad Iudices Synodales 19
decretum reperitur in Tridentino *ſeſſ.*25. *cap.*10.*de reformat.* ibi:*Statuit Sancta Synodus,in ſingulis Prouincialibus, aut Diœceſanis,aliquas perſonas,quæ qualitates habeant, iuxta Conſtitutionem Bonifacij VIII. quæ incipit,Statutum;& alioquin ad id aptas deſignari*, &c. vt diximus.

Et quoad Conſeruatores idem dicitur in 20
cap.*finali,de officio,& poteſtate Iudicis delegati,in* 6. ibi:*Vt Conſeruatores,&c.de cætero deputari non poſsint, niſi Epiſcopi, vel eorum Superiores, aut Abbates, ſeu dignitates*, &c. provt latè probauimus *ſuprà in clauſ.*5. *& infrà p.*2. *q.*5. & dicemus *infra q.*25. *num.*9.*& ſequent.*

Ex quibus iuribus clarè patet;hanc qua- 21
litatem eſſe neceſſariam cum expreſſione verbi, *Dignitatis*, quod propriè, & fictè intelligi debet, quia verba legis, ſeu ſtatuti, propriè intelligenda ſunt, *l.* 1. *§. ſi is qui Nauem.*15. *ff. de exercitatoria actione. l. ait Prætor. §. hæc verba, ff. de negotiis geſtis*, & tradit Cardoſo *in praxi Iudicum, & Aduocatorum, verbo*, Verbum, *numero* 16. ergo ſi Coadiutores fictè, & non propriè ſunt dignitates; dictorum Decretorum verba eos comprehendere non poteſt.

Et eo magis ſuadetur;quia tales coadiutoriæ 22
non ſunt beneficia,imò viuente Coadiuto, Coadiutor non habet ius, tam reſpectu tituli,quàm poſſeſſionis, & ideò vocatur Canonicus fictus, nec vacat coadiutoria; nec tenetur recitare horas canonicas,nec fidei profeſſionem efficere, nec adſtringitur ad præciſam,ſed cauſatiuam reſidentiam, nec ſibi, ſed coadiuto optat, quia ancianitatem non conſequitur,& alia plura quæ ex DD. agentibus de materia Coadiutorum cumulauit Barboſa *de Canon. & dignitat. in d.cap.*29.*ferè per totum;præcipuè num.*20 *&*
23 21. Cuius ratio ea eſt, quia coadiutores tantum habent quandam adminiſtrationem, in fauorem Eccleſiæ introductam, ne debitis fraudetur obſequiis, vt cum Lotterio *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.*15. *numero* 30. Garcia, Gonzalez, Sarabia, & aliis tradit Barboſ. *vbi proximè in dict. cap.*29.*num.*8. Fragoſo *de regim. Chriſtianæ reipublicæ, part.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 10. §. 4. *num.*116.

24 Ex quibus deducitur, nullatenus Coadiutores dici poſſe in dignitate conſtitutos: ergo tanquam ea carentes non poterunt eſſe delegati, aut Iudices Synodales, vel Conſeruatores; & exinde do-
25 cuit Ferro Manrrique *in tract. de præcedentiis,quæſt.*15.*num* 4. quod ſicut Coadiutores Canonicorum debent in vltimo loco ſedere, immediatè poſt antiquiorem portionarium, ſic ſimiliter Coadiutorem dignitatis, (licèt ſit ſuperior) debere in vltimo loco dignitatem immediatè poſt vltimum Canonicum incedere, & ſedere; cum eadem ſit ratio, & ex Manrrique refert Barboſ.*in d cap.*29.*num.*27.*in fine.*

26 Vnde Coadiutoriam, (etiam dignitatis) non eſſe veram dignitatem, ſed coadiutores eſſe expectantes ex gratia conditionali, tribuente ſpem debitum iri, appellaríque Canonicos in herba docuit cum pluribus noſter Canonicus Sambia *in tractatu de Iuriſdict. adiunctorum, quæſt.*29. *num.*33. *per totum*, vbi plura ad intentum conducentia videre poteris; quapropter illa excellentia dignitatis, requiſita in prædictis decretis, ad dicta munera ſubeunda, nullatenus in coadiutoribus verificari poteſt.

27 Præterea quia diſpenſatus per Papam ad obtinendum Canonicatum, vel Dignitatem in Cathedralibus, non cenſetur diſpenſatus, vt poſſit eſſe Iudex delegatus, vel Synodalis, aut Conſeruator, provt cum Petro Barboſ. *in l. cum Prætor. §. vltimo, num.*6. *ff. de Iudiciis*, & Gratiano *tom.* 2. *diſceptat. forenſ. cap.* 270. *num.*7. tradit Maſſobrius *in tract. de Synodo Diœ-*





*ceſano, cap.* 4. *dubio* 11. *num.*11. Sed Coad- 28
iutoriæ cum futura ſucceſſione ſunt in iure reprobatæ, in cap. *nulla Eccleſia, de conceſsione Præbendæ*: Cap. *deteſtanda*, §.1. *eodem titulo in* 6. & in Concilio Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 19. *de reformat.* de quo latè Garcia *de benefic.* 10. *part. cap.*1. *ferè per totum*, & Barboſ. *in paſtor.part* 3. *alleg.*72. *num.*3. *& ſequent.* Ergo quando illas concedit Pontifex (cui ſolum eſt reſeruatum) diſpenſat in prohibitione iuris reſpectu il-
lius partis, ſcilicet quoad ſucceſſionem; 29
cumque coadiutoriæ ſint odioſæ, quia contra ius, vt omnes DD. fatentur, non poteſt dari extenſio, vt cenſeatur habilitatus coadiutor, vt poſſet munere delegati,
ſeu Synodalis, aut Conſeruatoris fungi: & 30
ratio eſt nota,quia hoc non dicitur ex conſequutiuis neceſſariis diſpenſationis,vt optimè aduertunt Garcia, & Maſſobrius vbi proximè:Ergo etiamſi Papa cõcedat coadiutoriam, non ex eo habilitat coadiutorem ad illud quod intrinſecè,& naturaliter non poteſt reſultare ex ipſa gratia, ſed ex ea non conſequitur dignitatem intrinſecè, & naturaliter,ſed ad ſummum fictè,& impropriè,vt fatentur etiam Doctores contrariæ ſententiæ:ergo;&c. & ita hanc opinionem defendit Garcia *in d.*4.*p.cap.*5. *n.*138. vbi *in verſiculo,nec obſtat*,reſpondet fundamentis Acoſtæ,contrarium tenentis, & quia idem videtur tenere Barboſa,qui breuiter vtramque opinionem,& DD.refert, illius verba libet tranſcribere, ait enim in *tractatu de Canon. & dignitat. in d.c.*29. *n.*31. *in vlt. impreſsione de anno* 1648. loquendo de coadiutoribus provt ſequitur.

Nec poteſt eſſe Iudex Apoſtolicus, ſeu 31
delegatus Papæ, vel deſignari Iudex Synodalis, quia ex dicendis, Coadiutor non eſt verè dignitas, ſeu Canonicus, quamuis ſit in ſeruitio Eccleſiæ, & ſic non habet qualitates, cap. *ſtatutum, de reſcriptis, lib.*6. ita contra Acoſtam de Andrada *ad Bullam Cruciatæ q.* 75. reſoluit Nicolaus Garcia *d.*4.*p.cap.*5.*in addit.poſt num.*130.*dubio* 28. vbi ſubdit, propterea commiſſionem factam dignitati, non tranſire in eius coadiutorem, non ſolum quando fuit expreſſum nomen proprium, ſed etiam quando non fuit expreſſum, quamuis contrarium, immo Coadiutores huiuſmodi poſſe in Iudices Apoſtolicos, & Papæ delegatos eligi exiſtiment Palao *in opere morali, tom.* 2. *tractat.* 13. *diſput.* 1. *punct.*10 *num.*39. & Machado *dicto tract.*7. *documento* 1. *numero* 5. Hæc ſunt fundamenta, & Doctores ambarum opinionum.

32 In hac controuerſia, & varietate opinionum; licèt pro vtraque ipſarum adſint fũdamenta ſuperius adducta; & Doctores allegati eas defendentes; attamen hanc ſecundam Garciæ veriorem, & in praxi ſequẽdam iudico; ad cuius corroborationem; præter fundamenta ſupra relata, addere libet ſequentia; & primò, quia certum eſt apud DD. quod quando iuriſdictio competit alicui ratione, & contemplatione certæ qualitatis, tenetur Iudex certa ſerie, illam verificari. *l. multum 21. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*; & cum Barboſa *in paſtorali p. 3. alleg. 106. num. 18. & 19.* aliíſque pluribus dicam *infra clauſ. 10. num. 20.*

33 Sed in Iudicibus delegatis, Synodalibus, & Conſeruatoribus requiritur illa qualitas dignitatis; ergo, vt aliquis illis muneribus fungi poſſit, certus debet eſſe de prædicta qualitate, at ex dictis patet; pro vtraque parte adeſſe Doctores, & fundamenta; alia affirmantia, alia negantia, tales coadiutores eſſe dignitates, vel quod fungi valeant talibus muneribus; ergo non poteſt dari certitudo requiſita ad confirmandam Iuriſdictionem quandoquidem ex prædictarum opinionum contrarietate, ſolum oriatur quædam probabilitas, quæ ad hunc effectum non ſufficit, vt patebit ex infra dicendis.

34 Secundò, nam Iudex ante omnia certus debet eſſe de ſua Iuriſdictione, Valenzuela *conſ. 48. num. 39. & conſ. 52. num. 12. tom. 1.* optimè Salgado *de ſupplicatione, & retent. Bullar. 2. p. cap. 26. num. 84.* vbi allegat, & refert quandam Rotæ deciſionem coram Peña, quæ intitulanda eſt: Tuden Beneficij de el Roſal, eamque etiam reperies in *meis recollectis Peñæ tom. 1. deciſ. 416. num. 3.* vbi addidi Cauallerium *deciſ. 645. num. 1.* & Rotam recentior. *tom. 2. deciſ. 214. num. 2.* quæ loquitur in terminis Conſeruatoris, & fuit reſolutum, nulliter Iudicem proceſſiſſe ex eo, quia non conſtabat de qualitate dignitatis; & adducit ad intentum plures alias
35 deciſiones, & Doctores; éſtque in confeſſo apud omnes, Iudicem incertum de ſua Iuriſdictione procedere nulliter, & tanquam priuatum, nullitate inſanabili; nam Iuriſdictio eſt Iudicij lapis Angularis, vt cum Sarnen, & Staphileo tradit Marcheſan. *de commiſſion. tom. 2. part 3. §. 1. num. 99. pag. 15.* Salgado vbi proximè *p. 2. cap. 26. num. 100.* ſed prædictis duabus opinionibus exiſtentibus, vna affirmante, & alia negante, Coadiutores fungi poſſe prædictis muneribus, ſequitur manifeſtè, non dari certitudinem fixam, ſed dubiam; quia du-
36 bium oritur, quando animus poteſt ſe inclinare æqualiter ad vnam, vel ad alteram partem, vt cum Bartolo, & aliis, probaui in meo Paſtorali interno *p. 2. tract. vnico, q. 3. n. 14. & q 5. num. 21.* ergo in talibus coadiutoribus nullo modo poteſt dari certitudo Iuriſdictionis, & exinde eſſe inhabiles ad ſubeunda ea munera.

Nec valet dicere, Iudicem poſſe vti opi- 37
nione probabili, quo caſu ſatisfacit, etiam non ſequendo probabiliorem, vt eſt communis omnium Doctorum ſententia, ac per conſequens; cum prædicta opinio fauens coadiutoribus ſit probabilis ſaltem ab extrinſeco, cum eam ſequãtur viri docti ſuperiùs relati, & ab intrinſeco propter rationes in quibus fundantur, videtur dicendum, ſuſtineri poſſe, & exinde eo ipſo, quod Coadiutor ea vtitur, non erit dubia, reſpectu ipſius, ſequendo illam, & ſic conſtitui poſſe delegatum, Synodalem, & Conſeruatorem talem Coadiutorem.

Quia reſpondetur ſupponendo Iudi- 38
cium forenſe, & omnes cauſas præcisè ex tribus conſtitui, videlicet ex Iudice, Actore, & Reo, vt cum pluribus dicemus *infrà in p. 2. q. 4. num. 32.* quibus iunge Marcheſ. *de commiſſ. tom. 1. p. 1. cap. 3. num. 43. pag. 155.* vnde colligitur, quòd ſi Iudex ſequatur vnam opinionem probabilem, rectè iudicabit, & quamuis non ſit probabilior non facit cauſam ſuam; attamen eo non obſtante; liberum eſt actori, vel Reo, tanquã partibus principalibus Iudicij, non acquieſcere opinioni Iudicis, quando dubium eſt circa valorem ſuæ iuriſdictionis, propter opiniones inter ſe aduerſantes, imò contra-
riam tanquam veriorem ſequi poterit, cum 39
ſola Iudicis ſententia non faciat ſilere partes, ſi aliis duabus conformibus non ſit munita (vt eſt notum) præcipuè ſi Iudex non habeat Iuriſdictionem certam, & naturalem prout reperitur in Iudicibus exercentibus Iuriſdictionem ordinariam, ſed illam habeant accidentalem, & ſuperadditam, prõvt eam habeant delegati, Synodales, & Conſeruatores; ergo etiamſi coadiutor pro certo teneat, ſe poſſe delegatum, Synodalem, vel Conſeruatorem eſſe, cum illa probabili opinione, Actor verò, vel Reus cum contraria nolint in ſua iuriſdictione conſentire, imò proteſtentur de nullitate, ſequendo alteram opinionem, quomodo erit verum dicere, illam probabilitatem Iudicis inducere certitudinem fixam, ad firmandam iuriſdictionem, prout de iure requiritur?

Ex qua conſideratione oritur magnum 40
inconueniens, & plura damna ſequi poſſunt in Republica contra ipſius bonum

commu

commune; nam ſi Coadiutores admitterentur; fortaſsè lites perpetuarentur; ſi enim talis coadiutor ſententiam ferat; parſque condemnata appellationem interponat, Iudexque ad quem non ſe conformando cum illa opinione reuocaſſet ſententiam, tanquam nullam ex defectu iuriſdictionis; poſtmodum verò pars condemnata hac ſecunda inſtantia iterum appellaſſet, ſi iſte tertius Iudex appellationis ſentiret pro Iudice coadiutore, approbando ſuam iuriſdictionem, & confirmando illam ſententiam, & ſic de cæteris, hoc modo poſſent lites eſſe infinitas (quod iura ſummopere abhorrent) & datur anſa ad innumera inconuenientia, & damna experienda contra bonum commune, quæ euitari debent interdicendo Coadiutoribus, vel ſaltem repellendo eos, ne talia munera exerceant, cum multa fiant in iure propter bonum commune, & quietem publicant quæ aliàs
41 fieri non debebant, vt probatur in eo, qui iurauit ſoluere vſuras, quarum ſolutio adeo eſt reprobata in iure, ſed nihilominus ſolui debent propter bonum commune, & quietem publicam, quamuis poſtea repeti poſſint, vt in cap. *Debitores, de iureiurando*, & in aliis exemplis dicemus *infra p. 2. q. 3. num. 28.* ergo multò meliùs, idem in noſtro caſu dicere debemus, maximè cum delegationes cauſarum, & deputationes Synodaliũ, & Conſeruatorũ facilè fieri poſſint in habentibus qualitates certas, & de iure requiſitas; cum ſit facultatiuum ſuperioribus illum, vel illum deputare; non igitur erit prudens conſilium rem tanti momenti in opinionibus ponere, cum facile ſit, eas euitare, ſeruando quod iura ſtatuunt.

42 Nec contra prædicta replicari valet, idem inconueniens conſiderari poſſe in omnibus iudiciis, quia reſpondetur, longam dari differentiam, nam in illis Iudicibus, qui intrinſecè, verè, & realiter, naturalem habent iuriſdictionem, ceſſat ratio; enimuero quòd Iudex primæ inſtantiæ ſentiat hoc, vel illo modo, & ſecundæ inſtantiæ in contrarium, eſt per accidens, cum Reus, & Actor non poſſint aliquid opponere in radice, ſed tenentur ſe ſubiicere Iudicio Iudicum habentium naturalem, veram, & realem Iuriſdictionem quoad exercitium ipſius, reſpectu partium, vnde quod vnus ſentiat hoc modo, & alius diuerſo eſt per accidens, & hoc non mutat ſubſtantiam Iuriſdictionis, quod in præſenti conſiderari non poteſt, nam Iudices delegati, vel Synodales, aut Conſeruatores non habent illam Iuriſdictionem naturalem, ſed tantum eam, quæ ipſis attribuitur virtute commiſſionis, vt dicemus *infrà p. 2. q. 1. num. 14.* Vnde cum deficiant in ſalutari, hoc eſt, in radice, & fonte, de qua ſcaturiit poteſtas Iudicaturæ, & iuriſdictionis, ſubiecta ad intelligentiam ipſarum partium; manifeſta deducitur differentia, & ſic damna ſuperius relata ſuis pedibus exiſtere, æquumque eſſe deuiare.

Ex quibus videtur, quod cum admiſſio 43
Coadiutorum ad prædicta munera ſubeunda præbeat anſam ad lites litibus cumulandas, illáſque perpetrandas; rationi conſonum videtur, ſequi opinionem, quæ illas euitare poſſit, tanquam contra bonum commune, cum admitti non debeat, quod ipſi opponitur, vt probauimus *infrà p. 2. q. 6. num. 21.* & ita concludendum Iudico hunc articulum.

Secundò circa prædictam clauſulam no- 44
tandum eſt, Lezan. *tom. 1. cap. 16. num. 55.* quem refert Pellizz. *vbi ſuprà in dictò tomo 2. cap. 8. ſect. 4. num. 89* verbum illud, *Admonitos*, in prædicta clauſula contentum, non ſolum inducere conſilium, ſed etiam præceptum, tum ex grauitate negotij, tum quia his verbis videtur imponi obligatio faciendi, quod ibi præcipitur non ſolum ex Charitate, ſed etiam ex Iuſtitia.

Sed cordatè, & optimè dubitat Pelliz- 45
zarius vbi proximè de hac doctrina; nam inſpecta proprietate verbi, *Admoneo*, potiùs inducit conſilium, quam præceptum, vt tradit Barboſa *de dict. vſufrequentibus, Dictione 12.* Ergo Gregorius potius voluit, per viam præuentionis admonere, quam ex vi præcepti iubere, vt plures perſonæ nominarentur, & in hac parte locum ſibi vendicat admonitio: at verò, quod tales perſonæ ſint ex habentibus qualitates, in clauſulis antecedentibus ſuæ Conſtitutionis contentas, intelligerem, inducere præceptum, & in hoc ſenſu poteſt defendi Lezana, aliàs nimis durum videtur, verbum *Admonitos*, eſſe præceptiuum.

# Clauſula VI.

SVMMARIVM.

*Inſtrumentum nominationis Iudicis Conſeruatoris tenentur exhibere Regulares, penes acta Curiæ Ordinarij, loci, n. 2.*

*Eligentes Conſeruatores tenentur intra menſem, à die electionis, indicare Ordinario, nomen electi Conſeruatoris, n. 3.*

*Notificatio nominationis Iudicis Conſeruatoris, facta à Regularibus, non ſolum debet*

*fieri Ordinario loci,vbi reſidet Conſeruator,ſed etiam aliis,ad quorum Diœceſes ſe extendit eius iuriſdictio,num.4.*

*Exempti,ſi infrà duos menſes, non renunciauerint Ordinario loci nominationem Conſeruatoris, per ipſos factam, poterunt coram Ordinario conueniri,num.5.*

1 SExto loco Gregorius XV.deſignat tempus,ad eligendum Conſeruatorem, ibi: *Inſuper Sanctitas ſua, inhærendo Decreto, ſimilis recordationis Gregorij Papæ XIII. etiam prædeceſſoris ſui,ſtatuit,& ordinauit, vt Regulares,ac perſonæ huiuſmodi, in Italia infra duos, extra Italiam verò, infra ſex menſes,à die publicationis in Vrbe, præſentis Conſtitutionis inchoandos,debeat ſibi eligere, ſeu aſſumere Conſeruatores, iuxta formam ſuperius propoſitam,eiuſque electionis,ſeu aſſumptionis documentum,infra tempus huiuſmodi, penes Acta Curiæ Ordinariorum exhibere,& dimittere teneantur,alioquin eo termino elapſo, quamdiu Conſeruatores, ſecundum formam præſentis Conſtitutionis non elegerint, coram eiſdem Ordinariis conueniantur*, &c.

2 Patet igitur ex prædicta clauſula, poſt publicationem Bullæ,nominationem Conſeruatorum,tunc in Italia fieri debuiſſe infra duos menſes; Extra Italiam verò, infra ſex;Hodie autem,an Regulares,& exempti teneantur exhibere penes Acta Curiæ Ordinarij loci, inſtrumentum nominationis, non ſatis apud Doctores reperitur deciſum;Ceſpedes tamen,in tractatu de exemptione Regularium *diſtinct* 318 *cap*.22.*n*.5. mouet hanc quæſtionem, & *n*.6. reſoluit, non requiri,vt documentum electionis penes Acta Curiæ Ordinarij loci reponatur, & probat variis fundamentis; Ceſpedem ſequitur Pellizz. *in ſuo manuali Regul. tom.* 2.*tract*.8. *cap*.8.*ſect*.4. *num*. 86. *verſ.monet autem,& verſ ſequente*, quam ſententiam veriſſimam iudico.

3 At verò excuſari non poſſunt eligentes Conſeruatores, quin intra menſem, à die electionis, teneantur indicare Ordinario loci, nomen Conſeruatoris electi, ex Declaratione Sacræ Congregationis, *ſub die* 11.*Iulij* 1620. vt ex Ioanne Maria Nauario *in Lucer.Regul.verb.Conſeruator,n*.9.teſtatur Barboſ.*in ſumm.Apoſtolicarum, deciſ. Collect*. 216.*num*. 18. & ex Piaſec. *in praxi Epiſc.part*.2.*cap*.3.*num*.43. tradit ipſe Barb. *in declarat.ad Trident. ſeſſ*.7. *cap*.14. *de reformat. num*.3. & ſequuntur Ceſpedes, & Pelliz. vbi proximè, quam declarationem refert etiam Quaranta,*verbo,priuilegia Regularium, pag*.514. *verſ. inſuper ſciendum.* Et videre licet prædictam Declarationem penes Piaſecium,vbi proximè *pag*.207. per hæc verba:Intra clauſtra autem degentes Regulares,in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, tum demum ab Epiſcopo iudicari poſſunt, ſi Conſeruatores ſibi non elegerint,idem Conc.*ſeſſ*.7. *c*.14.*de reformat*. ſuper quorum electione editum decretum,à dicta S.Congr. refert Confect. *in.comp priuil.tit*.4.*cap*.9.& Quarant.*verb. priuilegia Regul*.verbis quæ ſequuntur:

*Iuſſu Greg XIII.per Sac.Congr.declaratum fuit, quod Regulares in Ciuitatibus exiſtentes ſibi Conſeruatores eligerent, coram quibus conuenirent, ac ſemel electos, non niſi in Capitulis Prouincialibus mutarent, eorumdémque nomina, intra menſem à die electionis, Epiſcopis locorum ordinariis indicerent, alioquin coram ipſis Ordinariis conueniri poſſent.*

4 Et notandum eſt, quod talis notificatio non ſolum fieri debet Ordinario loci, vbi reſidet Conſeruator, ſed etiam omnibus Ordinariis,ad quorum Diœceſes ſe extendit eius iuriſdictio, quod ita fuiſſe reſolutum teſtatur Aldan. quem refert, & ſequitur Barboſ. *in declarat. ad Tridentin. ſeſſ*. 14.*cap*.5.*num*.3.*in impreſſis de anno* 1642.

5 Quod quidem, ſi ita factum (vt ſuperius diximus) tales exempti conueniri poterunt coram ipſomet Ordinario, ex declaratione Sacræ Congregationis,proximè relata, penes Quarantam, & Piaſecium, & probat Pellizz.*vbi ſuprà*, & patet ex finalibus verbis clauſulæ ſuperiùs traditæ.

# Clauſula VII.

## SVMMARIVM.

*Conſeruatores Iudices,ſi ſemel fuerint legitimè deputati,non poſſunt amoueri, nec mutari per quinquennium,num*.1.

*Mutatio Iudicum Conſeruatorum fieri non poteſt per quinquennium, computandum à die deputationis, niſi ex legitima cauſa, approbanda à Sede Apoſtolica,aut locorum Ordinariis,num* 2.*& ſequent.*

*Iudicum Conſeruatorum Iuriſdictio durat per quinquennium,à die deputationis, & non vltra, num* 3.

*Conſeruator legitimè deputatus ſi admiſit munus,non poteſt illud renuntiare durante quinquennio,niſi ex legitima cauſa, approbanda à Papa, vel ab Ordinario loci, num*.4.

Septi



1 SEptimè ſtatuit Gregorius,vt ſi tales Iudices Conſeruatores ſemel fuerint legitimè deputati, non poſſint amoueri, aut mutari,niſi exiſtente legitima cauſa,approbanda à Sede Apoſtolica,aut locorum Ordinariis, provt ipſis exemptis libuerit. Ibi: *Quodque Conſeruatores huiuſmodi,ſemel legitimè deputati,niſi ex legitima cauſa,à Sede Apoſtolica,aut locorum Ordinariis,provt iiſdem Regularibus, & aliis ſupradictis libuerit,approbanda, durante quinquennio, à die deputationis amoueri, aut mutari nullatenus poſſint, aut valeant*, &c

3 Ex hac clauſula conſtat, tempus durare per quinquennium,& non vltra, & licèt Gregorius non dicat expreſsè, quòd non poſſint vti officio, vltra, ex diſpoſitione tamen Tridentini *ſeſſ*.14.*cap*.5. *de reformat.* iam erat ſtatutum, vt patet ex illis verbis, ibi: *Nemo etiam ſimilium litterarum Beneficio, vltra quinquennium gaudere poſſit*, &c.

4 Et notandum eſt, quod prædicto tempore durãte, non poteſt Conſeruator amoueri ſine legitima cauſa, vt patet ex finalibus verbis prædictæ clauſulæ, & tradunt Bordonus *tom* 2.*variar.reſolut.reſol*.95. & alij plures allegati per Barboſ. *in collect. ad dict.cap*.5.*Tridentini,num*.10.quibus iungo Ceſpedes *in tract. de exempt. Regul. cap*2.. *dub*.318.*num*.4. vbi allegat Nouarium, & Monetam loquentes ante Conſtitutionem Gregorianam,noſtramque ſententiam de-

6 fendunt Tambur. *de iure Abbatum, tom*.3. *diſp*.17.*q*,1.*num*.14. & Pellizzarius *tom*.2.*in manual.Regul tom*.8.*cap*.8.*ſect*.4.*num*.99. & *ſequent*.qui *num*.100.optimè aduertit,quod ſicut intra quinquennium non poteſt mutari Conſeruator,niſi ſuperueniente legitima cauſa,approbanda à Papa, aut ab Ordinario,ſic ſimiliter,neque Cõſeruator poterit renunciare munus, niſi ſuperueniente etiam graui cauſa, identidem approbanda à Papa, aut ab Ordinario, quod probat ex verbis ipſius conſtitutionis,& profecto valde rationi conſonum videtur, cum nimis moleſtum, & durum eſſet exemptis, ſi ad libitum Conſeruatorum, id munus relinqueretur,nam ex eo compellerentur,vt de nouo eligerent Conſeruatorem; quod fortaſſe efficere non poſſent intra illud quinquennium, ſeruatis requiſitis Conſtitutionis Gregorij, vel ſaltem cum magno incommodo,& ſe exponerent periculo, vt in aliquo repentino frangente, non poſſent gaudere beneficio Conſeruatorum; quapropter dicendum eſt, quod Conſeruatores non poterunt remoueri,nec renunciare durante quinquennio.

# Clauſula VIII.

## SVMMARIVM.

*Regulares non poſſunt eſſe actores coram ſuo Iudice Conſeruatore,num*.1.

*Conſeruatores antiquitus cognoſcebant de omnibus cauſis exemptorum, ſed illorum iuriſdictio fuit moderata per Conſtitutionem Gregorij XV. num*.2.

*Regulares an poſſint conueniri coram Conſeruatore pro debito ciuili,num* 3.

1 OCtauo loco decernit Gregorius, exẽptos, & Regulares non poſſe eſſe actores,ſed Reos, coram ſuis Conſeruatoribus ibi: *Ad hæc ſtatuit Sanctitas ſua,vt coram ipſis Conſeruatoribus Regulares,ac perſonæ ſuprà ſcriptæ conueniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut trahere non poſſint, itavt memorati Conſeruatores, in cauſis,in quibus Regulares, & alij,actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in iis tantum, in quibus Rei extiterint*, &c.

2 Ex qua clauſula ſatis ſupradicta concluſio remanet expreſſa,licèt enim verò antiquitus,ante Gregorianam Conſtitutionem, Conſeruatorum poteſtas eſſet ampliſſima, itavt de omnibus cauſis exemptorum cognoſcerent, vt per Lezana *tom*.2. *cap*.10. *num*.22. *cum pluribus ſequent*. attamen hodie talis poteſtas eſt reſtricta ex dicta Conſtitutione,in clauſula proximè dicta, vt non poſſint exempti, vti Conſeruatore, niſi in defendendo, non verò in agendo, Ceſpedes *de exempt. Regul. q*.22. *dub*.318. *num* 8. Bordonus *tom*.2.*var.reſol. tract. de Conſer-ſeruat.reſol*.95.*num*.10. Pellizz. *tom*.2.*in manual.Regul.tract*.8.*cap*.8.*ſect*.4.*n*.120.

3 An autem pro debito ciuili poſſint exempti, & Regulares coram Conſeruatore eſſe actores,anceps eſt quæſtio, & pro vtraque parte variant Doctores. Sed quia noſtrum intentum conſulit breuitati, vt ad principalia accedere poſſimus, videre poteris pro reſolutione Dianam *tom*. 3. *reſolut. moral. tract*.1.*reſol*. 20. & Barboſ *in declarat. ad Trident.ſeſſ*.14.*cap*.5.*de reformat.num*.8. & *in paſtorali allegat*.106 *num* 40. qui plures allegant, quibus iunge Cochier *de iuriſdictione ordinaria in exemptos, tom*.2.*p*.2.*q*.4. Bordon.Pellizz.& Ceſpedes *vbi ſuprà*, qui *num*.9.aſſerit, conſuluiſſe viros doctiſſimos ſuæ Congregationis, & omnes vno ore tenere, nec pro debito ciuili poſſe Regula-

res,

res, & alios exemptos eſſe actores coram Conſeruatore, & reſpondet argumentis, quibus fundantur, qui contrariam ſententiam tuentur, vbi latè videre poteris, & penes Bordonum *vbi ſuprà num. 5. & 6. &* 10. de quo etiam aliquid dicemus *infrà in 2.p.q.6.*

## Clauſula IX.

### SVMMARIVM.

*Conſeruatores Iudices non poſſunt procedere extra Ciuitates, vel Diœceſes, in quibus ſunt deputati, num.* 1.

*Iudices Conſeruatores non poſſunt procedere vltra vnam dietam, vel duas, extra diœceſim, vbi ſunt deputati, num.* 2.

*Conſeruatores olim poterant ad ſuum Iudicium trahere perſonas, exiſtentes extra Ciuitates, & Diœceſes, vbi erant deputati; Hodie tamen eſt reſtrictum ex Conſtitutione Gregorij XV. n. 3. 4. & 5.*

*Nominari non poſſunt Conſeruatores extra diœceſim; bene tamen poterunt extendere ſuam iuriſdictionem vltra tres dietas extra illam, num. 6.*

*Habitare poteſt Conſeruator in aliena diœceſi, ſi ita ſit propinquus, vt præſto eſſe poſsit exemptis, quorum eſt Conſeruator, num. 7. Sed contraria ſententia eſt verior, & tenenda, num. 8.*

*Eligi non poteſt Conſeruator extra diœceſim, ne partes ſumptibus grauentur, iuxta Conſtitutionem Gregorij XV. num. 9.*

1 NOno loco decernit Gregorius, vt tales Conſeruatores non poſſint procedere extra Ciuitates, ſeu diœceſes, in quibus fuerunt deputati, ibi: *Neque extra Ciuitates, ſeu diœceſes, in quibus fuerunt deputati, contra quoſcumque procedere præſumant,* &c.

2 Quod idem iam ſtatutum erat in *cap. finali, §. Conſeruatores, de offic. & poteſt. Iudicis delegati, in 6* ibi: *Extra Ciuitates, ſeu diœceſes, in quibus fuerint deputati, contra quoſcumque procedere, aut alios vltra vnam dietam, à fine diœceſuum eorundem trahere non præſumant,* &c. de quo latè agit Moneta *in tract. de Conſeruat. cap. 6. num.* 31. *& cap. 7. q. 7. num.* 153. *cum pluribus ſequent.* & fatentur Lezana *tom. 2. cap. 10. num. 79.* Peyrin. *tom. 3. priuil. Minim. cap. 11. num. 17.* vbi refert, ita fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione *die 23. Octob. 1623.* & ita ait: *An ſi vnum, & idem Monaſterium habeat bona in diuerſis diœceſibus, eligendi ſint Conſeruatores in vnaquaque diœceſi, an verò vnus tantum ſufficiat? Sacra Congr. Card. Conc. Trid. Interpretum ad primum reſpondit. poſſe. Ad ſecundum cenſuit, Conſeruatorem eſſe deputandum in ciuitate, vel diœceſi, vbi ſitum eſt Monaſterium, atque ibi tantum & non alibi poſſe eundem Conſeruatorem procedere, etiam in cauſis bonorum, ac membrorum eiuſdem Monaſterij, extra ipſam diœceſim exiſtentium,* &c.

S.R.E. Card. Vbaldinus.

Et illo citato tradit Barb. *in ſumma Apoſtol. deciſ. collect.* 216. *num.* 26. Cochier *de iuriſdict. ordinaria in exemptos p. 2. tit. de Conſeruat. q. 9. num.* 31.

3 Et licèt olim ex litteris conſeruatoriis Gregorij XIII. concederetur, vt ad ſuum Iudicium trahere poſſent Conſeruatores, perſonas exiſtentes extra ciuitates, ac diœceſes, in quibus erant deputati, vt habetur in Conſtitutione I. eiuſdem Gregorij XIII. in Bullario Cherubini *tom. 2. in §* 6. vbi ita ait: *Non obſtan. Piæ Memor. Bonifacij VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, qua cauebatur, nequis extra ſuam ciuitatem, vel diœceſim, & c. ea vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogauit, cæteriſque contrariis quibuſcumque,* &c.

4 Verùm hodie, ſtante derogatione, & expreſſis verbis Gregorij XV. non habet locum prædicta Conſtitutio Gregorij XIII. vt probant Doctores ſupra allegati, & Pelliz. *in manual. Regul. tract.* 8. *cap.* 8. *ſect.* 4. *num.* 95. *tom.* 2. & ita fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione *in Roſſanen* 15. *Aprilis* 1628. *& in Lancianen* 29. *Ianuar.* 1633. tradunt Lezana, & Ioan. Maria Nouarius relati à Barboſ. *vbi ſuprà n.* 17.

5 Et ita intelligendus venit Portellus *de dubiis Regul. verbo, Conſeruator, num.* 5. vbi dixit, eligi poſſe Conſeruatores extra diœceſim, in qua ſunt Monaſteria, ſeu conuentus; cum enim in principio, & in fine ſemper loquatur de priuilegio Greg. XIII. eius ſententia intelligenda eſt, iuxta illius diſpoſitionem; At verò, cum poſtea emanauerit Conſtitutio Gregorij XV. moderatoria, & reuocatoria alterius, non eſt regulanda hodie hæc materia, ſecundum illam, ſed ſecundum iſtam.

6 Ex quibus notandum eſt, quod etſi Regulares non poſſint nominare Conſeruatores extra diœceſim, bene tamen poterunt extendere ſuam Iuriſdictionem vltra tres dietas, ab illius fine, & tunc tenebuntur obſeruare omnia à nobis ſupra tradita, *clauſ. 6. num. 4. & ſeq.* circa notificationem; ita vt non ſolum fieri debeat Ordinario



loci, vbi nominantur, ſed & aliis, ad quorum diœceſes poterunt ſe extendere per dictas tres dietas, prout tradit Zeuall. *communes contra communes, tom. 4. q.* 879. *n.* 730. *& ſeq.* & ita fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione refert Nouar. *verb. Conſeruat. n* 9. teſte Barb. *in dicta Collect.* 316. *num.* 18. & probat Pellizzar. *vbi ſupra in dicto numero* 95.

7 Cui non aſſentio in eo, quod probare intendit, ſcilicet non eſſe improbabile, Conſeruatorem habitare poſſe in aliena diœceſi, dummodo tamen ita ſit propinquus, vt toties quoties in caſu occurrenti præſto eſſe poſſit Religioſis, quorum eſt Conſeruator, ita tamen, vt ſtatim ſe conferat ad locum, vbi ſit neceſſarius.

8 Ex quo infert Pellizz. exinde non repugnare, quod conſeruator eligatur, qui ſit alterius diœceſis, Neſcio equidem, vnde ſequatur illatio; aliud eſt enim, quod ſi Conſeruator ſit ritè, & rectè electus iuxta formam Conſtitutionis Gregorij XV. cum omnibus requiſitis, & ſit abſens, ſtatímque ſe transferat ad locum, vbi cognoſcere valeat, id poſſit efficere; aliud verò, quod eligi poſſit extra diœceſim, cum verba Conſtitutionis Gregorij XV. ſint expreſsè, contrarium ſuadentia, ibi: *Extra Ciuitates, ſeu diœceſes,* &c.

9 Et licèt poſtea dicat, quod obſtant prædictæ declarationes, quibus exiſtentibus idem ſentit; Verum quidquid ſit, omnino dicendum eſt, nullo modo in vim prædictæ Conſtitutionis Gregorianæ, & decreti dicti *cap. fin.* admitti poſſe, vt extra diœceſim Conſeruatores eligi valeant. Rationem reddit Cochier *vbi ſuprà in d. tom 2. p 1. q. 12. num. 2. &* 3. Quia mens Pontificis eſt, ne partes ſumptibus grauentur, quam veriſſimam iudico.

## Clauſula X.

### SVMMARIVM.

*Controuerſia ſi adſit inter Ordinarium, & Iudicem Conſeruatorem, terminanda eſt per arbitros, in forma iuris electos, numero* 1.

*Cauſa, quæ terminanda eſt per Arbitros Iuris, ſuſpendi debet, donec illi declarent, ad quem iuriſdictio pertineat, num.* 2.

*Contentio Iuriſdictionis ſi inter Iudices adſit in Aragonia, declaranda eſt per Arbitros, nominandos ab ipſis contendentibus, & ſi illi non conueniant, deuoluitur declaratio ad Cancellarium, cuius declarationi ſine recurſu, vel appellatione ſtandum eſt, num.* 3.

*Competentia Iuriſdictionis reperiri ſolum poteſt, inter quatuor Iudicum ſpecies, num.* 4.

*Contentio Iuriſdictionis ſi adſit inter duos Iudices, tam Eccleſiaſticos, quàm Seculares, ſi æquales ſint, declaranda eſt per Superiorem, cui immediatè ſunt ſubiecti, num.* 5.

*Iudices duo delegati, ſi quilibet prætendat cauſæ cognitionem, talis contentio dirimenda eſt per Arbitros iuris, num* 6.

*Delegatus Papæ, & Ordinarius ſi contendant ſuper Iuriſdictionis Competentia, cognoſcere debet delegatus, an ſua, vel Ordinarij ſit, num.* 7.

*Delegatus Papæ eſt maior Ordinario, num.* 7. *&* 9.

*Eccleſiaſticus Iudex, & Sæcularis, ſi contendant ſuper Iuriſdictione, declaranda eſt per Eccleſiaſticum, num.* 8.

*Iudex Eccleſiaſticus maior eſt Iudice Ordinario Sæculari, num.* 8.

*Conſeruator exemptorum, eſt Iudex delegatus, num* 9. *&* 13.

*Conſeruatores de iure communi exercent iuriſdictionem delegatam, ſed ex priuilegio cenſentur Ordinarij, n.* 10. *quod intellige, vt n.* 16.

*Iudices deputati ad vniuerſitatem cauſarum, dicuntur Ordinarij, n.* 11. *&* 14.

*Ordinarij contentio iuriſdictionis, habita cum Iudice Conſeruatore exemptorũ, dirimenda eſt per Arbitros iuris, n.* 12.

*Delegatus, etiam Principis, abſolutè loquendo, non eſt maior Ordinario, n.* 14.

*Iudex delegatus excedens formam commiſſionis, procedit vt priuatus, & quidquid effecerit, eſt nullum, n.* 15.

*Ordinarius habet fundatam intentionem in his, quæ reſultant ex iuriſdictione Ordinaria, num.* 16.

*Conſeruatores ſolum poſſunt cognoſcere de manifeſtis iniuriis, & violentiis, n.* 17. 18. *&* 21.

*Conſeruatores non poſſunt vti iudiciali indagine, licet pro forma requiratur citatio, & ſententiæ denunciatio, n.* 17.

*Conſeruator, vt procedere valeat, ante omnia notoriè ei conſtare debet de manifeſta iniuria, & violentia, déque ipſarum qualitate, n.* 19.

*Iuriſdictio quando competit alicui ratione, vel contemplatione certæ qualitatis, tenetur eam prius verificare, n.* 20.

*Commiſſio obtenta à Pontifice ſuper eo, quod non eſt, nullam tribuit iuriſdictionem,*

nec

*nec aliquem producit effectum,num.*21.

*Non entis nullæ ſunt qualitates, vel partes, num.*21.

*Conſeruatores non ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum, ſed ad generalitatem, quæ inter ſe longè diſtant, num.* 22. 23. *&* 24.

*Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum dicitur ille, cui eſt commiſſa pluralitas illarum, reſpectu alicuius territorij, numero* 23.

*Vicarius foraneus habet vniuerſitatem cauſarum, quia committuntur, ratione territorij, num.* 23.

*Iudex delegatus ad cognoſcendum inter certas perſonas, dicitur deputatus ad generalitatem cauſarum, num.* 24.

*Conſeruatores non ſunt Iudices territorij, ſed perſonarum, num.* 25.

*Ordinarius Iudex ex vniuerſitate cauſarum, vt quis dici poſſit, neceſſaria eſt illarum vniuerſalitas, ſine reſtrictione, numero* 26.

*Regulares in pluribus ſunt ſubiecti, & poſſunt puniri ab Ordinariis, num.* 26.

*Ordinarius Iudex maior eſt Conſeruatore, num* 27.

*Arbitri ad dirimendam controuerſiam iuriſdictionis inter duos, vel plures Iudices excitatam, quam praxim obſeruare debeant, num.* 28

*Controuerſia Iuriſdictionis inter Iudices orta, quomodo ſit dirimenda, tam in Aragonia, quàm extra, ex iuris, & fori diſpoſitione, num.* 29.

1 DEcimo loco diſponit Gregorius, vt in caſu contentionis, vel controuerſiæ inter Ordinarios, & Conſeruatores, circa iuriſdictionem, vel eius exercitium, illæ per Arbitros in forma iuris electos terminentur, & interim in cauſa non procedatur,
2 ſed remaneat ſuſpenſa, ibi: *Si qua vero inter Iudices conſeruatores huiuſmodi, & locorum Ordinarios controuerſia ſuper competentia Iuriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, donec per Arbitros, in forma iuris electos, ſuper iuriſdictionis Competentia fuerit iudicatum*, &c.

3 Quod quidem eiſdem fere verbis ſtatutum erat in Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *verſ. aut ſi qua*, & probat Pellizz. *in manuali Regul. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 8. *ſeſſ.* 4. *num.* 136. & pariformiter in noſtro Aragoniæ Regno ſancitum eſt, vt quoties contentio iuriſdictionis oritur, tunc ſopiatur per Arbitros nominandos à Iudicibus contendentibus, qui teneantur pronunciare intra quinque dies, computandos à die intimationis litterarum reſponſiuarum ſecundi Iudicis, & ſi inter ſe non conuenerint, deuoluitur cognitio ad Cancellarium, ſeu Iudicem Competentiarum, deputatum, & nominatum à Domino noſtro Hiſpaniarum Rege, ſeruatis ſolemnitatibus, & cæteris requiſitis per forum primum ſub titulo *de la Competencia de las Iuriſdiciones*, de quo dicemus *infrà num.* 29. Et declarationi Cancellarij ſine appellatione, neque aliquo recurſu ſtãndum eſt; & interim dum cauſa Competentiæ diſcutitur, omnes proceſſus, & inſtantiæ ſilent, vt patet expreſsè ex finalibus verbis dicti fori primi, vt cum Alexandro *conſ.* 63. *num.* 2. *vol.* 3. *& conſ.* 149. *num.* 3. *&* 4. *volum.* 6. tradit noſter doctiſſimus Portoles *in ſcholiis ad Molinum verbo, Apprehenſio, num.* 66. *& ſequent.* vbi *num.* 73. intelligit de proceſſu facto contra perſonam, non verò contra bona, & de iure idem producere probat Ceuallos *tom.* 4. *commun. contra commun. q.* 897. *num.* 741. *& ſeq.* Sed quia iſte articulus non pertinet immediatè ad noſtrum inſtitutum, ideo in eo immoror, & ibi videre poteris.

4 At cum hæc materia, & diſpoſitio Tridentini noſtreque Conſtitutionis ſit quotidiana, & frequens, praxiſque neceſſaria, nec ab aliquo ex his quos viderim, iuxta terminos dictæ Conſtitutionis particulariter agitata, operæpretium duxi, ad communem vtilitatem aliqua præmittere, & annotare, quæ conducunt, ad verum intellectum, & praxim obſeruandam. Præcipuè cum videatur ex munere ad me pertinere; nam ex gratia potentiſſimi Regis noſtri Philippi IV. fungor (licèt immeritò) munere Cãcellarij, ſeu Iudicis competentiarum huius Regni Aragonum, de quo Deo fauente, poſt huius operis conſummationem, aliud volumen, hanc materiam latiſſimè continens, in lucem proferam.

5 Ad quod notandum eſt primò, omnem Competentiam iuriſdictionis oriri ſolum poſſe, inter quatuor dumtaxat ſpecies Iudicum; videlicet aut inter duos Iudices Ordinarios, & tunc non ipſi, ſed ſuperior debet illam terminare contentionem (loquor in terminis iuris; nam in noſtro Regno toties quoties acciderit, Cancellarius cognoſcit, & ſeruanda eſt diſpoſitio dicti fori primi.)

Erit exemplum inter duos Iudices ſæculares, vel Epiſcopos æquales, quia tunc recurrendum ad Principem Superiorem, vel Archiepiſcopum reſpectiuè, ſi ſint eis immediatè ſubiecti, vt cum Angelo, Caſtren. Iaſon, & Socin. *in l.* 2. *ff. ſi quis in ius voc. non ierit*, & aliis tradit Portoles *in comment. ad form.* 1. *de las Competencias, num.* 3. vbi *num.* 4. aduertit,



aduertit, intelligenda fore prædicta, quando tales Iudices Ordinarij degunt, & militant ſub eodem Principe; eadémque Prouincia; ſi verò ſint ſub diuerſis, tunc Arbitri iuris ſunt per ipſos nominandi, qui talem competentiam declarent, ad quod probandum allegat Portoles *in d. n.* 4. Anton Butr. *in c. ſanè, n.* 9. *de foro compet.* Bart. & alios,

6 Secundò notandum eſt, quòd ſi controuerſia ſit inter duos delegatos, & quilibet prætendat eſſe Iudicem competentem, tũc dirimenda eſt contentio per Arbitros iuris, ab ipſis nominandos, vt per gloſ. *in c. paſtor. verbo, deferendum*, & ibi communiter DD. de reſcriptis latéque tradunt Portoles vbi proximè *n.* 6. Ioan. Petr. Moneta *in tract. de Conſeruat. n.* 37. vbi plura refert. Ratio eſt, quia cum ipſi in omnibus pares ſint, & par in parem imperium habere non poſſit. *l. nã & Magiſtratus, ff. de receptis Arbitris. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebell. c. inferior, c. denique* 21 *diſtinct.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 438. *n.* 9. Scaccia *de appellat. q.* 2. *n.* 10. & alij penes noſtrum doctiſſimum Aragonen non ſatis laudandum Gaſparem Hortigas *in ſuo patrocinio* 3. *p. n.* 85. Inde eſt, cõpellendos eſſe, vt Arbitros nominent, qui contentionẽ dirimant, ne propter illorum controuerſiam, partes dilationibus grauentur, de quo latè DD. *in c. cum contingat* 24. *de reſcriptis, & in d. c. Paſtoral. & in c. ab Arbitris, de offic. delegat. in* 6.

7 Tertiò notandum eſt, quod ſi competentia ſit inter Ordinarium, & delegatum, tunc ex plurium opinione, delegatus cognoſcere debet, an Iuriſdictio ſit ſua necne; & ſuam ſententiam fundant in eo, quia cum delegatus ſit maior Ordinario, *cap. ſanè, el* 2. *de offic. delegati, cap. ſtuduiſti, de offic. legati*, & tradunt Portoles *vbi ſupra n.* 8. plures penes Gratian. *to.* 1. *diſcept. forenſ. c.* 111. *n.* 65. *& ſequent.* quibus iunge Gutier. *de matrim. c.* 63. *n.* 29. Molinam *to.* 6. *de iuſt. & iure, tract.* 5. *diſp.* 26. *n.* 10. Fragoſ. *de Reg. Chriſt. Reip. p.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *n.* 137. & pluries fuit per Rotam deciſum, vt per Zeuallos *tom.* 4. *comm. contra comm. q.* 897. *n.* 745. Exinde ſequitur, non teneri nominare Arbitros, ſed ipſum ſolum delegatum cognoſcere debere, & de hoc articulo, quoad noſtram Conſtitutionem Gregorianam agemus infra, vbi noſtram proferemus ſententiam.

8 Quartò notandum eſt, quòd ſi controuerſia ſit inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, declarari debet, per Eccleſiaſticum, *cap. ſi Iudex laicus* 12. *de ſententia excommunicationis, in* 6. Portoles referens *vbi ſuprà num.* 9. quibus iunge noſtrum Aragon. Ioſephum Seſſe *in tract. de inhibit. cap.* 5. *§.* 6. *num.* 78. éſtque concors omnium Doct. ſententia, fundata in eo, quod Eccleſiaſticus maiori præfulget dignitate, & auctoritate, ideóque in cognitione cauſæ deferendum eſt ei, vt cum Felino *in cap. Paſtoralis, de reſcriptis.* Couar *pract. quæſt. cap.* 33. *n.* 1. *verſ. primum illud*, & Iaſone *in l.* 2. *col.* 2. *ff. ſi quis in ius vocatus non ierit*, tradit Gratian. *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap* 190. *num.* 13. *&* 14.

Et ita quoties controuerſia ſit inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem de rè Eccleſiaſtica, aut ſpirituali, cognitio contentionis faciẽda eſt per Eccleſiaſticũ. Hoc tamen in Aragonia locum non habet; ſemper enim in hoc caſu, & aliis ſupradictis, ex diſpoſitione *d. fori* 1. *de las Competencias*, Pontificia Auctoritate confirmati, tenẽtur Iudices cõtendentes, quilibet de per ſe nominare Arbitrum, qui ſi inter ſe non conueniant, deuoluitur cognitio ad Cancellariũ, & ipſe declarat cui deferenda ſit cauſa, vt latè per Portol *vbi ſup.* & dicemus *infrà*.

9 Quibus ſic annotatis, inquirendum eſt modo, ad quam ſpeciem prædictarum, reducenda eſt Cõpetentia Iuriſdictionis, quæ frequenter ſuſcitari ſolet inter Iudices Cõſeruatores, & Ordinarios; & videtur dicendum, pertinere ad tertiam; cum enim Conſeruator ſit Iudex delegatus, *cap.* 1. *& vlt. de offic. & poteſt. Iud. deleg in* 6. Azor. *to.* 2. *inſt. moral. lib.* 5. *c.* 55. *q.* 1. Miranda *in man. Prælat. to.* 2. *q.* 47. *art.* 1. *concl vnica*, Moneta *de Conſer. c.* 1. *n.* 8. Peirin. *in conſtit. Minim. tom.* 2. *conſt.* 5. *Gregorij XV.* & alij plures relati per Barboſ. *in Paſtor. allegat.* 106. *num.* 1 *&* 2. exinde ſequitur ex dictis *ſuprà num.* 7. *in* 3. *notabili*, cognitionem pertinere ad Conſeruatorem, ex ratione ibi tradita.

10 Tamburinus autem *tom.* 3. *de iure Abbatum diſp.* 17. *quæſt.* 1. *num* 4. *&* 5. aſſerit, quod licèt de iure communi, Conſeruatores exerceant iuriſdictionem delegatam; Attamen ex priuilegiis, cenſeri debere Iudices Ordinarios, & pro talibus haberi, Tamburinum ſequitur Bordonus *tom.* 2. *variar. reſolut. titul. de Conſeruat. reſolut.* 9. *num.* 9. & idem tradit Cochier *de iuriſdictione ordinaria in exemptos, tom.* 2. *part.* 2 *quæſt* 49. *num.* 3. *& quæſt.* 117. *num.* 2. & alij penes Salgado *de ſupplic. & retent. Bullar. part.* 2. *capite* 11. *numero* 90. *& ſequent.* vbi latè agit de hoc articulo.

11 Fundantur in eo, quia cũ ſint deputati ad vniuerſitatẽ cauſarum, & electi à cõmunitate, & Conuentu, magis cẽſendi ſunt Ordinarij, quam delegati, ex doctrina gloſſæ

*in cap. cum cauſam, verbo delegatus, de appellat.* Menochius *de arbitr. Iudic. lib.* 1. *q.* 67. *num.* 31. latè Moneta *in dict. tract de Conſeruat. cap.* 1. *num.* 11. Fragoſo *in loco ſtatim citando*, & ſecundum prædictam ſententiam reducenda videtur ad ea, quæ diximus *ſuprà num.* 5. in primo notabili, nam cum ſint æquales, talis contentio dirimenda erit per Iudicem Superiorem, modo, & forma ſuperius tradita in *dicto num.* 5.

12 In hoc dubio dicendum iudico, nec ad Conſeruatorem, propter delegatum, nec ad Superiorem propter Ordinarium; competentiam ortam, inter Conſeruatorem, & Ordinarium dirimendam eſſe, ſed inter ipſos eligendos fore Arbitros iuris, vt expreſsè patet ex verbis Tridentini *in d. c.* 5. *ſeſſ.* 14 ibi, *Nequaquam in cauſa procedatur, donec per Arbitros in forma iuris electos, ſuper ſuſpicione, aut Iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum*, &c. Hanc ſententiam latiſſimè tuentur Zeuallos *tom.* 4. *comm. contra comm. quæſt.* 897. *num.* 744. *cum pluribus ſequent.* præcipuè *num.* 779. Moneta *in d. tract. de Conſeruat. cap.* 9. *num.* 76. vbi *n.* 37. ita ait: *Retenta tamen priori ſententia, quod dictum cap. Paſtoralis ſeruandum ſit, etiam in controuerſia de competentia, inter Conſeruatorem, & Ordinarium, quæ æquior, tutior, & iuri communi, ac Concilio Tridentino conformior eſt*, &c. Hæc Moneta.

13 Ratio eſt, nam, etſi fateamur, Conſeruatorem eſſe delegatum, vt diximus *ſupra num.* 9. vel aliàs ex priuilegio delegatum, & Ordinarium, vt etiam diximus *ſuprà num* 10. ex Tambur. & aliis, Attamen optimè aduertit Moneta vbi proximè, in *dict. num.* 36. *verſ. quamuis*; non improbabiliter dici debet, quod abſolutè delegatus, etiam Principis, non eſt maior Ordinario, ſed tantùm in cauſa ſibi commiſſa, optimè Fragoſo *de regim. Chriſt. Reip. p.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *n.* 129. *& pluribus ſequent*,

14 Cum tamen in aliis maior ſit Ordinarius delegato, propter vniuerſalem iuriſdictionem in Ciuitate, ac Diœceſi; vnde colligitur, vt vna Maioritas, cum alia compenſari debeat; Præcipuè, quia cum competentia iuriſdictionis regulariter oriatur ex eo, an Conſeruator excedat formam iuris, vel limites ſuæ poteſtatis, aut procedat ſeruatis requiſitis dictæ Conſtitutionis Gregor. XV. donec declaretur, ſi ita eſt, vel non, dici non poteſt, adhuc in ſua delegatione,
15 Conſeruatorem Superiorem eſſe; Enimuerò ſi excederet, tunc procederet vt priuatus, nec haberet delegationem, aut aliquam iuriſdictionem, eritque nullum, quidquid affecerit, vt cum Platea, Decio, & Abbate probat Zeuallos *vbi ſuprà n.* 772.

At cum Ordinarius, in vim iuriſdictionis Ordinariæ habeat fundatam intentionem, vt cum pluribus probat Salgado *de retent. Bulla p.* 2. *c.* 25. *n.* 40. vt hæc elidi poſſit, præcisè conſtare debet, de requiſitis Conſtitutionis Gregorianæ, vt Conſeruator pro tali habeatur, & adhuc, quod cognoſcit in merè notoria iniuria, & manifeſta violentia, nam ad alia ſe extendere non poteſt, & per conſequens, exiſtente prædicto dubio, dici certò non valet, poſſe cognoſcere, & ideò deueniendum eſſe, ex diſpoſitione Tridentini, & dictæ Conſtitutionis, ad arbitros iuris. 16

Nec prædictis obſtat, quod diximus *ſupra n.* 10. ex Tambur. Bordono, Cochier, & Salgado, iſte enim *n.* 91. ſolum aſſerit Conſeruatores haberi loco Ordinariorum, & eſſe comprehenſos in diſpoſitione Tridentini *ſeſſ.* 24. *c.* 20. *de reformatione*, quoad primam inſtantiam, in quo conuenio cum ipſo, vt ad eum effectum, licèt propriè non dicantur Ordinarij, ſed haberi loco Ordinariorum, vt optimè probat *n.* 93. *& ſequent.* non tamen placet, quod Conſeruatores ex priuilegiis cenſeri debent Ordinarij, quia deputati ad Vniuerſitatem cauſarum, hoc enim non eſt verum, nam ſolum poſſunt cognoſcere de manifeſtis iniuriis, & notoriis violentiis, & in cauſis ciuilibus exemptorum contra perturbantes ſua priuilegia ex Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. Barboſ. *in Paſtor. d. alleg.* 106. *num.* 1. *&* 2. Bordonus *in d. reſol.* 95. *n.* 6. & inſuper, nec iudiciali vti indagine, *cap.* 1. *& vltimo de offic. & poteſt. Iudicis delegati, in* 6. eſtque conſors omnium Doctorum ſententia, & plures tradit Barboſ. vbi proximè *num.* 1. *&* 16. *leg* 1 *tit.* 8. *nouæ recopilationis*, Gutierrez *practic. lib.* 3. *quæſt.* 9. *num* 9. *&* 11. Campan. *in diuerſ. iuris Canonici, rubr.* 12. *c.* 13. *n.* 26. Zeuall. *tom.* 4. *comm. contra comm. qu.* 897. *num.* 696. *& ſequent.* Moneta *de Conſer. cap.* 7. *num.* 76. *& ſequent.* Cochier *vbi ſupra quæſt.* 16. *num.* 6. *& tom.* 1. *p.* 1. *q.* 39. *num.* 1. 17

In quo notandum eſt, quod vt talis Conſeruator procedere valeat in cauſa, ante omnia debet ei conſtare notoriè, & manifeſtè de iniuria, & violentia, déque ipſarum qualitate, vt diximus ſuprà, & tradunt Syluester *verbo, Conſeruator, num.* 3. Rodriguez *tom.* 1. *quæſt. regul. quæſt.* 65. *articul.* 11. *verſicul. Sed quid ſi Reus*, Miranda 18



Miranda *in manual. Prælat. tom.* 2. *q.* 47. *art.* 8. *concl.* 2. Cochier *in d. tom.* 1. *p.* 1. *q.* 39. *n.* 6. *in fine*, Azor *tom.* 1. *inſtit moral. lib.* 5. *cap.* 34. *q.* 7. Pelliz. *in manuali Regul. tom.* 2. *tract.* 8. *ſect.* 4. *num.* 115. *& duabus ſequentibus.*

19 Quomodo autem dici poſſit notorium, ad hunc effectum, latè tradunt Moneta *vbi ſuprà cap.* 7. *num.* 85. *cum pluribus ſequent.* Barboſ. *in d. alleg.* 106. *n.* 20. & dixi *in meo Foro conſcientiæ*, ſiue *Paſtorali interno*, *p.* 1. *tract.* 1. *q.* 2. *n* 11. *& ſequent.*

20 Fundamentum, & ratio deſumitur ex eo, quia quando iuriſdictio competit alicui ratione, & contemplatione certæ qualitatis, tenetur prius Iudex ſcire, illam verificari *l. multum* 21. *ff. de conditionibus. & demonſtrationibus.* Sicul. *in cap* 1. *n.* 50. *& ſequent. de offic. delegati*, Vantius *tit de nullit. ex defectu iuriſdictionis, n.* 167. Petrus Barboſ. *in l. ſi quis, n.* 148 *ff. de iudiciis*, Auguſtinus Barb. *in Paſt. in dicta allegat.* 106. *num.* 18. *&* 19. & diximus *ſupra clauſul.* 5. *numero* 32.

21 Cum igitur tota iuriſdictio Conſeruatorum pendeat à manifeſtis iniuriis, & violentiis (vt probauimus) iſtis non exiſtentibus, iuriſdictione carent, nec aliquid prouidere poſſunt, ad inſtar illius, qui commiſſionem obtinuit à Pontifice, ſuper eo, quod non eſt, quo caſu, commiſſio nullam tribuit iuriſdictionem, nec aliquem producit iuris effectum, nam non entis nullæ ſunt partes, vt dixit Bellamera in eadem facti ſpecie *deciſ.* 22. *circa med. verſ. nam commiſſio*, & tradit Marcheſan. *de commiſſion. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 220. *pag.* 170. ergo dum non conſtat, Conſeruatores procedere in manifeſtis iniuriis, & violentiis, non poterunt cognoſcere, ſed in eo regulariter conſiſtit contentio inter illos, & Ordinarios; ergo vt controuerſia ſopiatur, deueniendum eſt ad Arbitros iuris ex fundamentis *ſuprà relatis.*

22 Præterea conuincitur; Nam Cochier *vbi ſuprà in d. tom.* 2. *q.* 16. diſtinctionem facit inter Conſeruatores, & *num.* 9. loquendo de eis ita ait: *Sed licet verum ſit, quod eſt delegatus, tamen in hoc vltimo decipiuntur, dum volunt, eſſe delegatum ad vniuerſitatem. Nã mouentur ſolum per textum in d §. officium, per quem probatur, quod eſt delegatus, vt ſtatim induxi, ſed quod ſit ad vniuerſitatem cauſarum nullum verbum ibi. Ex quo colligi poſsit, aut tacitè, aut expreſsè.*

23 *Et ideo dico, eſſe delegatum ad pluralitatem, ſeu generalitatem cauſarum; nõ ad vniuerſitatem, nam communis eſt Theorica Doctorum, eum dici delegatum ad vniuerſitatẽ, cui eſt commiſſa pluralitas cauſarum, reſpectu territorij, puta cauſæ, quæ vertuntur in* 24 *tali Caſtro, Villa, ſeu Quarterio; exemplum poni poteſt in Vicario Foraneo Epiſcopi, vt per Gloſſ. in Clementina, & ſi Princip. de reſcrip. ſuper verbo Foraneo, & ibi: Car li. Alexand. ad generalitatem cauſarum eum dicunt, cui committantur plures cauſæ, non reſpectu territorij, ſed certarum perſonarum tantũ, puta vertentes inter Sempronium, & Titium*, &c.

*Cum igitur Conſeruatoribus committãtur cauſæ, reſpectu perſonarum, non territorij; vt puta cauſæ talis Monaſterij, cauſæ Viduarũ, cauſæ Pupillorum, cauſæ Scholarium, & aliorum Suppoſitorum Vniuerſitatis, qui non recipiunt territorium, debent cenſeri delegati ad generalitatem, Iaſon. in d l. More, de iuriſd. omnium Iudicũ, colum* 9. Hæc Cochier. 25

Ex cuius doctrina, ipſemet ſatis conuincitur, non bene in locis ſuperius allegatis dixiſſe, Conſeruatores eſſe deputatos ad vniuerſitatem cauſarum & exinde cenſeri Ordinarios, cum potius ſint ex ſua doctrina ad generalitatem, videlicet quoad certas cauſas, nempe Ciuiles, & reſpectu perſonarum exemptarum pro manifeſtis iniuriis, & violentiis, vnde ſequitur, non poſſe dici conſtitutos ad vniuerſitatẽ, cum nullatenus ſint ratione territorij, ſed perſonarũ.

Præterea nam, vt quis dici poſſit Ordinarius ex vniuerſitate cauſarum, requiritur vniuerſitas, de qua in *c.* 1. *& toto tit. de officio Ordinar. in decretalibus, in* 6. & latè tradit Fragoſo *de Reg. Chriſt. Reip. p.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *n.* 129. & tamen videmus, gaudentes priuilegio Conſeruatorum, in infinitis caſibus eſſe ſubiectos Ordinariis, & plures referens tradit Tambur *de iure Abbatum, to.* 3. *diſp.* 5. *q.* 11. & dixi *in meo Foro conſcientiæ*, ſiue *Paſtorali interno, p.* 1. *tract.* 5. *q.* 2. *n.* 19. in quibus Conſeruatores procedere non poſſunt; ergo non bene Tamburinus, Bordonus, & Cochier fundant, Conſeruatores eſſe Ordinarios, quia deſtinati ad vniuerſitatem cauſarum. 26

Immò ex eo, quod non ſint deſtinati ad vniuerſitatem cauſarum, ſed ſolum ad manifeſtas iniurias, & violentias, voluit Moneta, cum aliis, in *d. n.* 16. probabiliter defendi poſſe ex hac excellentia, adhuc Ordinarium in controuerſia iuriſdictionis, maiorem eſſe Conſeruatore. 27

Præterea, quia Conſeruatores non tenentur ſeruare formam iudicialẽ, ſed procedere poſſunt attenta facti veritate, quam concluſionem communiter defendunt Doctores Miranda *in d. quæſt.* 47. *artic* 8. *concluſ.* 6. Moneta *in d. tract. de Conſer. cap.* 7. *num.* 77. ergo non poterunt iudicari, tanquam Ordinarij ex vniuerſitate 28

cauſarum, nec in omnibus æquari delegatis, cognitis à iure, in *d. tit. de offic. delegati*, cum cæteri, in cauſis requirentibus indaginem, debeant obſeruare formam, & alia requiſita iuris. Notandum tamen eſt ad proximè dicta, quod etſi Conſeruatores non teneantur ſeruare formam iudicialē, requiri præcisè citationem, & ſententiæ denunciationem ex diſpoſitione *textus in d. cap. finali, §. vices, de offic. delegati, in 6.* ibi: *Citationibus, & ſententiarū declarationibus*, &c. Cald. *in cap. veſtra, de cohabit. Cleric. & mulier* Capra *tract. de notor. membro. 4. n. 16.* quos refert, & ſequitur Moneta *in d. tract. de Conſeruator. cap. 8. num. 22.* quibus iunge Barb. *in d. alleg. 106. num. 31.* Anton. Gomez *tom. 3. variar. reſol. cap. 1. n. 43. & 44.*

29 Quibus ſic conſtitutis, dicendum eſt, fore deueniendum ad Arbitros iuris per Cōſeruatorem, & Ordinarium nominandos, quoties inter eos occurrat Iuriſdictionis competentia. Praxis autem deputandi illos deducitur ex cap *ſuſpicionis 39. de offic. deleg.* & cap. *legitima, de appellat. in 6.* & ex Couar. *pract. quæſt. cap. 5. num 5.* Paz *in ſua praxi to. 2 cap. 6. n. 10. & ſequent.* Zeuallos *in d. to. 4. comm. contra comm. q. 897. n. 777.* vbi ita ſcribit: *Ordinarius, vel Delegatus, qui prius à partibus pulſatus fuerit, vel ex neceßitate officij decernat articulum competentiæ iuriſdictionis, per Iudices Arbitros terminandum eſſe, & interim in cauſa ſuperſedendum, & alteri Iudici intimari faciat, ſimiliter, & partibus, vt intra certum tempus Arbitros eligant, & Arbitris electis intimetur, vt intra certum tempus conueniant in cauſa, vel in diſcordia tertium eligant, cum quo, in certum breue tempus controuerſiam dirimant, ſuper iuriſdictione.*

30 Quæ quidem praxis in noſtro Aragoniæ Regno ſtabilita reperitur per dictum forum 1. *de las competencias de las iuriſdiciones*, ibi. *La Cæſarea Mageſtad, de volontad de la Corte eſtatuece y ordena, que hauiendo contencion entre las dos Iuriſdiciones, Real y Eccleſiaſtica, ſe haya de guardar el orden infraſcripto; A ſaber es, que el Iuez aſsi temporal, como Eccleſiaſtico, o qualquiera de ellos, que pretenden la perſona, o coſa ſobre que ſe litiga, o ayan Competencia, ſer de ſu Iuriſdicion, y el conocimiento de la cauſa pertenecerle a el, y no al otro Iuez: Sea tenido, en las primeras letras, que enuiaran al otro Iuez, nombrar vn Arbitro; y el Iuez a quien las letras yran dirigidas, y furen preſentadas, dentro de tres dias, de el dia de la preſentacion de aquellas contaderos, ſea tenido de reſponder al Iuez, que le huuiere eſcrito, ſobre la dicha competencia, nombrando en la dichas letras reſponſiuas, otro Arbitro, para el conocimiento de la dicha contencion; losquales dos Arbitros electos, y nombrados por los dichos Iuezes contendientes, ayan, y ſean tenidos, dentro de cinco dias, contaderos de el dia que fueren intimadas al primero Iuez las letras reſponſiuas de el ſegundo, conocer, y determinar, ſi quiere declarar la dicha contencion de la Iuriſdicion, y a la determinacion, y declaracion de los dichos Arbitros, ſiendo concordes, ſe aya de eſtar, y no ſe pueda hauer recurſo alguno. Y en caſo que los dichos Arbitros, dentro de los cinco dias, non ſe concorden, el Canceller Eccleſiaſtico, nombradero por ſu Mageſtad, ſiendo preſente en la Ciudad donde ſe celebrara la Audiencia Real, y de el Iuſticia de Aragon, dentro de 30. dias, contaderos de el dia que fueren complidos los cincos dias a los dichos Arbitros, aſsignados, ſea tenido, y obligado, oydas las partes intereſadas, y los Iuezes contendientes, ſi alguna coſa quiſieren dezir ante el dicho Canceller, declarar la dicha contencion dentro el dicho tiempo, ſegun Dios, y buena conciencia, adereciendo a la parte, que le pareciere mas Iuſto. A la declaracion y determinacion de el qual, los dichos Iuezes contendientes, ayan y ſean tenidos de eſtar, y no puedan tener recurſo alguno de la declaracion por el Canceller hecha.* Hæc Forus; qui quamuis videatur loqui de Competentia Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Secularis, extendendus, intelligendus, & admittendus eſt in prædictis quatuor ſpeciebus Iudicum contendentium, vt optimè, & latè admittit, & probat Noſter Practicus Portoles *in commentariis ad dictum forum 1. comment. 1. num. 2. & ſequent.* vbi latè agit de materia. Ex quibus patet prædictam praxim obſeruandam eſſe quoties contingat contentio iuriſdictionis inter Iudices Conſeruatores, & Ordinarios.

## Clauſula XI.

SVMMARIVM.

*Conſeruator, excedens limites ſuæ iuriſdictionis, ſuſpenditur ab officio per annum, num. 1.*

*Pars, quæ procurauit, vt Iudex Conſeruator excederet limites Iuriſdictionis, incurrit in pœnam excommunicationis, num. 2.*

*Conſeruatores Iudices ſi cognoſcant, in caſibus, in quibus exempti ſunt ſubiecti Ordinariis, præter pœnam ſuſpicionis, quam incurrunt; omnia per illos geſta, ſunt nulla, & irrita, num. 3.*

*Sententiæ prolatæ à Conſeruatoribus, in caſibus in quibus excedunt ſuam iuriſdictionem, ſunt nullæ, & incurrunt in pœnam ſuſpenſionis ab officio Conſeruatorum, & officio Clericali, num. 4. & 5.*

*Iudices Conſeruatores, extendentes ſuam iuriſdictionem vltra id, quod eis eſt permiſſum, poſſunt puniri ab Epiſcopo, numero 6.*



1 VLtimo loco Gregorius XV. in prædicta Conſtitutione deſignat pœnam ſuſpenſionis perſonarum ab officio, contra Conſeruatores, excedentes limites ſuæ Iuriſdictionis, & inſuper excommunicationis ſententiam, contra partem, quæ hoc fieri procurauerit, ibi: *Quod ſi qui Conſeruatores, ſiue in hac parte, ſiue aliàs quomodolibet, ſuos limites exceſſerint, per annum ab officio Conſeruatoris huiuſmodi ſuſpenſi ſunt, & pars, quæ hoc fieri procurauerit, ſententiam excommunicationis incurrat, iuxta formam alterius Conſtitutionis Bonifacij prædeceſſoris, quæ incipit: Hac Conſtitutione, quam Sanctitas ſua, in his omnibus, quæ præſenti Conſtitutioni non aduerſantur, innouauit, & innouat*, &c.

2 Quæ quidem pœna ſuſpenſionis, reſpectu iudicis, & excommunicationis reſpectu partis, procurantis, ſtatuta iam erat in *cap. final. §. vt autem, de officio delegati, in 6.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 2. diſp. 13. quæſt. 14. num. 23.* eamque innouat Gregorius XV. & inde ſequitur, quod ſi Conſeruatores cognoſcant, in caſibus in quibus, exempti aliàs

3 ſunt Ordinariis ſubiecti, omnia per illos geſta, & prouiſa ſunt nulla, & irrita, & non poſſunt, nec debent executioni mandari, vt expreſsè deciditur in *cap. Authoritate, de priuil. in 6.* ibi: *Quod ſi talia præſumpſerint, ab his per locorum ipſorum Ordinarios compeſcantur. Et ſi quis propter hoc, exemptorum ipſorum Conſeruatores, in eos ſententias pretulerit, illas pœnitus reuocamus*, &c.

4 Quod idem videtur de mente Concilij Tridentini *ſeſſ. 7. cap. 14.* ibi; *Priuilegiis, exēptionibus, Conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus, aduerſus præmiſſa, nequaquam valituris*, &c. & ad propoſitum plura tradit Barb. *in paſtor. alleg. 106. n. 30.*



Inſuper præter nullitatem & inualiditatem geſtorum, incurrunt prædicti Conſeruatores, excedentes, in pœnam ſuſpenſionis per annum ab officio Conſeruatorum, & ab officio Clericali. *d. cap. fin. §. vt autem de offic. delegati, in 6.* Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. q. 47. art. 9. concl. 1.* Barboſ. *in d. allegat. 106. num. 46. & 47.* Cochier *de iuriſdict, ordin. in exemptos, tom. 2. p. 2. q. 22. per totam*, & alij plures penes Tamburinum *de iure Abbatum, tom. 3. diſput. 17. q. 2. num. 2. & 3.* 5

Et præterea poterunt puniri ab Epiſcopo, ſecundum qualitatem, & circumſtantias contrauentionis. Ceſpedes *de exēpt. Regul. cap. 24. dub 403. num. 1. & 2.* At ne longius in hoc immoremus de hoc articulo, latè videri poteris Monetam *de Conſeruatoribus cap. 7. num. 560. cum pluribus ſequent.* vt ad alias clauſulas inducentes innixam voluntatem Gregorij, vt prædicta obſeruentur, tranſire valeamus, de quarum effectibus, & valore breuiter agemus. 6

## Clauſula XII.

SVMMARIVM.

*Conſtitutio Gregorij XV. quoad Conſeruatores, quid de nouo ſtatuat, num. 1. & 2.*

*Conſtitutio Gregorij XV. circa Conſeruatores, innouat, quod ſtatutum erat à Bonifacio VIII. & de nouo plura alia decernit, num. 3.*

*Ius nouum obſeruandum eſt, & antiquum, ſi ſit reuocatum, non poteſt deduci in argumentum, num. 4.*

*Dictio*, inuiolabiliter, *inducit præciſum complementum, quod nequit violari, num. 5.*

COnſtat igitur ex prædictis clauſulis, & ex omnibus à nobis ſuperius ponderatis, mentem Gregorij, ſuámque Conſtitutionem diſponere, primò reuocationem omnium Iudicum Conſeruatorum, præter illos, qui cum qualitatibus, & circumſtantiis, ab ipſo ſtatutis, fuerint creati; Secundò decernere formam, illos eligendi, & qualitates quas habere debent; Tertiò declarare pœnam contra Electores Conſeruatorum, non ſeruantes formam, ab ipſo præſcriptam; Quartò monere Ordinarios, vt in Synodo deſignent plures perſonas, quæ tali munere fungi valeant; Quintò ſtatuere tēpus, intra quod de nouo Cōſeruatores eligi debeāt; Sextò, vt qui ritè, & rectè fuerint electi in Cōſeruatores iuxta ſuā Cō- 1

ſtitutionem, non poſſint intra quinquennium amoueri; Septimò quod Regulares, & alij exempti non poſſint coram Conſeruatoribus eſſe actores, ſed Rei tantum; Octauò quod Conſeruatores non valeant procedere extra diœceſes. Nonò, quod in caſu diſcordiæ, ſeu competentiæ Iuriſdictionis declarari debeat per Arbitros iuris, & tandem decernit, & deſignat pœnam contra Conſeruatores, aliter procedentes, quam formis, & modis ab ipſo Gregorio præſcriptis, ſimilitérque quod ſint excommunicati partes inſtantes, & motiuantes, vt non ſeruetur, quod ipſe decreuit.

2 Vnde liquet, prædictam Conſtitutionem in omnibus; & per omnia, de reuocatione, electione, qualitatibus, pœnis, in contrauenientes, temporis duratione, territorio, iuriſdictione, controuerſia iuriſdictionis, & ſimiliter aliis pœnis contra Conſeruatores, tranſgredientes formam, ab ipſo præſcriptam, & contra partem procurantem tranſgreſſionem, ſermonem feciſſe.

3 In quibus partim innouat, quod iam ſtatutum erat per Bonifacium VIII. *in cap. finali, de officio delegati, in 6.* & partim de nouo ſtatuit, quod ibi non erat expreſſum, vt patet ex verbis prædictæ Conſtitutionis, ibi, *In futurum verò, Sanctitas ſua hac generali, & perpetuò valitura Conſtitutione ſtatuit, & decreuit*, &c. & ibi: *Iuxta formam alterius Conſtitutionis eiuſdem Bonifacij Prædeceſſoris*, quæ incipit: *Hac Conſtitutione, quam Sactitas ſua in his omnibus, quæ præſenti Conſtitutioni non aduerſantur, innouauit, & innouat*, &c.

4 Ideó que hodie materia Conſeruatorum regulanda eſt, ſecundum præſentem Conſtitutionem, & tanquam ius nouum obſeruandum, vnde quidquid contra illam reperitur apud Doctores, agentes de Conſeruatoribus ante prædictam Conſtitutionem, non debet in argumentum deduci, cum ad præſens fixo pede deambulare debeamus, iuxta terminos huius noui iuris, & diſpoſitionis Pontificiæ.

5 Quam voluit Gregorius inuiolabiliter obſeruari, ibi: *Quæ omnia, & ſingula in præſenti Conſtitutione contenta, Sanctitas ſua voluit inuiolabiliter obſeruari*, &c. Vnde ponderanda eſt illa dictio, *Inuiolabiliter*, quæ inducit præciſum complementum, & in ſui proprietate demonſtrat illud, quod violari, aut vulnerari non poteſt, vt dixit Silius *lib.* 15. ibi: *Velut inuiolabile telis ſeruabant, ſacrumque caput.* Et Virg. 11.

*Pacis ſolum, inuiolabile pignus.*

Et habetur in cap. *cum ab Eccleſiarum, de offic. Iudicis Ordinarij*, ibi: *Et vſque ad condignam ſatisfactionem, inuiolabiliter obſeruari*, &c. & in cap. *primo, in fine, de eo qui mittitur in poſſeſſionē cauſa rei ſecundæ*, ibi: *Vt autem noſtræ diffinitionis ſententia inuiolabiliter obſeruetur, eam Apoſtolico duximus patrocinio roborandam*, &c. ergo eodem modo in præſenti dicere debemus, quod Gregorius roborauit ſuam diſpoſitionem, in prædicta conſtitutione, ſuo Apoſtolico decreto, & ideò non ſolum tacitè, ſed etiam expreſsè voluit, vt inuiolabiliter obſeruaretur, provt fieri debet.

---

# Clauſula XIII.

## SVMMARIVM.

*Clauſula*, Sublata, & decretum irritans, *operatur, vt ſit adempta iuriſdictio cuilibet Iudici inferiori, aliter cognoſcendi, quam in decreto continetur, num.* 1.

*Clauſula*, Sublata, & decretum irritans *inhabilitat Iudicem inferiorem, vt aliter non poßit iudicare, niſi provt in decreto continetur, & ſi contraueniat, erit nullum, quidquid declarauerit, etiam ſine partis oppoſitione, num.* 2.

*Clauſula*, Sublata, *etiamſi ſit in fine decreti poſita, & in oratione ſeparata, influit, & inducit ius, quoad omnes Præcedentes, num.* 3.

*Conſeruator Iudex non poteſt procedere contra formam Conſtitutionis Gregorij XV. & ſi contraueniat, erit nullum, quidquid effecerit, etiam parte non opponente, numero* 4.

VT oſtenderet Gregorius ſuam mentem, ne prædicta infringi poſſent, ſuam roborauit Conſtitutionem, & omnia in ea contenta, cum clauſula, & decreto *Irritante*, ibi: *Decernentes ſic in his, cæteriſque omnibus præmiſsis, per quoſcumque*, &c. *etiam Sacri Palatij Apoſtolici Auditores, necnon S.R.E. Cardinales*, &c. & quia de huius clauſulæ effectibus diximus *ſupra clauſ.* 4. *num.* 11. *& ſequent.* non immoramur, cum quæ ibi diximus, in præſenti locum habeant. 1

Præter decretum, *irritans*, addit inſuper Gregorius clauſulam, *ſublata*, ibi: *Sublata*, &c. *iudicari*, &c. *nec non irritum, & inane*, &c. quæ efficit, vt cuilibet Iudici inferiori adempta ſit iuriſdictio, aliter cognoſcendi, quam in decreto continetur, vt pluries declarauit Rota *in poſth.* Farin. *tom.* 2. *deciſ.* 173. *n.* 21. & *in meis recollect. Pæna to.* 1. *deciſ.* 246. *num* 1. vbi alias annotaui, & refert Barboſ. *de clauſ. vſufreq. clauſ.* 175. *num.* 3.



2 Taliter, quod tollat iudici inferiori Iuriſdictionem, & reddat ipſum inhabilem ad iudicandum, ſi contraueniat clauſulæ, & *decreto irritanti*, & quidquid declarauerit, & effecerit, erit ipſo iure nullum, etiam ſine partis oppoſitione, vt cum Ioanne Andrea *in addit. ad ſpeculat. tit. de probatione Sententiæ, §. iuxta ſuper verba, verſ. eſt excommunicatus*, & Decio, ſequuto à Iacobo de Arena *conſ.* 275. *incipiente in cauſa, n.* 2. *verſ. ſed præmiſsis minimè obſeruantibus*; probat Peña vbi proximè *in dict. deciſ. deciſ.* 246. *num.* 4. *& ſequent.*

3 Et quamuis dicta clauſula, *ſublata*, ſit appoſita in fine, & in ſeparata oratione, influit, & inducit ius, quoad omnes diſpoſitiones præcedentes, Seraph. *deciſ.* 766. Peña *in meis recollect. to.* 1. *deciſ.* 286. *num.* 8 *verſ. Poſtremo cum clauſula*; ergo cum in dicta Conſtitutione; prædicta clauſula, *Sublata*, ſit appoſita in fine aliarum præcedentium, & in oratione ſeparata, influet in omnibus, & erit idem, ac ſi in qualibet earum eſſet repetita, & operabitur proximè dictos effectus.

3 Similitérque dicendum, videtur ex decreto irritante, Iudicem Conſeruatorem non poſſe aliter iudicare, quam ſeruata forma, & circumſtantiis prædictæ Conſtitutionis, & ſi contrauenerit, erit ipſo iure nullum, quidquid effecerit ſine partis oppoſitione; Vltra quod prædicta clauſula operatur alios diuerſos effectus, vt videre poteris penes Barboſam, & ab eo allegatos *in dict. clauſ.* 175. qui confirmant prædictam ſententiam; & etiam ligant manus Conſeruatoris, vt procedere non valeat, niſi provt in prædicta Conſtitutione continetur.

---

# Clauſula XIV.

## SVMMARIVM.

*Clauſula ſola*, Non obſtantibus, & de per ſe, *non ſufficit ad derogandum primum priuilegium, in pluribus caſibus, numero* 2.

*Clauſula*, Non obſtantibus, *ſufficit ad derogandum primum priuilegium, quando conſtat de mente Pontificis, derogare volentis priori priuilegio, num.* 3.

*Priuilegium primum derogatum dicitur, quando conſtat de mente Pontificis, vel Superioris, derogare volentis, quibuſcumque verbis fiat, mentem declarātibus, n.* 4.

*Mens concedentis priuilegium intuenda eſt, etiamſi à proprietate verborum recedatur, num.* 5.

*Clauſulæ*, Non obſtantibus, *ſi addatur*, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, *operatur, vt tollat omnia, quæ diſpoſitioni, vel ordinationi opponi, & obſtare poſſent, tam in ſpecie, quàm in genere, quod extende, etiamſi iungatur clauſulæ*, tenores, *num.* 7.

*Animus, & mens concedentis priuilegium, vel Conſtitutionem, aut aliam diſpoſitionem argui debet ex geminatione, & multiplicitate clauſularum, n.* 8.

PRæterea addit Gregorius clauſulam, *Non obſtantibus*, ibi: *Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Litteris Conſeruatoriis, quas omnes ad formam præſentis Conſtitutionis reduxit in fauorem quorumcumque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Ioannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, aut cuiuſuis alterius Inſtituti, etiam neceſſariò exprimendi*, &c. 1

Ex qua clauſula clarè patet, quod, etſi non fuiſſent adiectæ aliæ ſupradictæ, confirmatoriæ diſpoſitionis antiquæ, roboratæque in hac, & de nouo additæ; ex prædicta, *non obſtantibus*, colligebatur reuocatio, & annullatio aliarum Conſtitutionum pro Conſeruatoribus conceſſarum. Licèt enimuerò prædicta clauſula, *non obſtantibus*, ſola, & de per ſe, non ſufficiat ad derogandum primum priuilegium in pluribus caſibus à Doctoribus conſideratis, & congeſtis per Barboſam *de clauſulis vſufrequentibus, clauſ.* 83. 2

At quando conſtat de mente Superioris, vel Pontificis, derogare volentis priori priuilegio; tunc derogatum, & reuocatum, 3
cenſetur cum prædicta clauſula, *non obſtantibus*, vel ſi Pontifex vtatur quibuſcumque verbis, mentem declarantibus, vt cum Federico de Senis *conſ.* 335. *columna vltima*, & Felino *in cap. nonnulli, num.* 7. & 8. *de reſcriptis*, optimè aduertit Cochier *in tract. de iuriſdictione ordin. in exemptos, tom.* 1. *p.* 3. *q.* 9. *num.* 9. ibi: *Quandocumque conſtat de mente Pontificis, derogare volentis priori priuilegio, ſufficit, vt priuilegium illud cenſeatur reuocatum quibuſcumque verbis Pontifex vtatur.* 4
5 *Quemadmodum enim in diſpoſitione priuilegij ſemper diximus, mentem concedentis eſſe intuendam, etiamſi à proprietate verborum eſſet recedendum ſupra eodem lib. q.* 7. *num.* 1. *Ita & in reuocatione priuilegij dicendum eſt; Contrariorum enim eadem eſſet*

*diſciplina*, &c. Hæc Cochier. & latè tradit
Marqueſan. *de commiſſ. tom.* 2. *p.* 2. §. 2. *n.* 100.
6 *cum pluribus ſequent. pag.* 315. *& num.* 103.
aduertit, animum Concedentis priuile-
gia, vel Conſtitutionem, aut aliam diſpoſi-
tionem argui debere ex geminatione, &
multiplicitate clauſularum; Cum igitur
Gregorius in dicta Conſtitutione tam mul-
tiplicatas appoſuerit; ex eis colligitur, quan-
tum voluerit; vt ad vnguem obſeruentur
omnia, in illa contenta.

7 Præterquam quod, ſi clauſulæ, *non ob-
ſtantibus*, addatur alia, ſcilicet *Conſtitu-
tionibus, & ordinationibus Apoſtolicis* (vt in
præſenti) operatur, vt tollat omnia, quæ di-
ſpoſitioni, vel ordinationi obſtare, & oppo-
ni poſſent, tam in ſpecie, quàm in genere,
vt cum Iaſone *conſil.* 110. *in fine lib.* 4. Ma-
reſc. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 4. & Marta
*clauſ.* 79. *in princip. num.* 1. *p.* 1. tenuit Rota
penes Duran. *diſcurſu, ſeu deciſione* 285. *n.*
8 61. Præſertim ſtante clauſula, *Tenores* (vt in
noſtra Conſtitutione) Rota recentiorum
*p.* 1. *deciſ.* 506. *num.* 5.

Ex quibus infertur, quod non ſolum vo-
luit Gregorius declarare ſuam mentem, ap-
ponendo clauſulas vrgentiſſimas, verùm, &
etiam adiungendo illas laxioris interpreta-
tionis; vt exinde colligeretur, quam enixè
volebat obſeruantiam contentorum in il-
la ſua Conſtitutione, vtque ad vnguem ei
ſatisfieret.

---

# Clauſula X V.

## SVMMARIVM.

*Dictio*, necnon, *repetit omnes qualitates præcedentes, num.* 2. *&* 8.

*Clauſula generalis*, non obſtatibus ſtatutis, *non comprehendit ſtatuta iurata, numero* 3.

*Clauſulæ*, non obſtantibus ſtatutis, *ſi addatur illa*, Iuramento, confirmatione Apoſtolica, *&c. inducitur expreſſa derogatio antecedentium conceſſionum, etiam iuramento confirmatarum, num.* 4.

*Clauſula*, non obſtantibus ſtatutis, vel conſuetudinibus, *appoſita in Breui, demonſtrat, Pontificem habuiſſe notitiam contrariæ conſuetudinis, ſiue ſtatuti, aut priuilegij, quod vult derogare, n.* 5.

*Princeps, ſi appoſuit clauſulas derogatorias in aliqua Conſtitutione, ſeu priuilegio, ex eo cēſentur reuocatæ primæ, ſi de illis præſumitur habuiſſe notitiam, quæ coniecturari poteſt ex clauſulis appoſitis in reuocatione, num.* 5.

*Clauſula*, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, *ſufficit, vt derogata remaneant præcedentia aduerſantia, numero* 6.

*Inſertio priuilegij de verbo ad verbum, non eſt neceſſaria in reuocatione, ſed ſufficit, quod Pontifex declaret ſuam nentem, per clauſulas derogatorias prægnantes, num.* 7.

*Clauſula*, nec non, *cum*, irritante, motu proprio, *&c. repetit qualitates præcedentes, & influit in ſequentes*, &c.

*Clauſula*, aut aliàs quomodolibet, *comprehendit omnes caſus, eoſque diſtribuit, & omne ius directum, ſiue indirectum, numero* 9.

*Dictio*, quomodolibet, *includit omne intereſſe, cuilibet competens, & verificatur, in quocumque iure directo, vel indirecto, etiam impropriè ſumpto, n.* 9.

*Dictio*, quomodolibet, *amplectitur, & extenditur non ſolum ad ius commune, ſed etiam ad ſpeciale, aut conſuetudinem, vel præſcriptionem, ſeu priuilegium Apoſtolicum, num.* 10.

*Dictio*, quomodolibet, *comprehendit omne ius, etiam minimum, & omnem modum, qui comprehendi, & includi poteſt, num.* 11. *&* 12.

*Clauſula*, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, *operatur, vt diſpoſitio locum habeat, etiam in tertij præiudicium, n.* 13.

*Clauſula*, eorum tenoribus, *demonſtrat, perinde eſſe, ac ſi omnia de verbo ad verbum fuiſſent expreſſa, num.* 14.

SEquendo Gregorius eandem ideam, 1
quàm diximus ſupra in clauſula ante-
cedente, pro coronide cumulat omnes
clauſulas, quæ ad effectum declarationis,
ſuæ voluntatis excogitari poſſent, vt patet
ex ſequentibus, ibi: *Nec non illorum, etiam
iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel qua-
uis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & con-
ſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priui-
legiis quoque etiam ex cauſa, & titulo one-
roſo, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, etiam
Marimagno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nun-
cupatis, ſub quibuſcumque tenoribus, & for-
mis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum
derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſo-
litis clauſulis*, Nec non irritantibus, etiam,
Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de
Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs
quomodolibet, *etiam per viam communica-
tionis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vi-
cibus, approbatis, & innouatis, etiamſi pro
illorum ſufficiēti derogatione, de illis, eorum-*



*que tenoribus; & formis ſpecialis, & indiui-
dua, ac de verbo ad verbum, non autem per
clauſulas generales, idem importantes men-
tio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut
aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet,
tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad ver-
bum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis
tradita obſeruata, inſerti forent, præſenti-
bus pro expreſſis habens, quibus, quoad ea,
quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in
ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat
ſpecialiter, & expreſsè derogauit, cæteriſ-
que contrariis quibuſcumque*, &c.

2 Cum igitur Gregorius incipiat cum il-
la dictione, *Necnon*, innuit repetitionem
omnium qualitatum præcedentium, vt
cum pluribus tradit Barb. *de diction. vſu-
frequent. dict.* 209. ſtatim proſequitur cum
3 clauſula, *Non obſtantibus ſtatutis*, quæ ſi
generaliter ſit appoſita, non comprehen-
dit ſtatuta iurata, vt per Gloſſam, commu-
niter approbatam in cap. *cum non deceat,
verbo, effectus, de electione in* 6. Romanum
*conſ.* 393. *num.* 13. Duran. *deciſ.* 5. *n.* 7. ideo,
4 ne daretur locus dubitationi addidit, *Iura-
mento, confirmatione Apoſtolica*, &c. quæ
operatur expreſſam derogationem ante-
cedentium conceſſionum, etiam iuramen-
to confirmatarum, vt per Rotam *diuerſ.
p.* 2. *deciſ.* 18. *n.* 1. Præterquam quod, prædi-
cta clauſula, *Non obſtantibus*, adiuncta ſub-
ſequentibus, eſt potens derogare omnes
alias Conſtitutiones, contrarium diſponen-
tes, vt optimè conſiderauit, eadem Rota
*diuerſorum p.* 3. *lib.* 2. *deciſ.* 88. *num.* 4.

5 Præterea illa adiectio, *Conſuetudinibus*,
demonſtrat, Principem habuiſſe notitiam
contrariæ conſuetudinis, quam vult dero-
gare, Rota *recentior. p.* 1. *deciſ.* 192. *n.* 6. &
ideo cum ſcientiam habuerit, illæ clauſu-
læ derogatoriæ, ſuperius relatæ, debent ha-
bere plenarios effectus reuocationis om-
nium conceſſionum, ante noſtram Conſti-
tutionem factarum, vt tenuit Rota penes
Ludouiſ. ſiue Gregorium XV. *deciſ.* 109.
*num.* 10. & latè tradunt Gonzalez *ad reg.* 8.
*gloſſ.* 36. *num.* 23. Cochier *de iuriſdict. or-
din. in exemptos, tom.* 1. *p.* 3. *q.* 9. *ferè per to-
6 tam*, optimè Moneta *de commut. vltim. vo-
lunt. cap.* 8. *num.* 8. vbi ait; quod regulariter
per clauſulam illam generalem, *Non ob-
ſtantibus quibuſcumque priuilegiis*, ſufficiē-
ter cēſeatur derogatū, præcedentibus, quę
poſterioribus conceſſis aduerſantur, & plu-
ra tradit cum Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 38.
*num.* 1. *& ſequent.* idémque tenent alij rela-
ti per Barb. *de clauſ. vſufreq. clauſ.* 43. *n.* 17.
*&* 18. latè Cardin. Tuſcus *tom.* 1. *litt. C. ver-
bo, Clauſula, concl.* 350. vbi *num.* 6. teſtatur,
cum Caſſadoro *deciſ.* 16. *ſuper regul.* & An-
tonio de Butrio *conſ.* 2. *circa finem*; hodie
firmiter Curiam tenere, per talem clauſu-
lam, eſſe ſufficienter derogatum.

Rationem prædictorum tradit Gonzal. 7
omnino videndus *in d. gloſſ.* 39. *n.* 24. *vſque
ad* 30. quem ſequitur Beltraminus *in anno-
tatione ad dictam deciſ.* 109. *Gregorij XV,
nu.* 14. videlicet, quod ſi eſſet neceſſarium
inſerere de verbo ad verbum omnia in
noua conceſſione, ſiue priuilegio, contra-
rium facientia; remanerent ligatæ manus
Pontificis, & ferè impoſſibiliter derogatio
locum habere poſſet, cùm reminiſci om-
nium non valeat, vel ſcire omnia obſtan-
tia diſpoſitioni, quam de nouo ſtatuit, quod
redundaret in graue damnum, & præiudi-
cium authoritatis ipſius Pontificis, & in de-
trimentum vtilitatis publicæ; per ea quæ
conſiderat Gonzal. vbi proximè *gloſſ.* 35.
*num.* 31. *& ſequent.* cum ſi aliqua Conſti-
tutio decerneretur propter bonum vni-
uerſale, ad euitandos abuſus, & alia incon-
uenientia (prout in hac noſtra de Conſer-
uatoribus) elideretur, propter defectum
non inſertionis verborum; quod admitti
non debet, præcipuè quando conſtat de
enixa mente Pontificis, derogare volentis,
(vt in præſenti propter cumulationē clau-
ſularū derogatoriarū aliarum conſtitutio-
num, vſque tunc conceſſarum) & ideo tan-
quam ſecuriorem, & ſequendam, eam ob-
ſeruat Curia (vt diximus) & approbauerunt
Rota, quam refert Beltraminus vbi ſupra,
& plures relati per Gonzalez *in d. gloſſ.* 36.
*num.* 29. & ab ea praxi non eſſe receden-
dum ex prædicta Conſtitutione firmiter
tenendum videtur.

Inſuper ponderanda ſunt illa verba, 8
*Necnon irritantibus, etiam motu proprio, &
ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ plenitu-
dine, aut aliàs quomodolibet*, &c. illa enim
dictio, *Necnon*, repetit qualitates præceden-
tes, (vt diximus *ſupra num.* 1. *&* 2.) Et ideò
influunt cæteri in reuocatione conceſſio-
num, vſque tunc factarum, cum decreto
irritante, & clauſula, *Motu proprio*, illúdque
eneruat, cum ſubſequente dictione, *Aut
aliàs, quomodolibet*, quæ amplectitur, &
comprehendit omnes caſus comprehen-
ſibiles, eóſque diſtribuit, & omne ius, ſiue
directum, aut indirectum, vt per Rotam *in
Reatina Penſionis* 1. *Decemb.* 1614. *coram
Vbaldo, impreſſam in recentioribus p.* 2. *de-
ciſ.* 602. *n.* 4. ibi.

Quia contrarium denotat illa dictio, 9
*quomodolibet*, quæ comprehendit omne
intereſſe, cuilibet competens. Ioan. Andr.
*in cap. indemnitatibus, ſub n.* 1. *& ibi.* Archi-
diaconus

diaconus *ſub num.* 4. *verſ. quomodolibet in* 9. Angelus *conſil.* 288. *n.* 3. *verſ. hoc etiam coadiuuatur*, Gozzadin. *conſ.* 14. *n.* 22. Rota *deciſ.* 595. *n.* 19 *p.* 1. *diuerſ.* & verificatur in quocumque iure directo, vel indirecto etiam impropriè ſumpto, Rota *deciſ.* 394. *num.* 1. *eadem parte diuerſarum*, &c. ergo in noſtro caſu, per prædictam doctrinam Rotæ erunt reuocatæ quæcumque Conſtitutiones anteriores; quatenus contradicant præſenti noſtræ.

10 Vlterius dicta dictio, *quomodolibet*, operatur comprehenſionem, & intelligi debet, non ſolum de iure communi, ſed etiam de iure ſpeciali, conſuetudine, præſcriptione, aut priuilegio Apoſtolico. Gonzal. *gloſſ.* 19. *per totam*, Rota *recentior. p.* 2. *deciſ.* 614. *n.* 2. *ibi.* Mouebantur enim ex eo, quia Regula 2. vtitur his verbis: *Quomodolibet pertinentia, de quorum natura eſt, comprehendere collationem, quæ expectat de iure communi, ſed etiam de iure ſpeciali, aut ex præſcriptione, conſuetudine, vel priuilegio Apoſtolico*, &c.

11 Immò includit omne ius, etiam minimum Seraphinus *deciſ.* 182. *n.* 2. *ibi.* Et dictio, *Quomodolibet*, includit omne ius, etiam minimum gloſſ. *in Clement.* 2. *verbo, Quomodolibet*, de ſententia excommunicationis, Pariſ *conſ.* 58. *num.* 10 *lib.* 1. ergo in hac noſtra Conſtitutione remanebunt reuocata omnia, quæ ex prædictis titulis contra eam opponi poſſent.

12 Vltimò circa proximè dicta aduertendum eſt, quod prædicta dictio, *Quomodolibet*, comprehendit, amplectitur, includítque omnẽ modum, qui comprehendi, amplecti, & includi poteſt, vt cum pluribus tradit Barb *de dict. vſufrequent. dictio* 330. *num.* 4. vbi latè agit de omnibus à nobis ſuperius traditis.

Inſuper illa clauſula, *De Apoſtolica poteſtatis plenitudine*, efficit, & operatur, vt diſ- 13
poſitio locum habeat, etiam in tertij præiudicium, Pariſius *conſ.* 5. *num.* 91. *& conſ.* 30. *num.* 46. *lib* 4. Gozad. *conſ.* 5. *n.* 25. *& ſequent.* quos refert, & ſequitur Seraph. *deciſ.* 1082. *n.* 8. ergo in præſenti, quamuis reſpectu exemptorum conſideretur ſequi eis ex noſtra Conſtitutione aliquod præiudicium, nihilominus ex prædicta clauſula, comprehenſi remanebunt.

Prætterquam quod illa; *Eorumque tenori-* 14
*bus*, &c. demonſtrat, perinde eſſe, ac ſi omnia contrariantia, de verbo ad verbum fuiſſent expreſſa, vt infinitas deciſiones allegans tradit Rota *in poſthumis*, Farin. *to.* 1. *deciſ.* 407. *n.* 7. *& deciſ.* 607. *num.* 2.

Quibus omnibus iunctis reſultat, concludendum eſſe, in noſtra Conſtitutione comprehendi omnia, quæ ad effectum reuocationis aliorum ſunt neceſſaria, quatenus hic nouæ diſpoſitioni contrariari poſſent, maximè cum præter clauſulas ſuperius ponderatas, aliàs plures cumulauerit Gregorius, ex quibus colligitur animus, & voluntas, vt obſeruaretur prædicta Conſtitutio, & vt reuocatæ exiſterent antecedentes, & præſenti contradicentes ex traditis à Marcheſano *de commiſſion. tom.* 2. *p.* 2. §. 2. *num.* 100. *cum pluribus ſequent. pag.* 313. Et ideo concludendum videtur, vt ad alia principaliora noſtri inſtituti peruenire poſſimus. Quæ omnia breuiter & conciſè annotauimus tanquam neceſſaria, & conducentia ad plures quæſtiones infra diſputandas *in ſecunda parte, huius tractatus.*

PASTO



# PASTORALE REGVLARIVM. PARS SECVNDA.

## QVÆSTIO PRIMA.

### An quando Epiſcopus præcipit, aliqua Concilij Tridentini decreta, à Regularibus obſeruari, & ab eis exequutioni demandari, poſſint ſub prætextu, quod talia præcepta infringant ſua priuilegia, eligere Conſeruatores ad defenſionem.

SVMMARIVM.

*Regulares ſunt exempti à Iuriſdictione ordinaria Epiſcoporum, num.* 2.

*Regulares non poſſunt vti Iudicibus Conſeruatoribus, niſi quando illis fit notoria iniuria, & manifeſta violentia, num.* 3. *&* 33.

*Iniuria, & violentia non datur, quando aliquid fit, iure permittente, n.* 4. *&* 33.

*Ordinarius quãdo præcipit Regularibus, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, vt aliquid faciant in vim Decretorum Sacri Concilij Tridentini, nullam iniuriam, aut violentiam illis inungit, n.* 5.

*Regulares non poterunt vti Conſeruatoribus contra Epiſcopos, in caſibus, in quibus, iſti procedunt tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, in vim Tridentini, n.* 5 *&* 9 *& ſequent.*

*Ordinarius poteſt procedere contra Regulares, vel aliàs exemptos, degentes extra clauſtra, ſi aliquod commiſerunt delictum, punitione dignum, n.* 5. *&* 6.

*Epiſcopus poteſt compellère Regulares, vt in ſuis Monaſteriis, habeant lectionem ſacræ Scripturæ, ſi id commodè fieri poteſt, num.* 7.

*Regulares ſunt ſubiecti Epiſcopis in pluribus caſibus, licet aliàs ſint exempti ab eorum iuriſdictione, num.* 8.

*Conſeruatores non poſſunt exercere ſuam Iuriſdictionem, nec exempti illam implorare, niſi eis prius conſtet de manifeſta iniuria, & violentia, num.* 9. 27. *&* 33.

*Conſeruatoriæ nihil operantur contra Epiſcopum, procedentem tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatum, in his, quæ ei, vt tali conceduntur in Tridentino, num.* 10.

*Conſeruatores ſi impediant aliquid Epiſcopo, incumbenti viſitationi, & correctioni exemptorum, in caſibus, in quibus procedere poteſt, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, poterit procedere contra perturbantes, vel impedientes viſitationem, num.* 11.

*Epiſcopo viſitanti loca exempta, in caſibus permiſſis, ſi fores claudantur, vel alias reſiſtentia fiat, licebit illi, frangere fores, & excommunicare reſiſtentes, non adhibitis monitionibus, n.* 11. *&* 12.

*Epiſcopi quando procedunt, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, in vim iuris, & Concilij Tridentini, in eis habent fundatam intentionem, vt poſſint procedere in cauſis, illis commiſſis, n.* 13.

*Delegatus Iudex non poteſt in cauſa procedere ſine exhibitione delegationis, numero* 13.

*Conſeruatores Iudices non habent Iuriſdictionem naturalem, ſed ex conceſſione particulari, num.* 14.

*Epiſcopi quando procedunt, vt Sedis Apoſtolicæ delegati, in his, quæ, vt talibus ipſis in Tridentino conceduntur, non indigent aliqua exhibitione, vel probatione delegatio*

gatio

*gationis, ſecus autem eſt in Iudicibus Conſeruatoribus, vel aliis delegatis, numero* 15.

*Iudici delegato, atteſtanti de ſua delegatione, non eſt credendum, nec parendum, quouſque exhibeat litteras delegationis, num.*16.

*Conſeruatori Iudici, atteſtanti de ſua conſeruatoria, non eſt credendum, ante illius exhibitionem, n.* 26.

*Iuriſdictio delegata regulanda eſt, ex adiunctis verbis delegantis, num.*17.

*Decreta Conciliorum, quæ vt leges inueniuntur ſcripta, obſeruanda ſunt inuiolabiliter, num.*18.

*Epiſcopi tenentur efficere, vt decreta Tridentini ab omnibus inuiolabiliter cuſtodiantur, n.* 19.

*Superioritatem, & ampliorem iuriſdictionem habent Epiſcopi, quando procedunt in cauſis, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, quam ſi agerent tantum, vt Ordinarij, n.*20.

*Epiſcopi in exequendis decretis Concilij Tridentini, ſunt delegati Sedis Apoſtolicæ, num.*21.

*Iuris, vel Concilij Generalis diſpoſitio, vt reuocata cenſeatur in nouo priuilegio, diplomate, aut alia conceſſione, requiritur expreſſa illius derogatio, aliàs non cenſebitur reuocata, n.*21.

*Clauſula*, Auctoritate noſtra, vel tanquam delegatus à nobis, *contenta in delegatione, denotat, vt delegatus cognoſcat non ſuo nomine, ſed Superioris delegantis, num.*22.

*Ordinarius Iudex ſimul, & delegatus ſi in cauſa procedat, quam iuriſdictionem præſumatur exercere, anceps eſt quæſtio, numero* 23.

*Concilium generale, ſiue lex, quando tribuit Ordinario Iuriſdictionem delegatam ex ipſo Concilio, vel Legiſlatore, non habent rationem ad Ordinariam, ſed ad delegatam, n.*24.

*Delegatio ſi ſit facta à Principe Superiore, non ſimpliciter, ſed cum verbis prægnantibus, non datur appellatio ad immediatum, ſed ad delegantem, n.* 24. *&* 26.

*Delegatio ſi fiat ſimpliciter Ordinario, de eo quod iam ex iuriſdictione ordinaria exercere poterat, non dicitur aliquid delegari, ſed de nouo reſtitui, quod habebat, n.*25. *Secus tamen erit, ſi addantur verba*, Auctoritate noſtra, vel tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, *quia tunc ordinaria mutatur in delegatam, n.* 26.

*Conſeruatoriæ Litteræ, vt contra decreta Tridentini operare valeant, neceſſaria eſt illorum derogatio, nec ſufficiunt clauſulæ generales, n.*27.

*Epiſcopi ſunt executores decretorum Concilij Tridentini n.*28. *&* 31.

*Conſeruatoriæ Litteræ, & priuilegia exemptiua notificanda ſunt Epiſcopo, vt operare valeant, n.*29

*Bulla Pij IV. reuocat omnia priuilegia, conceſſa quibuſcumque perſonis, quatenus contraueniant decretis Tridentini, numero* 30.

*Diſpoſitio Generalis, generaliter intelligi debet, num.*32.

*Generalis diſpoſitio legis, ſeu ſtatuti, non poteſt impediri ſub prætextu alicuius priuilegij, num.*32.

*Iniuria generalis irrogatur, quando aliquid non iure fit, num.* 34.

PRo intellectu libet declarationes 1
Sacræ Congregationis, & Breue S.D.N. Innocentij X. referre tanquam baſim, & fundamentum dicendorum in hac ſecunda parte, & eſt tenoris ſequentis.

*Innocentius Papa X.*

AD futuram rei memoriam. Cùm ſicut accepimus, aliquæ fuerint ortæ differentiæ, inter Venerabilem Fratrem Ioannem Epiſcopum Angelopolitanum, ſiue Populæ Sanctorum Angelorum, in Indiis Occidentalibus, ex vna, & dilectos filios Clericos Regulares Societatis IESV, partibus ex altera de, & ſuper munere prædicationis verbi Dei, in propriis eorundem Clericorum Regularium, petita ſolum Epiſcopi benedictione, quam in alienis Eccleſiis petita, & obtenta ab eodem Epiſcopo Diœceſano licentia exercendi, necnon ſuper confeſſionibus laicorum audiendis, præuio examine, ſiue approbatione eiuſdem Epiſcopi Diœceſani, quę dicti Clerici Regulares in vim priuilegiorum prædictæ Societatis Apoſtolica auctoritate conceſſorum, ſibi proprio iure licere prætendebant, & deſuper in partibus fuerit deuentum ad plures actus iudiciales, & pro parte Clericorum Regularium huiuſmodi ad electionẽ Conſeruatorum priuilegiorum huiuſmodi; nobiſque tam dicti Ioannis Epiſcopi, quàm eorundem Clericorum Regularium nomine, pro ſopiendis differentiis huiuſmodi, quædam dubia deciſionem differentiarum præfatarũ, necnon iuriſdictionem, Ordinariorũ in exemptos, & ipſorum Clericorum Regularium exemptionem, à Iuriſdictione Ordinarij concernentia fuerint propoſita, ad quæ ambæ partes reſpõderi, & quid deſuper obſeruandum ſit auctoritate noſtra Apoſtolica ſtatui, & ſtabiliri deſiderabant. Nos qui omnium fidelium, & præſertim Eccleſiaſticorum quieti, libenter incumbimus, differentias prædictas, totumque negotium particulari Congregationi aliquorum venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum Romanæ Curiæ Prælatorum examinand. commiſimus; qui auditis ſæpius procuratoribus prædicti Ioannis Epiſcopi, necnon Procuratore Generali Societatis prædictæ, negotio maturè diſcuſſo; omnibus dubiis, & petitionibus, hinc inde propoſitis reſponderunt, prout ſequitur; Videlicet, Sacra Congregatio à Sanctiſſimo Domino noſtro deputata, ſuper controuerſiis, vertentibus inter Epiſcopum Angelorum, in Indiis Occidentalibus, & Religioſos Societatis IESV, ſæpius auditis Procuratoribus, ab eodem Epiſcopo ad vrbem allegatis, necnon ipſius Societatis Procuratore Generali, negocióque accuratè diſcuſſo, cenſuit, prædictos Religioſos nequaquam poſſe, in Ciuitate, & Diœceſi Angelopolitana, perſonarum ſæcularium confeſſionesa udire, ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani, nec Verbum Dei prædicare in Eccleſiis ſui Ordinis, non petita ipſius benedictione, nec in aliis Eccleſiis, ſine eius licentia, nec in Eccleſiis etiam ſui Ordinis ipſo contradicente, & contraueniente ab Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicę Delegato coërceri, & puniri poſſe, etiam cenſuris Eccleſiaſticis, in vim Conſtitutionis S.mem. Greg. XV. quæ incipit: *Inſcrutabili Dei prouidentia.* Ac proinde memoratis Religioſis, qui huiuſmodi approbationem, ac licentiam ſe obtinuiſſe non docuerint, potuiſſe Epiſcopum, ſeu eius generalem Vicariũ præcipere, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt à confeſſionibus audiendis, & Verbi Dei prædicatione abſtinerent, nec ob eam cauſam licuiſſe dictis Religioſis, quaſi à manifeſtis iniuriis, & violentiis, eligere Cõſeruatores, eoſque, vt pręfertur electos in Epiſcopum, eiuſque Vicarium Generalẽ indebitè, ac nulliter excommunicationem fulminaſſe. Cæterùm S. Congr. ſeriò in Domino hortatur, ac monet Epiſcopum, vt Chriſtianæ mãſuetudinis memor, erga Societat. IESV, quæ laudabili ſuo Inſtituto, in Eccleſia Dei, tam fructuosè laborauit, ac ſine intermiſſione laborabat, paterno ſe gerat affectu, eamque in regimine Eccleſiæ ſuæ perutilem adiutricẽ agnoſcens, benignè foueat, ac priſtinæ ſuæ beneuolentiæ reſtituat, quemadmodũ S. Congreg. ipſum facturum confidit, ſibique certo pollicetur, cùm eius zelum, pietatem, ac paſtoralem ſolicitudinem compertam habeat. *Dat. Romæ die* 16. *Aprilis, anno* 1648. Et præmiſſorum occaſione, pro parte prædicti Ioãnis Epiſcopi; necnon Religioſorũ Societ. IESV in eadem Congregat. poſita fuerunt diuerſa dubia, de mandato Sanctiſſimi reſoluenda, quæ quidẽ S. Congreg. ſæpius auditis, vt in præmiſſis ab eodem Epiſcopo ad Vrbẽ miſſis, necnon Procuratore Generali ipſius Societatis, negocióque maturè perpenſo, ad ſingula dubia ab vtraque parte propoſita, reſpondit ordine, quo ſequitur. Primò, an in caſu, quo Epiſcopus præcipiat, decreta aliqua Concilij Tridentini à Regularibus obſeruari, & executioni demandari, Regulares quicumque, etiam Societatis IESV, ſub prætextu, quod

huiuſmodi præcepta infringant ſua priuilegia, poſſint eligere Conſeruatores? Congregatio reſpondit, ſi Epiſcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis IESV, vt decreta aliqua Concilij Trident. obſeruent, ac exequantur, in illis caſibus, in quibus per ipſum Concilium, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, Regulares exempti ſubiiciuntur iuriſdictioni, & correctioni Epiſcopi, minimè licere ipſis Regularibus, ob eam cauſam Conſeruatores eligere. Secundò, an quando Ordinarius procedit, iuris ordine ſeruato, aduerſus Regulares prædictos, in caſibus, in quibus per Concil. Trident. vel Conſtitutiones Apoſtolicas, ipſi ſubiiciuntur, poſſint Cõſeruatores Iudices aſſignare? Reſpondit, vt ad proximum non poſſe. Tertiò, an Regularibus, etiam Societatis IESV, aſſerentibus, ſe habere priuilegia, quominus obediant Epiſcopo, in executione decretorum iuris communis, Concilij Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, Ordinarij debeant ipſis adhibere fidem, abſque exhibitione huiuſmodi priuilegiorum? Reſpondit, Ordinarios non teneri, huius aſſertioni fidem adhibere, abſque integrali priuilegiorum exhibitione. Quartò, an in caſu quo Regulares quicumque, etiam Societatis IESV, exhibeant aliqua priuilegia, & Ordinarij iudicent, ea non ſuffragari, caſui, de quo agitur, & ad rem non facere Regulares præfati poſſint, & debeant prouocari ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotiſſimis, ad Metropolitanum, ſiue Ordinarium viciniorem, vel potius poſſint hoc caſu eligere Iudices Conſeruatores? Reſpondit, ſi verba priuilegiorum ſint obſcura, & ambigua, non licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Epiſcopum, nec Conſeruatores eligere, ſed Summum Pontificem pro interpretatione eſſe adeundum. Quintò, vtrùm Conſtitutio Fel. recor. Greg. XV. circa Conſeruatores Regularium, publicata anno 1621. cũ declarationibus Eminentiſſim. Sacræ Congregationis Concilij Tridentini Interpretum, deſuper editis, æquè afficiat, & comprehendat Religioſos Societatis IESV, ac reliquos Regulares, itavt omnia alia prædicta Societatis priuilegia, fuerint reducta ad terminos dictæ Conſtitutionis, & ſic impoſterum debeant ab iis eligi Conſeruatores iuxta formam; & tenorem prædictæ Conſtitutionis? Reſpondit, huiuſmodi Conſtitutionem cum declarationibus, vt prætenditur editis, æquè afficere Religioſos Societatis IESV, atque aliorum Ordinum, & Conſeruatores ad illius præſcriptum eſſe eligendos, non obſtantibus quibuſuis priuilegiis; quippe quæ omnia ſunt redacta ad terminos ipſius Conſtitutionis. Sextò, an Regulares prædicti grauati ære alieno, vel ad ratiocinia, vel teſtamentorum executores poſsint conueniri coram Ordinario, ſi Conſeruatores non nominauerint intra tempus habile, ab Ordinario præſcriptum. Reſpondit; Regulares in cauſis præfatis, coram Ordinario loci eſſe conueniendos, ſi ad præſcriprum Conſtitutionis Sanctæ mem. Gregorij XV. Conſeruatores non elegerint, ipſumque electionis documentum intra præfinitum tempus, in actis Curiæ ipſius Ordinarij non exhibuerint, ac dimiſerint. Septimò, an dicti Regulares Conſeruatores, ſiue ad iura, ſiue ad priuilegia tuenda aſſumẽtes, teneantur ante exercitiũ commiſsionis præſtare cautionem coram Ordinario, ſiue alio Iudice competente, de Iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, caſu quo lite, ſiue cauſa ſuccubuerint? Reſpondit; non teneri. Octauò, an quãdo Epiſcopi iura, vel decimas Cathedralium aduerſus Regulares prædictos, dote ſua ſpoliantes Eccleſias, coram Iudice cõpetẽte tuentur, libroſq; memorialia, &



& allegationes producunt, ius Eccleſiarum Cathedralium exprimentes, & acquiſitiones Religioſorum, aliaque id generis adnumerantes, huiuſmodi ſcriptorum occaſione, poſſint Regulares nominare Conſeruatores, prætendentes iniuriam ſibi inferri, in referendo immoderatas acquiſitiones? Reſpondit, ſi Epiſcopi pro tuendis Iuribus Cathedralium Eccleſiarum coram Iudice competente huiuſmodi ſcripta producant, & Regularium immoderatas acquiſitiones veraciter, & modeſtè referant, non licere Regularibus, ob eam cauſam, ad Conſeruatores recurrere. Nonò, vtrum Regulares quicumque, etiam Societatis IESV, poſſint adminiſtrare Sacramentum Pœnitentię Sæcularibus, abſque licentia Epiſcopi Diœceſani, etiã ſi in alia diœceſi approbatus ſit? Reſpondit; Regulares, etiam Societatis IESV in vna diœceſi, ab Epiſcopo approbatos, ad confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas nequaquam poſſe, in alia diœceſi huiuſmodi confeſsiones audire, ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani. Decimò, an Epiſcopus contra dictos Regulares, audientes in ſua diœceſi confeſſiones Sæcularium abſque ſua approbatione, vel Concionatores abſque licenria Epiſcopi intra, & extra proprias Eccleſias, poſsit procedere; eos à talibus miniſteriis remouendo, ſiue præceptis, & aliis iuris remediis coërcendo? Reſpondit; eiſdem Regularibus, qui Confeſsiones perſonarum ſæcularium audiunt ſine approbatione Epiſcopi loci, vel prædicant in Eccleſiis ſui Ordinis, non petita illius benedictione, aut in aliis Eccleſiis, abſque ipſius licentia, vel in Eccleſiis, etiam ſui Ordinis ipſo contradicente, poſſe Epiſcopum in vim Conſtitutionis fœl. recor. Gregorij X V. quæ incipit: *Inſcrutabili Dei prouidentia*; tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, ac munus prædicationis interdicere, eoſque iuris remediis coërcere, & punire. Vndecimò, an quando Epiſcopo conſtat, dictas licentias obtentas non fuiſſe, ipſe poſsit præcipere, vt donec licentiam intra præſcriptum tempus exhibeant, à tali miniſterio abſtineãt, & an requirendus ſit per Epiſcopum pro his exhibendis Prouincialis in alia diœceſi, vel longiſſime exiſtens, vel ipſi Regulares confeſſarij, vel eorum Superiores, eiuſdem Diœceſis, in qua prædicta exercent? Reſpondit? poſſe Epiſcopum ſic præcipere, nec pro huiuſmodi licentiis requirendum eſſe Prouincialem, ſed ſatis eſſe, ipſos Religioſos requirere, aut eorum Superiores, in diœceſi Epiſcopi exiſtentes. Decimoſecundò, an ſi contingat, vt aliquis prædictorum Regularium inſurgat contra Epiſcopum in propria diœceſi maledictis, cum ſcripto, vel dicto, Populum ſcandalizando, poſsint ab Epiſcopo puniri, & qua animaduerſione, & quid ſi huiuſmodi delinquens tranſiuerit ad aliam diœceſim, hoc caſu ſeruandum ſit? & qua pœna puniendus ſit Regularis, qui commorans in vna Diœceſi, ſpargat famoſos libellos contra Ordinarium alterius Diœceſis? Reſpondit, ſi Regularis intra clauſtra degens, extra ea in caſibus in dubio expreſſis, ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo ſit; Epiſcopo inſtante, teneri Superiorem Regularem infra tempus ab Epiſcopo præfigendum, ſeuerè illum punire, ac de punitione Epiſcopum certiorem facere, alioquin ſic delinquentem, ab Epiſcopo puniri poſſe ad præſcriptum Concilij Tridentini cap. 14. ſeſſ. 25. de Regularibus; quod ſi delinquens ad aliam diœceſim migrauerit, ſeruandum eſſe, quod præcipitur in Conſtitutione Sacræ memor. Clementis VIII. incipien. Suſcepti muneris ratio. Decimotertiò; an Conſeruatores nominati, & electi à Regularibus prædictis, ante exercitium

ſuæ iuriſdictionis, teneantur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario, ſub pœna nullitatis actuum? Reſpondit, vtique teneri. Decimoquartò, an priuilegia, quæ ſunt contra iuriſdictionem Ordinarij, & quibus gaudent, & gaudere prætendunt Regulares prædicti, debeant Epiſcopis notificari, ſiue inſinuari? Reſpondit, Regulares teneri huiuſmodi priuilegia Epiſcopo exhibere, ſi eis vti voluerint. Decimo quintò, an prædia ruſtica, metallorum fodinæ, ſacchari, opificinæ, à Regularibus Societatis, vel aliis poſſeſſa, vel aliæ Domus ſeculares, in quibus videlicet, vnus vel duo Regulares tantùm commorantur, gaudeant priuilegio Collegiorum, ſeu Conuentuum? Reſpondit non gaudere. Decimoſextò, vtrum Regulares prædicti Apotecas quarumcum-
13 que mercium, macella, & ſimilia, præſertim prope Collegia, ſiue Conuentus exercentes, poſſint ab Ordinario ſub cenſuris inhiberi, ne huiuſmodi exerceant. Reſpondit non poſſe Epiſcopum hoc prohibere Regularibus exemptis, ſed ſi in præmiſſis ita notorie delinquant extra clauſtra, vt populo ſcandalo ſint; ſeruandum eſſe, quod dictum eſt ſupra in reſponſione ad duodecimum.
14 Decimo ſeptimò, vtrum Regulares, etiam Patres Ieſuitæ, in ſuis prædiis, opificinis, aliiſque ſuis domibus ſecularibus, ſitis intra limites Parochialium, ad ſe non ſpectantium, poſſint adminiſtrare ſacramentum Baptiſmatis, ſolemnis, matrimonij, Extremæ vnctionis, & Euchariſtiæ, in feſto Paſchatis, famulis mercenariis, ruſticis, ſiue aliis id genus hominibus ſecularibus, abſque Ordinarij, vel Parochi licentia? Reſpondit: Non poſſe. Decimooctauò, Vtrum Patres Societatis, in ciuitate, & diœceſi Angelorum, poſſint conſecrare vaſa ſacra, altaria, & ſimilia, in quibus vnctio requiritur. Reſpondit ibidem non poſſe. Pro parte verò Religioſorum Societatis Ieſu, propoſita fuerunt infraſcripta dubia. Primò, an Epiſcopi in partibus Indiarum, poſſint ex integro totum vnum Monaſterium, vel Collegium, ab audiendis confeſſionibus ſuſpendere? Reſpondit, Epiſcopos Indiarum poſſe quidem omnibus ſimul vnius Monaſterij, vel collegij Confeſſariis, adimere facultatem audiendi confeſſiones perſonarum ſecularium, etiam inconſulta ſacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſita, cum decretum ab ea editum *ſub die 20. Nouembris* 1615. ex intentionis defectu, & conuenientia morali non extendatur ad Regiones illas, tam longe ab Vrbe diſſitas; Verùm ab hac generali ſuſpenſione, quæ vix ſine ſcandalo, & animarum pernicie contingere poteſt, abſtinendum eſſe Epiſcopis, niſi grauiſſima ſubſiſtente cauſa, ſuper quo ſacra Congregatio illorũ conſcientias grauiter voluit eſſe oneratas. Secundò, an Epiſcopus, Regularem pro confeſſionibus ſemel approbatum, ſine noua cauſa ſuſpendere poſſit, ab ipſis confeſſionibus audiendis. Reſpondit, Regulares aliàs libere ab Epiſcopo, præuio examine approbatos ad audiendas confeſſiones perſonarum ſecularium, ab eodem Epiſcopo ſuſpendi non poſſe, ſine noua cauſa, eáque ad confeſſiones ipſas pertinente. Tertiò, an Bulla Pij V. 34. *in ordine, to. 2. Bullarii*, conceſſa inſtante, & ſupplicante Sereniſſimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium, ſit reuocata in Bullis ſummorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur. Reſpondit, agendum cum Sanctiſſimo, an velit declarare Bullam, non eſſe reuocatam, illam tamen non ſuffragari niſi in locis, vbi eſt defectus Parochorum. Quartò, an Epiſcopus poſſit cum cenſuris procedere contra Regulares exemptos, ſi inobedientes fuerint in confeſſionibus audiendis, vel prædicatione Verbi Dei, & hoc an vigore Concilij Tridentini, vel per quem canonem? Reſpondit, poſſe procedere, non quidẽ in vim Concilij Tridentini, ſed in vim Conſtitutionis Gregorij XV. quæ incipit: *Inſcrutabili Dei prouidentia.* Quintò, an licentia audiendi confeſſiones, & prædicandi, ab Epiſcopo per litteras miſſiuas, an ſolum per litteras patentes Cancellariæ concedi poſſit? Reſpondit, poſſe concedi, etiam per litteras miſsiuas, vel ore tenus; ſi ita Epiſcopo videbitur. Sextò, an talis licentia, ore tenus, ſine ſcriptis concedi poſsit? Reſpondit, vt ad proximum. Septimò, an facultas eligendi Conſeruatores, conceſſa Societati, à Gregorio XIII. ſuffragetur illis in locis, in quibus non adſunt Iudices Synodales? Reſpondit, vbi non adſint Iudices Synodales, priuilegiorum Gregorij XIII. non ſuffragari, quoad hoc, vt Societas non teneatur ex illis eligere Conſeruatores, dummodo tamen in reliquis ſeruetur forma Conſtitutionis Gregorij XV. hac de re edita. Octauò, an Conſeruatores Societatis, Vicarios generales Epiſcoporum, auctoritate Apoſtolica per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas compellere poſsint, virtute Bullæ Gregorij XIII. incipientis: *Æquum reputamus. Datum vltima Februarij* 1573. Reſpondit, poſſe à manifeſtis iniuriis, & violentiis eos compeſcere, etiam cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis. *Dat. Romæ die 16. Aprilis* 1648. Quapropter, vt præmiſſa firmius ſubſiſtant, & inuiolabiliter obſeruentur; Nobis pro parte Ioannis Epiſcopi huiuſmodi, fuit humiliter ſupplicatum, vt illa auctoritate Apoſtolica confirmare, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos



igitur, dicti Ioannis Epiſcopi votis, hac in re annuere, illũmque ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & eundem Ioannem Epiſcopum, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendũ, harum ſerie abſolen. & abſolutũ fore cẽſẽtes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præinſerta reſponſa, ſeu reſolutiones, auctoritate prædicta, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque Apoſtolicæ firmitatis vim, & robur adiicimus, & inuiolabiliter obſeruari mandamus, ſalua tamen ſemper in præmiſsis auctoritate dictæ Congregationis, decernentes ſic, & non aliter in præmiſsis, per quoſcumque Iudices, Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinal. etiam de latere Legatos iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac vniuerſalibus, Prouincialibuſque, & Synodalibus Conciliis, editis generalibus, & ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus; necnon Eccleſiæ Angelopolitan. ac Societatis prædictæ, etiam iuramento, Confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, priuilegiis, quoque indultis, & Litteris Apoſtolicis, eidem Eccleſiæ, & Societati, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam Derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac decretis, etiã irri-

tãribus, etiam motu proprio, ac etiam conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habent, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die 16. Maij 1648. Pontificatus noſtri anno quarto.

M. A. Maraldus.

*In nomine Domini. Amen. Præſens copia extracta fuit è ſuo proprio originali, mihi Notario publico infraſcripto exhibito per Illuſtr. & Reuerend. Ioannem Maganum Procuratorem Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Epiſcopi prædicti eidem exhibenti, in continenti reſtituto, cum quo facta per me eundem Notarium collatione, illam cum dicto originali de verbo ad verbum concordare inueni, ſalua ſemper meliori collatione, & in fidem, &c. Dat. Romæ in officio mei, &c. hac die* 18. *Maij* 1648.

Ego Sebaſtianus Ceſius, *Curiæ Eminent. Card. Vicarij Notarius, de præmiſſis rogatus, præſens inſtrumentum ſubſcripſi, & publicaui requiſitis in fidem, &c.*

Locus † ſigilli.

Nos Martinus, miſeratione diuina tituli S. Petri ad vincula S.R.E. Preſbyter Card. Ginetus nuncupatus, S.D. Papæ, & Almæ Vrbis Vicarius Generalis, Romanæque Curiæ, & eius diſtrictus Iudex Ordin.

Vniuerſis notum fecimus, & atteſtamur, ſupradictum Sebaſtianum Ceſium, de præmiſſis rogatum fuiſſe, & eſſe talem, qualem ſe fecit, eiuſque publicis, ac ſimilibus ſcripturis, ſemper in iudicio, & extra, fuiſſe adhibitam, & de præſenti plenam adhiberi fidem. In quorum omnium, & ſingulorum fidẽ, &c. Dat. Romæ ex Ædibus noſtris his die, menſe, & anno ſuperius dictis.

Pro D. Leonardo de Leonardis.
Leoñides de Iulianis ſubſtitutus.

Locus † ſigilli.

Et primò pulſat animum, quod in ordi- 1
ne prius fuit in dubium deciſum, & declaratum à Sacra Congregatione, & à Sanctiſſimo D.N.P. Innocentio X. in forma Breuis approbatum, & ſuo diplomate conceſſum.
Et ſupponendum eſt pro vero intellectu; 2
perſonas Regulares eſſe exemptas à Iuriſdictione Ordinariorum, ab eiſque, nec puniri, nec eorum cauſas cognoſci poſſe, latè tradunt Bordonus *reſol. variar. reſol.* 7. *num.* 1. *cum pluribus ſequent. tom.* 1. Ceſpedes *in tract. de exempt. Regul. cap.* 24. *dubio* 391. & alij plures per ipſos relati, & probatur in cap. *Nimis, in qua*, & cap. *Nimis praua, de exceſſibus Prælatorum*, éſtque concors omnium Doctorum ſententia.

Verùm eo non obſtante, diximus iam 3
*ſupra in* 1. *p. clauſ.* 4. *n.* 3. *& clauſ.* 10. *n.* 17.
non poſſe Regulares vti Conſeruatoribus
Iudicibus, niſi quando eis fit notoria iniu-
ria, & manifeſta violentia; At in caſibus 4
permiſſis, & claris, in quibus contra eos Ordinarij procedere poſſunt, nullam illis violentiam, aut iniuriam irrogari fatendum eſt, vt tradunt communiter Doctores *in cap.* 1. *de officio delegati, in* 6. per eum textum *in fine*, & probant Cancer. *tom.* 3. *variar. reſol. cap.* 10. *n.* 80. Gutierrez *tom.* 3. *pract. q.* 9. *num.* 9. *&* 11. *cum ſequent.* & alij plures. Ergo licèt alias Regulares ſint exempti, non poterunt recurrere ad Conſeruatores, ſi non conſtet de iniuria, & violentia.

Quæ conſiderari non poſſunt, quando 5
Epiſcopus præcipit aliquid obſeruari in vim decretorum Concilij Tridentini, ſi in eo concedatur, procedere poſſe, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum, de quo videndus eſt Barboſa plura referens *in Paſt. allegat.* 92. vbi congerit caſus, in quibus de iure communi, & Concilio Tridentino, datur Epiſcopis facultas, vt procedere valeãt,
tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, & in 6
illis non poterunt exempti vti Conſeruatoribus, v.g. in Regularibus, manentibus extra clauſtra, qui aliquod commiſerunt delictum, punitione dignum, tunc enim poterit Ordinarius contra illos procedere, punire, & corrigere, non obſtantibus, quibuſcumque priuilegiis, eximentibus illos, ab Ordinariorum iuriſdictione, vt expreſsè deciditur in Tridentino *ſeſſ.* 6. *cap.* 3. *de reformatione*, ibi: *Eccleſiarum Prælati, ad corrigendum ſubditorum exceſſus, prudenter ac diligenter intendant: Et nemo Sæcularis Clericus, vel cuiuſuis Ordinis Regularis extra Monaſterium degens, etiam ſui Ordinis priuilegij prætextu tutus cenſeatur, quominus ſi deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato, ſecundum Canonicas Sanctiones viſitari, puniri, & corrigi valeat*, &c. & aduertunt Cochier *in tract. de iuriſdict. Ord. in exempt. tom.* 1. *p.* 2. *q.* 45. *n.* 128. Bordonus *in ſuis variis reſol. & conſil. reſol.* 9. *num.* 53. *tom.* 1. vbi refert duodecim caſus, in quibus Regulares degentes extra clauſtra, poſſunt ab Epiſcopo puniri, Pellizz. *in manuali Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *ſect.* 1. *n.* 8.



7 Idemque dicendum eſt, vt poſſint Epiſcopi, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati compellere Regulares; vt Lectionem Sacræ Scripturæ in ſuis Monaſteriis habeant, ſi id commodè fieri poteſt, vt patet ex ipſomet Tridentino *ſeſſ.* 5. *cap.* 1. *de reformat.* ibi: *In Monaſteriis quoque Monachorum, vbi commodè fieri queat, etiam Lectio Sacræ Scripturæ habeatur: Qua in re ſi Abbates negligentes fuerint, Epiſcopi locorum in hoc, vt Sedis Apoſtolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellant*, &c. de quo egi
8 *in meo Foro conſcientiæ*, ſiue *Paſtorali interno, p.* 3. *vot.* 11. *num.* 31. quæ quidem diſpoſitiones in aliis pluribus caſibus, etiam habent locum ex ipſo Tridentino, vt patet ex traditis à Tamburino *de iure Abbatum, to.* 3. *diſp.* 5. *q.* 11. *vbi à num.* 45. *vſque ad* 88. refert triginta & nouem caſus, in quibus in vim Tridentini Regulares ſubiiciuntur Epiſcopis, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis, & poſtea *num.* 70. *vſque ad* 117. enumerat alios, in quibus Ordinarij poſſunt etiam procedere contra exemptos, & Cochier *in tract. de iuriſdict. ordin. in exemptos, to* 1. *part.* 2. *q.* 45. congerit centum decem, & ſeptem, & *in tom.* 2. *p.* 2. *q.* 102. agit etiam de eadem materia, & ad idem videndus eſt Quaranta in Bullar. *verbo exemptio*, qui etiam refert triginta duos caſus, permiſſos Epiſcopis exercere in exemptos, quibus iunge Pellizzarium *in manuali Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *c.* 6. *ſect.* 1. *n.* 14. *& ſeqq. à n.* 46. *& ſeq.* ſed quia longum eſſet ſpecificè omnes hîc referre, conſultò Lectorem remitto ad Tamburinum in loco citato, vbi plures Doctores allegat, & latè de quolibet articulo agit, ſicut Cochier, & alij proximè allegati.

Sed difficultas inſurgit, vtrùm ſi Epiſco- 9
pi procedant contra Regulares in prædictis caſibus, poſſint iſti recurrere ad Conſeruatores, & dicendum eſt, non poſſe, donec prius notoriè, & manifeſtè conſtet ipſis Conſeruatoribus de iniuria, & violentia, vt latè probauimus ſuprà *par.* 1. *clauſ.* 4. *num.* 3. *& clauſ.* 10. *num.* 16. *cum ſequent.* ſed quando procedunt Epiſcopi, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati in vim Decretorum Concilij Tridentini, Conſeruatoriæ nihil operantur, vt deciditur *in cap.* 8. *ſeſſ.* 21. *de reformat.* ibi: *Ab Epiſcopis etiam tan-*
*quam Sedis Apoſtolicæ delegatis, annis ſingu-* 10
*lis viſitentur, curentque iidem Epiſcopi congruentibus remediis, etiam per ſequeſtrationem fructuum, vt quæ renouatione indigent, aut reſtauratione, reficiantur, & curæ animarum, ſi qua illis, vel eorum annexis immineat, aliaque debita obſequia, rectè exerceantur, appellationibus, quibuſcumque priuilegiis, conſuetudinibus, etiam immemorabili tempore præſcriptis, Cõſeruatoriis Iudicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obſtantibus*, &c. Ergo in prædictis caſibus, ex mente Tridentini conſeruatoriæ operare non poterunt.

Et exinde declarauit Sacra Congrega- 11
tio, quod ſi Conſeruatores impediant Epiſcopo, incumbenti viſitationi, & correctioni exemptorum, vigore facultatis, ſibi, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato à Concilio tributæ, poſſe ipſum contra illos procedere, teſte Armendarez *lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis, n.* 75. quem refert Barboſ. *in collect. ad d. cap. Trident. num.* 18. *verſ. Epiſcopus incumbens, in impreſſis de anno* 1642. & *in Paſtorali allegat.* 72. *numero* 15. *&* 23.

Ex eodem motiuo, ſi Epiſcopus vellet 12
viſitare Regularium Monaſteria, in caſibus in quibus ei eſt permiſſum, ſi dum id exequi vult, fores claudantur, vel aliàs reſiſtentia fiat, licebit Epiſcopo, vim inferre, eaſque frangere, vt cum Innocentio tradit Tuſcus *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 1. *& ſequent.* quos ſequitur Campanil. *in diuerſ. iuris canon. rubric.* 12. *cap.* 13. *num.* 53. vbi reſoluit, in tali caſu, poſſe Epiſcopum excommunicare impedientes viſitationem, non adhibitis monitionibus ex eo, quod cum Epiſcopus in viſitatione procedat, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, ad metas illius, Regulares, & alij exempti ſub-

iecti remanent correctioni, & punitioni Epiſcoporum ex Trident *ſeſſ.25.cap.11.de Regul.& ſeſſ.21. cap.8. de reform.* & probat Bordon.*in ſuis reſol. moral. reſol.7. q.19.n. 69.tom.1.* & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij *in Nebien 7.Febr.*1633.teſte Barboſ.*in Apoſtol. deciſ. collect.*439. *verbo, Iuriſdictio, num.*6. vbi ita ait: *Iuriſdictio in iis, in quibus Epiſcopo tribuitur à iure communi,& Concilio Tridentino, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis, in Regulares, poteſt illos Epiſcopus, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis compellere. Sacra Congregatio Concilij in Nebien.7. Febru* 1633.*quam citat Bonfadin. in Theſauro Eccleſ. deciſ.reſol.*30. *nu.*2.&c. Eamque ſententiam tuentur Marcus Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep.Neapolit. cap.* 18. relatus à Barboſ. *in Paſtor. allegat.74.num.2.* ex quibus non bene contrarium defendit Pellizz. *in manuali Regul. tom.2.tract.8 cap.6.ſect.1.num.86.verſ.quod quamuis Epiſcopus*, vbi cum Ceſpedes *de exemptione Regul.dub.*370. nullam adducit rationem fundamentalem, & ſtantibus prædictis declarationibus, non datur locus dubitationi.

13 Ratio deſumi poteſt ex eo, quia cum Epiſcopi ſint delegati ab ipſo Tridentino, in eo habent fundatam intentionem, & non indigent exhibitione delegationis, ſine qua delegatus procedere non valet, vt cum aliis probat Cephalus *conſ.236.num.4.vol.2.* quem refert, & ſequitur Maſcardus *de probationibus concl.949.num.*1.& patet ex textu in cap. *cum in iure* 31. *de iure delegati*, vbi Barboſa *in eius Collectanea, num.*2. plures refert idem tenentes, quibus iunge Fragoſum *in Regim. Chriſt.Reip.part.1. lib. 4.diſp.10.§.2.num.143.& ſequent.*

14 At in Conſeruatoribus, non ita regulandum eſt, vt patebit ex infra dicendis *q.13.* & tradit Cochier *tom.2.part.2. in tract.de Conſeru. q.*48. nam cum iſti non habeant naturalem iuriſdictionem ex *l. more, ff. de iuriſdict. omnium Iudicum*; ſed ex conceſſione particulari, vt cum Rolando à Valle *conſ.39. num.34. & ſequent.* & Vantio *de nullit. ſentent. ex defect. iuriſdict. Ordin. num.*28.tradit in Iudice delegato ad vnam, vel plures cauſas Maſcardus *in d.concl.949. n.3.& 4.*& diximus *ſupra p.1. clauſ.5. n.42.* Inde eſt, recurri non poſſe ad Conſeruatores in prædictis caſibus, quia conſtare non poteſt, tum quod priuilegia Regularium infringant mandata Epiſcoporum, facta in vim Tridentini, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatorum, tum & etiam, nec de delegatione ad effectum, vt reuocatum cenſeatur, quod Epiſcopis conceditur in Tridentino, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis.

Ex quo ſequitur, quod Epiſcopus in prędictis caſibus non indiget aliqua probatione, nec exhibitione delegationis, cum eam iam habeat in Tridentino, ſecus autem 15
Conſeruatores, qui debent exhibere litte- 16
ras conſeruatorias, ex quibus conſtet, caſum eſſe comprehenſum in eis, nam aſſertioni illorū non eſt credendum, neque ex ea parendum, vt probant Rolandus à Valle *in d. conſil.39.num.22. & ſequent. vol.1.* Maſcardus *vbi ſuprà in d.concl.949.num.4.* & faciunt tradita à Menochio *de præſum-*
*ptionibus lib.2.præſumpt.*16. vbi diſtinguit 17
tres ſpecies, & *num.2. & ſequent.* reſoluit, iuriſdictionem iudicandam eſſe ſecundum ſubiectam materiam, & *num.7.verſ.adferri pariter*, concludit, ex adiunctis verbis iuriſdictionem regulandam eſſe, ponitque exemplum in Pontificem qui delegat Epiſcopo, quando illum nominat, vt procedat, tanquam delegatus, vt in cap. *ad abolendum, de Hæreticis*, & in cap. *per hoc, eodem titulo*, quia tunc auctoritate Pontificis, & non propria cognoſcit; Cum igitur in Tridentino ſit delegata iuriſdictio Epiſcopis in prædictis caſibus; vt recurri poſſit ad Conſeruatores, neceſſaria eſt in eis maior poteſtas; ſed hæc nunquam reperitur in Litteris Conſeruatoriis; ergo recurſus ad eos contra poteſtatem attributam Epiſcopis in Tridentino locum habere non poterit.

Ex quibus concludendum eſt, quod cum 18
Conciliorum decreta, quæ ſecundum Leges, & vt tales inueniuntur ſcripta, inuiolabiliter cuſtodiri debeant, vt deciſum fuit in Concilio Carthaginenſi primo tempore Iulij primi, & approbato à Leone IV. *in c. de libellis, diſtinct.*20. ibi: *Carthaginenſium*, &c. *iſti omnino ſunt, & per quos iudicant Epiſcopi, & per quos ſimul iudicantur Epiſcopi, & Clerici*, &c. ex quo textu conſtat, prædictum Concilium eſſe approbatum, & canonicatum; Canone igitur 14.vt habetur *tom.*1.Cōcilium *in impreſſis Venetiis de anno* 1585.*pag.*674. ita ait: *Reliqua verò, quæ facta, vel dicta ſuperius, comprehenſa ſunt, vel ab aliis Conciliis conſcripta, quæ ſecundum legem inueniuntur, cuſtodire nos oportet. Si quis verò ſtatuta ſupergreſſus corruperit, vel pro nihilo habenda putauerit, ſi laicus eſt, communione: Si Clericus eſt, honore priuetur. Vniuerſi dixerunt placet, placet*, &c. & ideo decreta Conciliaria vim legis habentia, ab omnibus cuſtodienda fore, fatendum eſt.

Vt igitur feliciter, & ad vnguem ab om- 19
nibus obſeruarentur illa Tridentini, fuit in eo Epiſcopis attributa facultas, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, vt diligentius attenderent, quod omnia in dicto Concilio contenta ſollicitè, & neruosè à fidelibus cuſtodiri curarent, vt aliàs proclamauit Concilium Aerelatenſe III. tempore Syluerij Papæ, & Childeberti Regis, *anno Domini* 537.& habetur *tom.2.Conciliorum, pag.*565. vbi canon. 32. ita ait: *Quocirca, hæc quæ inſpirante Deo communi conſenſu placuerunt, ſi quis Antiſtitum viuentium, vel eorum, quos Spiritus Dei voluerit eſſe ſucceſſores, relicta obſeruationis integritate cuſtodire, & implere neglexerit, reum ſe diuinitatis pariter, & fraternitatis iudicio futurum eſſe cognoſcat: Quia canones ſuos, nec ignorare quemquam, nec diſſimulare, (id eſt prætereire) permittitur*, &c. Quapropter ſummopere cauere, & procurare debent Epiſcopi, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, vt omnes qui ei ſubiecti exiſtunt, licèt alias exempti, in his tamen, in quibus non ſunt; adimpleant quidquid ad munera incumbentia exequi tenentur, quod quidem impediri non poterit per Conſeruatores, ſub prætextu, quod talia præcepta infringant ſua priuilegia, donec manifeſtè non conſtet, in ipſis comprehendi, exemptionem, & derogationem facultatis conceſſæ in Tridentino cum omnibus ſuis requiſitis, vt patet ex prima declaratione Sacræ Congregationis, & decreto Sanctiſſimi D.N. Innocentij X. *ſupra* adducta *n.*1. *in principio huius quæſtionis.*

20 Ratio prædictæ reſolutionis deduci poteſt ex eo; quia cum Epiſcopi procedant, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, habent ſuperioritatem, & ampliorem Iuriſdictionem, reſpectu cauſarum delegatarum, quam Ordinarij, vel alij Superiores Iudices, vt expreſsè deciditur in cap. *ſanè* 11. *de offic. & poteſt. Iudicis Delegati*, Cap *ſtuduiſti, de offic. legati*, Cap.*Paſtoralis*, §.1.*de offic.ordin.* latè Bobadilla plures allegans *in ſua politica, lib.2. cap.21.num.*59. Gratian. *tom.1. diſcept. forenſ.cap.*111.*num.*65.vbi cum Cagnolo, & Beroo aſſerit, hanc communem opinionem intelligendam fore non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, ſcilicet reſpectu cauſæ delegato commiſſæ, ſed non vltra, quia extra eam procederet, vt priuatus; & licèt hoc accommodari poſſet Conſeruatoribus, qui etiam procedunt tanquam delegatis, & ſic gaudere dicta prærogatiua, tamen temperandum, & intelligendum eſt, iuxta à nobis tradita *in 1.parte clauſ.* 10. *num.9.& ſequent.* ita vt in exequendis decretis Tridentini non procedant æqua lance cum Epiſcopis, in his quæ exequi iubent, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis.

Enimuerò in talibus caſibus, excellen- 21
tiores iudicandi ſunt Epiſcopi; eorum enim poteſtas, quoad hunc effectum, dependet à diſpoſitione ipſius Concilij Tridentini, quæ inducit ius quoad omnes, & ideo, vt reuocatum cenſeatur, neceſſaria eſt expreſſa illius derogatio in litteris conſeruatoriis, vt latè probaui *in meo Paſtorali interno, part.1 tract.5.quæſt.2.num.*15.& dixi *ſupra in prima parte huius tractatus, clauſ.4. num.*10.maximè ſtantibus clauſula, *Sublata*, & *Decreto irritante*, contentis in omnibus diſpoſitionibus illius, & latè à nobis congeſtis *in dicto meo Paſtorali interno, p.1. tract.4.q.2.n.10. & ſequent. & ſupra in 1.*
*parte clauſ 4.num.11.& ſequent.* ergo quā- 22
do Epiſcopi procedunt, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati in executionem Decretorum Concilij Tridentini, non poterunt Regulares, & alij exempti vti Conſeruatoribus, cum in conceſſionibus, & litteris conſeruatoriis, nulla fiat expreſſa derogatio poteſtatis attributæ Epiſcopis ab eodem Concilio; cum illa clauſula, *Auctoritate noſtra, vel tanquam delegatus à nobis*, & aliis ſimilibus, denotant, vt non iam ſuo nomine, ſed ipſius Pontificis cognoſcant, ex regula textus *in l.1.§.ſi quis ſimpliciter, verſ. cum adiicitur, ff.de verb.obligationibus*, & tradunt Garcias *de beneficiis 5.p.c.7. n.*48. & Barboſ *in Paſtor.allegat.*92 *n.*8.& 10.vbi apud eos videbis.

Vnde colligitur, quod quando Epiſco- 23
pus præcipit aliquid obſeruari in vim Tridentini, non poſſunt exempti recurrere ad Conſeruatorem, ſub dubio quod oriri poterat, an tale præceptum iubeat illis, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus (loquor in caſibus in quibus à iure, & à Tridentino habent Epiſcopi talem facultatem) tunc enim ſemper præſumendum eſt, procedere tanquam Delegatum à Pontifice, vt optimè probant Menochius *de præſumptionibus, lib.2. præſumpt.17. num.5. & ſequent.* Barboſa *in d.alleg.92.num.*3.

Quia quando Concilium tribuit eis tales 24
delegationes, non habet rationem ad iuriſdictionem ordinariam, ſed ad illam nouam excellentiam ipſius rei delegatæ, quæ ope-
ratur, vt ab eius ſententia, vel declaratione, 25
non poſſit appellari ad immediatum Iudicem, ſed ad Superiorem Principem delegantem, Cap.*ſuper quæſtionum, §.porrò, de officio delegati*, Cap *licèt, in corrigendis, de officio Ordinarij*, vbi Gloſſa *verbo, tanquam delegato,*

*delegato*, Noſter doctiſſimus Cenedo *in collect. ad decret. collet.* 557. *num.* 1. *verſ. quamquidem quæſt.* & Scaccia *de appellat. q.* 8. *n.*89. & ad alia plura quæ tradit Barb. *alleg.* 92. *n.* 10. *& ſequent.* ſecus tamen, ſi ſimpliciter eis tribueretur facultas, & iuriſdictio, vt ſeſſ. 24. Cap. 6. de reformat, quia tunc, non cenſetur data poteſtas delegata, ſed de nouo reſtituta, & tunc Epiſcopus procedet non tanquam delegatus, ſed tanquam Ordinarius, vt cum Sanchez *de matrim. lib.*2. *diſp.*40. *num.* 14. *& lib.*8. *diſp.*2. *n.*10. & Suarez *de legibus lib.*6. *cap.* 15. *n.* 1. & Barthol. de Bechis probat Barb. *in d. alleg.*92. *n.*16.

26 Enimuero, quando ſimpliciter committitur Epiſcopo aliqua cauſa, in qua in vim iuris, poterat exercere iuriſdictionem Ordinariam, tunc non dicemus, procedere tanquam delegatum, ſed tanquam Ordinarium, ſecus tamen, ſi addantur verba, *Auctoritate noſtra, vel tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus*, aut alia ſimilia, quia tunc ex mente concedentis, illa iuriſdictio ordinaria mutatur in delegatam, vt colligitur ex dicto cap. licet, in corrigendis de officio Ordinarij, & in hoc ſenſu intelligendus eſt Cenedo *in dicta collect.*157. *n.*1. *circa medium* vbi diſtinguit, quando ſit appellandum à ſententia Epiſcopi, procedentis, vt delegati, an ad Metropolitanam, an verò ad Pontificem, vt ad illum habeat locum, quando ſimpliciter fuit Epiſcopo facta delegatio, ſi vero addantur verba ſuperius relata, vel his ſimilia, tunc erit ad Pontificem; de quo vide Barb. *in Paſtor. p.*3. *allegatione* 73. *n.*35. *& alleg.* 92. *ferè per totã* & de hoc articulo *agemus infra q.*20. *n.*26. *& ſeq.* circa Capitulum ſede vacante an poſſit reuocare licentias Regularibus audiendi ſecularium confeſſiones, quas Epiſcopus anteceſſor conceſſit: ergo quando Epiſcopus procedit tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus, in caſibus in quibus illi Tridentinum expreſſe id concedit, non poterit impediri cognitio per conſeruatotes, cum nullam iniuriam, vel violentiam experiantur exempti, quoad exercicium iuriſdictionis, & ſi reſpectu cauſæ aliquod habeant grauamen, poſſunt recurrere per appellationem ad ſummum Pontificem, tanquam immediatum delegantem, qui tunc cognoſcet, an iuſte, vel iniuſte proceſſerit Epiſcopus; vel ad Metropolitanum in caſu quo ad illum de iure debeat appellari.

27 Præterquam quod, vt Conſeruatoriæ operari poſſent contra Tridentini decreta, neceſſaria erat in priuilegio exemptio expreſſa, & in ſpecie illius derogatio, nec ſufficiebant clauſulæ generales, aliàs illa infringere non poteſt, vt cum Felino Archidiac. & variis Rotæ deuiſionibus probaui *in meo Paſtorali interno p.* 1. *tract.* 4. *q.* 2. *n.* 4. *& ſequent.* ſed Epiſcopi in caſibus, in quibus procedere poſſunt contra Regulares, & exemptos, habent fundatam intentionem in Tridentino, ergo in eis non poterit per Conſeruatores impediri ſub prætextu, quod præceptum infringat ſua priuilegia; Epiſcopi enim ſunt 28 executores decretorum Tridentini, In quo talis exequutio illis eſt attributa, vt patet ex Bulla confirmatoria Pij IV. quæ incipit: *Benedictus Deus*, & habetur in Bullario Cherubini *to.* 2. *in Conſtitutionibus ipſius Pij*, *Conſt.*73. & penes Petrum Matheum *in ſumma Conſtitutionum à Gregorio. IX. vſque ad Sixtum V. editarum in Conſtitutionibus Pij IV. Conſt.*20. *pag.* 459. *& in* §. *mandamus* 3. ita ait. *Mandamus autem in virtute Sancta obedientiæ, & ſub pœnis à ſacris Canonibus conſtitutis, aliiſque grauioribus, etiam priuationis, arbitrio noſtro infligendis, vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & aliis quibuſuis Eccleſiarum Prælatis, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & dignitatis ſint, etiamſi Cardinalatus honore præfulgeant, vt eadem decreta, & ſtatuta in Eccleſiis ſuis, Ciuitatibus, & diæceſibus in iudi cio, & extra iudicium, diligenter obſeruent, & à ſubditis quibuſque ſuis, ad quos quomodolibet pertinent, inuiolabiliter faciant obſeruari, contradictores quoslibet, & contumaces, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, etiam in ipſis decretis contemptas, appellatione poſtpoſitas compeſcendo, inuocato etiam ſi opus fuerit, brachij ſecularis auxilio*, & à quibus iunge quæ dicemus infra q. 10. n. 59. & 29 ſequitur, quod vt Epiſcopis poſſint impediri mandata, in executionem decretorum ipſius Tridentini iuſſa, notoriè, & expreſſe conſtare debet ipſis Conſeruatoribus, in priuilegio exemptiuo, reuocatam eſſe diſpoſitionem conciliarem, & clauſulam, *ſubblata*, & *decretum irritans*, contenta in Tridentino; & inſuper cum ad hoc, vt dicta priuilegia operari valeant contra Iuriſdictionem Epiſcoporum, debeant eis notificari, ſiue inſinuari, vt patebit ex *infra* dicendis *q.* 14. & diximus *ſupra p.* 1. *clauſula* 6. infertur exinde, quod donec non præceſſerit talis notificatio, & notorietas reuocationis; priuilegia non poterunt impedire præcepta Epiſcoporum, cum in eis habeant aſſiſtentiam iuris, quæ obnebulari



lari non poterunt ſub dicto prætextu.

Præcipuè ſtante Bulla, ſeu motu proprio Pij IV. reuocatorio priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, Conſeruatoriarum, Indultorum, Confeſſionalium, Maris Magni, & aliarum quarumcumque ſimilium gratiarum, quibuſcumque locis, & perſonis, conceſſarum, in his, in quibus Statutis, & decretis Sacri Concilij Tridentini contrariantur, vt patet ex Bulla Pij IV. quæ incipit: *In Principis Apoſtolorum, ſub Dat. Romæ apud S Petrum anno Incarnationis Dominicæ* 1565. & habetur in fine Tridentini ante orationem habitam in ſeſſione vltima ipſius Tridentini, & eſt tenoris ſequentis.

*Pius Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

IN Principis Apoſtolorum Sede, meritis licet imparibus, diuina diſpoſitione conſtituti, nihil neque vniuerſali Eccleſiæ curæ, & ſolicitudini noſtræ commiſſæ, ſalubrius, neque iniuncto nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officio decentius præſtare poſſumus, quã quod prouidentiæ noſtræ Oecumenicum Concilium Tridentinum, ſicut noſtris potiſſimùm auſpiciis, ſummaque ſanctorum Patrum concordia, per Dei miſericordiam fœliciter abſolutum fuit, ita per vniuerſos, qui Chriſtiana pietate cenſentur, vbique ſuſcipiatur, & remotis quibuſlibet obſtaculis, ab omnibus æqualiter obſeruetur. Cum itaque in eodem Concilio, quamplura ſalubria, & ad vniuerſalem morum reformationem valde vtilia decreta, atque ſtatuta, maturo, præſentiũ ipſorum examine præcedente, ſint edita, quibus multa, atque diuerſa priuilegia, exemptiones, immunitates, diſpenſationes, facultates, Conſeruatoriæ, Indulta, & vt vocant, Confeſſionalia, & Mare Magnum, & aliæ gratiæ, quæ variis tam Cathedralibus, etiam Metropolitanis, quam Collegiatis Eccleſiis, Monaſteriis, Conuentibus, & aliis Religioſis, etiam Fratrum Mendicantium Domibus, & Ordinibus; Necnon S. Spiritus in Saxia, S. Ioannis Lateranenſis, ac Incurabilium de Vrbe, S. Antonij Viannenſis, & S. Bernardi Turen, aliiſque Hoſpitalibus, Militiis, eorumque Capitulis, & Conuentibus, ac Vniuerſitatibus, etiam Studiorum generalium Collegiis, tam ſæcularibus, quâm Eccleſiaſticis, Confraternitatibus, Societatibus, & tam Principis Apoſtolorum de Vrbe, quã aliis Fabricis S. Cruciatæ, aliiſque piis locis, & operibus, necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, Præpoſitis, & aliis Eccleſiaſticis, tam Sæcularibus, quàm diuerſorum Ordinum, & militiarum Regularibus, ac etiam laicis cuiuſcumque dignitatis, & ſtatus, ac gradus, & excellentiæ, ac etiam Ducali, Regia, & Imperiali dignitate fulgentibus, vtriuſque ſexus perſonis, necnon aliquibus Notariis, & etiam de latere Legatis, atque Nunciis, tam perpetuò, quâm ad tempus, per plures Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, eiuſque Legatos, hactenus, etiam motu proprio, & ex certa ſciéntia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum contemplatione, & intuitu, etiam de Fratrum noſtrorum conſilio, diuerſimodè, variiſque temporibus in genere, vel in ſpecie, ex quauis, etiam honeſta cauſa, & etiam pluries confirmata, & innouata fuerunt, in pleriſque contrariantur. Nos quibus in primis cordi eſt, tam ſancta, & Eccleſiæ Dei ſalubetrima decreta, ſuos, vt pareſt, effectus vbique conſequi, & ab omnibus obedienter obſeruari, priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, Conſeruatoriarum, Indultorum, Confeſſionalium, Maris Magni, & aliarum gratiarum prædictarum, ac quarumcumque Apoſtolicarum, & aliarum litterarum, deſuper confectarum

rum, proceſſuumque decretorum, & aliorum inde ſecutorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & plenè inſertis habentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod eadem omnia, & ſingula priuilegia, exemptiones, immunitates, facultates, diſpenſationes, Conſeruatoriæ, Indulta, Confeſſionalia, Mare Magnum, & aliæ gratiæ, in his omnibus, & ſingulis, in quibus illa, ſtatutis, & decretis Concilij huiuſmodi contrariantur, ipſo iure reuocata, caſſata, & annullata, ac de ipſius Concilij terminis, atque limitibus reducta ſint, & eſſe cenſeantur, nec quicquam aduerſus ipſa decreta, & ſtatuta, quominus vbique, & apud omnes obſeruentur, in aliquo ſuffragare poſſe, ſed ea perinde haberi, & reputari debere, ac ſi nunquam emanaſſent, auctoritate Apoſtolica, ac tenore præſentium declaramus, ac etiam ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes nihilominus, omnia, & ſingula, quæ vigore priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, & diſpenſationum, facultatum, Conſeruatoriarum, Indultorum, Confeſſionalium, & aliarum quarumcumque gratiarum huiuſmodi, poſt id tempus, quo Concilium obligare cepit, facta, & geſta quomodolibet fuerunt, & in poſterum fient, in his, in quibus dicti Concilij decretis aduerſantur, nulla, inualida, & irrita eſſe, & cenſeri, ac nemini, etiam quantumlibet, vt præfertur, qualificato, tam in foro (quod aiunt) fori, quam conſcientiæ, ſuffragari poſſe, & debere. Et ita per quoſcumque locorum Ordinarios, alioſque Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis auctoritate, aliter iudicandi facultate, in vtroque foro, iudicari, & definiri debere, ac quicquid ſecus, à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque cõtrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ declarationis, ſtatuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1565. tertio decimo Kalend. Martij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Cæ. Glorierius.

P. Epiſcopus Narnien.

H. Cumyn.

*Anno à Natiuitate Domini 1565. indictione ſexta, die verò 24. menſis Februarij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, Domini noſtri Pij, diuina prouidentia, Papæ IV. anno ſexto. Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt, in Acie Campi Floræ, & valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, per nos Nicolaum de Matheis, & Camillum Cherubinum SS. D. N. Papæ Curſores.*

Philibertus Phapius, Magiſter Curſorum.

Patet igitur, ex prædicto motu proprio, 31
& ex hucuſque dictis, Epiſcopos teneri, ad executionem decretorum Tridentini, omneſque eſſe adſcriptos, ad illorum complementum; vnde vt id impediri poſſit, ex eo quod Epiſcopi præcipientes aliquid in vim Tridentini contraueniant, priuilegiis conceſſis Regularibus, & aliis exemptis, conſtare debet de requiſitis ſuperius traditis, hoc quidem requirit altiorem indaginem in ipſo actu, non verò indebita obedientia illis, quibus ex ipſo Concilio, & Conſtitutionibus Apoſtolicis tribuitur exequutio,
inque in eis iubetur ab omnibus obſeruari, 32
ſequitur, quod cum hæ diſpoſitiones ſint generales, generaliter intelligi debent, ex traditis à Cardinali Tuſco *tom. 2. littera D, concluſ.* 488. ponderando clauſulam illam Bullæ Pij IV. confirmatoriæ Decretorum Tridentini, ibi: *Illa omnia, & ſingula authoritate Apoſtolica hodie confirmamus, & ab omnibus Chriſti fidelibus ſuſcipienda, ac ſeruanda decreuimus*, &c. & paulò inferiùs: *Mandamus*, &c. *Vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis*, &c. & in altera reuocatoria priuilegiorum eiuſdem Pij IV. proximè relata, ibi: *Nos quibus in primis cordi eſt, tam Sancta & Eccleſiæ Dei ſaluberrima decreta, vt par eſt, effectus vbique conſequi, & ab omnibus obedienter obſeruare*, &c. Quæ clauſulæ, & aliæ quibus vtitur Pius IV. denotant generalitatem, per ea quæ tradit Barboſa *in tract. de dictionib. vſufrequent. diction.* 241. quæ quidem impediri non poterunt ſub prætextu priuilegiorum, ex diſpoſitione textus *in l. in fraudem* 15. §. *finali, ff. de Militari teſtamento*, ibi: *Bonorum poſſeſſionem vltra tempora edicto determinata, nec Militis poſſe agnoſci Papinianus libro quartodecimo quæſtionum, ſcribit: Quia generalis eſt iſta determinatio*, &c. Ex quibus patet, quod donec talis exceptio ritè, & rectè operari non poteſt, impedimentum non habet locum.

33 Maximè, cum tunc Epiſcopi nullam irrogent iniuriam, aut violentiam, nam procedunt iuxta mentem Tridentini, & Apoſtolicarum Conſtitutionum, & ſi aliquod detrimentum prætendant exempti, poſſunt illud effugere iuris ordine ſeruato, cum iuriſdictio Conſeruatorum non habeat locum, niſi in manifeſtis violentiis, & notoriis iniuriis, vt diximus *ſupra numero* 3. & 9. & 27. quæ quidem locum habere non poſſunt, quando Epiſcopi procedunt præcipiendo obſeruari decreta Tridentini, quia tunc id faciunt ad iuris metas, vt diximus *ſuprà num.* 13. & 14. quo ca-
34 ſu, non datur iniuria; generaliter enim tunc dicitur fieri, quando aliquid non iure fit, vt dixit Iuriſconſultus *in l.* 1. *ff. de iniuriis*, & Imperator Iuſtinianus in principio Inſtitutionum eodem titulo: Quare cum in talibus præceptis, Epiſcopi de iure procedant, deficit iniuria, & ideo non datur locus recurſui Conſeruatorum, pro impedien-





dis talibus præceptis, ſed ſeruandum eſſe Iuris ordinem, & dicemus *in quæſtione ſequenti*, ex quibus ita concludendum videtur. Ex mente Sacræ Congregationis, & Sanctiſſim. D. N. Innocentij X. vt patet ex prima declaratione ſuperius tradita *in principio*, quæ eſt tenoris ſequentis: *Congregatio reſpondit, ſi Epiſcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis* IESV, *vt decreta aliqua Concilij Tridentini obſeruent, ac exequantur, in illis caſibus, in quibus per ipſum Concilium, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, Regulares exempti ſubiiciuntur Iuriſdictioni, & correctioni Epiſcopi, minime licere ipſis Regularibus, ob eam cauſam, Conſeruatores eligere*, &c.

---

## QVÆSTIO II.

### An quando Ordinarius procedit iuris ordine ſeruato aduerſus Regulares, in caſibus, in quibus per Concilium Tridentinum, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, ipſi ſubiiciuntur, poſſint Conſeruatores Iudices aſſignare.

SVMMARIVM.

*Exempti non poſſunt recurrere ad Conſeruatores, quando Epiſcopus præcipit eis, vt aliqua Concilij Tridentini Decreta obſeruentur, numero* 1. *&* 4.

*Epiſcopi habent de iure fundatam intentionem quoad exercitium iuriſdictionis, intra limites ſuæ Diœceſis reſpectu quarumcumque perſonarum Eccleſiaſticarum, tam Sæcularium, quàm Regularium, num.* 2. *&* 3. *&* 13. *&* 21. *&* 35.

*Regulares, & alij exempti non poſſunt aſſignare Conſeruatores, quando aliquid illis Epiſcopus præcipit, in quo ei ſubſunt in vim Tridentini, vel Conſtitutionum Apoſtolicarum, aut aliàs, ex iuris diſpoſitione, n.* 4. *&* 6.

*Ordo iuris ſi ſeruatur, nulla partibus irrogatur iniuria, num.* 5.

*Conſeruatores, vt procedere poßint, neceſſe eſt, vt parti recurrenti irrogetur iniuria, ſeu violentia, n.5.*

*Epiſcopi poſſunt procedere contra quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas, etiam Regulares, ſecluſis priuilegiis exemptiuis, & nullo modo poterunt exempti conqueri coram Conſeruatore, ſi Epiſcopi contra eos procedant iuris ordine ſeruatore, num 6.*

*Exceptio firmat regulam in contrarium, n. 7. & 19.*

*Prælatus, & ſubditus Regulares exempti poſſunt ſe ſubiicere Epiſcopo diæceſano in aliquo caſu, ſibi ipſis vtili, num.8.*

*Monaſteria, & Monachi ante ipſis conceſſa priuilegia à Sede Apoſtolica, erant ſubiecti Epiſcopis Diæceſanis, num.9. ſed aliqui contra ſentiunt, licèt non bene, n.10. & ſequent.*

*Regulares ſunt exempti à Iuriſdictione Epiſcoporum in cauſis, quæ intra regulam ſunt, n.4. & 10.34. & 35.*

*Regulares de iure antiquo fuerunt in omnibus, & per omnia, ſubiecti iuriſdictioni Epiſcopi Diæceſani, donec per particularia priuilegia exempti remanſerunt, numerò 11. & 23. & ſequentibus.*

*Verbum, ſeu participium futuri temporis, in ſtatuto, ſeu lege, aut alia diſpoſitione appoſitum eſt canon ferendæ ſententiæ, non verò latæ, n.14.*

*Priuilegium parum, aut nihil operatur in his, quæ ab ipſo iure iam aliquis habet, num.15.*

*Priuatio præſupponit habitum, n.15.*

*Differentia conſtituenda eſt, an quis ſit exemptus in iure, vel de iure, numero 16.*

*Regulares in pluribus caſibus ſunt ſubiecti iuriſdictioni, & punitioni Epiſcoporum, n.17. & 19.*

*Exemptio Regularium non eſt omnimoda, ſed potiùs reſtricta ad ſua priuilegia; Sicque Regulares non ſunt de iure exempti à iuriſdictione Epiſcoporum, licèt aliàs eximantur ex priuilegiis in iure regiſtratis, n.17. & 19. & 22.*

*Dictio*, De, *importat comprehenſionem omnium rerum, ſupra quas cadit. Dictio verò*, In, *excluſionem, & limitationem, n.18.*

*Cùm Iuriſdictio ordinaria Epiſcoporum ſit generalis, & comprehenſiua omnium, iuſtiſſimè datur de iure in Regulares habere fundatam intentionem, ibid.*

*Exemptio Regularium cum ſit limitata ad caſus expreſſos in priuilegiis, vbi non omnibus exemptio tribuitur, non benè abſolutè dici poteſt de iure eſſe exemptos, ſed in iure in caſibus in eo expreßis, ibid.*

*Sententia quorundam virorum refutatur, num.20.*

*Sed verior eligitur, ac ſtabilitur, ibidem.*

*Pluribus Rotæ deciſionibus vallata manet, num.21.*

*Diſpoſitio Concilij Tridentini* ſeſſ.24.cap. 2. *quomodo intelligatur circa Regulares, fauore Ordinariorum, num. 22. Quorundam opinio refellitur, & idem Concilium fuſiùs explicatur, ibid.*

*Monachi exempti, ſi delinquant extra locum exemptum, poſſunt illi ab Ordinariis puniri, non obſtante exemptione, num.24.*

*Abbates in Eccleſiis ſibi ſubiectis habent ius inſtituendi: Monachi autem ibi delinquentes, iudicio Synodi mulctantur, & fœlici mucrone Epiſcopi, Sacerdotum Piacula reſecantur, n.25.*

*Epiſcopi munus eſt, Monachos ad ſanctam conuerſationem promouere Abbates, aliaque officia inſtituere, atque extra Regulam acta corrigere, n.26.*

*Appellare non licet à ſententia lata contra Religioſos Regulares, per viam pænitentiæ correctos, num.27.*

*Viſitatores faciunt corrigi Monachos per Abbatem loci, n.28. & 30.*

*Abbates contra Monachos procedere poſſunt ad correctionem ſecundum inſtituta Regulæ, non autem in forma iuris, n. 29. & 35.*

*Epiſcopo Minor, cauſas criminales non agit, num.30.*

*Iudiciorum ſtrepitum magis expediens eſt coram Epiſcopo exerceri, quam coram Abbate, n.31.*

*Monachi tenentur obedire prius Abbati, in his, quæ concernunt fractionem voti, & regulæ obſeruationem: Secus vbi agitur de cauſis, iuxta iuris ordinem tractandis, quia tunc potius Epiſcopo, quàm Abbati obedire debent, n.22.*

*Delicta Monachorum dupliciter conſiderantur, aut eorum propria, quia contra Regulam, vel vt communia, quia offendunt communem conuerſationem. Primò caſu Abbas contra Monachos procedit. Secundo verò Epiſcopus, num.33.*

*Abbas poteſt excommunicare Monachos reſpectu tantum fori pœnitentialis, non autem contentioſi, n.34.*

*Epiſcopus de iure communi habet fundatam intentionem, priuatiuè, quoad Abbatem, & Priorem, puniendi Monachos Regulares iudicialiter, quando delinquunt extra Regulam, non ſolum per viam accuſationis, ſed etiam quando per viam Inquiſitionis proceditur, numero 35.*

*Monachi Regulares non ab Epiſcopo, ſed ab eorum Abbate corriguntur, & puniuntur, quando delinquunt contra regulam, & aliàs eorum delicta, extra regulam non eſſent delicta, num.36.*



1 HÆc quæſtio maximam habet connexionem cum antecedẽte, in qua diximus, non poſſe exemptos eligere Iudices Conſeruatores, quando Epiſcopus præcipit, vt aliqua Concilij Tridentini decreta ab eis obſeruentur, ſub prætextu, quod talia præcepta infringant ſua priuilegia provt latè deduximus ſuprà.

2 Et ad intellectum dicendorum pro fundamento obſeruandum eſt, Epiſcopos pro exercitio ſuæ Iuriſdictionis habere fundatam intentionem de iure, contra quoſcumque, intra limites ſuæ diœceſis, vt paſſim reperitur in Cap. *cum perſonæ, de priuilegiis, in ſexto*, Cap. *cum Venerabilis, de Religioſis domibus*, Canon. *omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.*7. Clementina 1. *de foro competenti.* Seraphinus *deciſ.* 144. *num.*1. Coccinus *deciſ.* 471. *num.* 1. *&* 2. *& deciſ.* 448. *num.* 1. quæ etiam habetur impreſſa in recentior. *part.* 2. *deciſ.* 243. Romanus *conſil.* 280. *num.* 4. *verſic. habet enim Epiſcopus*, & pluries declarauit Rota *in poſthum.* Farinacius *tom.* 1. *deciſ.* 525. *num.* 1. *& tom.* 2. *deciſ.* 126. & aliis ſæpe, éſtque communis omnium Doctorum ſententia.

3 Quæ quidem locum habent quoad omnes Eccleſiaſticas perſonas, cuiuſcumque ſtatus ſint, ſiue Regulares, ſiue Sæculares, vt expreſsè deciditur in Concilio Aurialenſi ſecundo, tempore Ioannis Papæ II. *anno Domini* 533. & habetur *tom.* 2. *Conciliorum, pag.* 557. *canon.* 21. & etiam reperitur in Decreto in canone *Abbates* 16. *quæſt.* 2. ibi; *Abbates pro humilitate Religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant, & ſi quid extra Regulam fecerint, ab Epiſcopis corrigantur*, &c. & notat ibidem Gloſſa *verbo, in Epiſcoporum*, & tenuit Rota *in poſthum.* Farinacius *tom.* 2. *deciſ.* 313. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſputatio.* 15. *quæſt.* 2.

Quæ generalis doctrina temperanda, 4
& limitanda eſt reſpectu Regularium,
vt non procedat, niſi in cauſis, quæ conſiſtant
extra regulam; nam ſi intra eam
ſint, omnino remanent ſubiecti iudicio,
& correctioni Prælatorum Aegularium,
vt plura referens tradit Lotterius
*de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 21. *num.* 6. vbi
citat pro hac ſententia Monachum, Innocentium,
Bellamer. & Rotam provt
& etiam declarauit Sacra Congregatio *in
vna Neuien.* 7. *Februarij* 1633. quam retulimus
*ſupra in quæſt. antecedenti, numero*
12. *in fine.* Ex quibus infertur, non 5
poſſe Regulares, & alios exemptos recurrere
ad Conſeruatores, quando Epiſcopus
procedit aduersùs eos, in caſibus
in quibus ſubiecti remanent illi, per Tridentinum,
per Conſtitutiones Apoſtolicas,
aut aliàs ex diſpoſitione iuris, & ratio
eſt; quia ſi ordo iuris ſeruatur, nulla
irrogatur iniuria, aut violentia; ex deductis
à nobis in *quæſt. antecedenti, numero*
33. *&* 34. & ea realiter non exiſtente,
non datur locus recurſui ad Conſeruatores,
vt reſolutum reliquimus *ſuprà
in prima parte huius tractatus, clauſula*
4. *num.* 3. *& clauſ.* 10. *num.* 16. *& ſequent.
& in quæſt. antecedent. num.* 9. *&* 27.
*&* 33.

Vnde ſequitur, quod cum Epiſcopi 6
habeant fundatam intentionem de iure,
vt procedere poſſint contra quaſcumque
perſonas Eccleſiaſticas, ſeculares, ſiue
Regulares, degentes intra limites ſuæ
Diœceſis, ſecluſis priuilegiis exemptiuis,
vt diximus ſuprà in principio huius
quæſtionis, nullo modo poterunt exempti
conqueri coram Conſeruatore, ſi
Epiſcopus contra eos procedat iuris ordine
ſeruato, in caſibus, in quibus exercere
poteſt ſuam iuriſdictionem in eis,
cum ſolum exempti remaneant in illis,
vbi priuilegia eos eximunt, per illud vulgare 7
iuris axioma, quod exceptio firmat
regulam in contrarium. *l. nam quod liquidè.
§. final. de penu. legata. l. quæſitum,
§. idem reſpondit, ff. de fundo inſtructo*,
Seraphinus *deciſ.* 459 *numero* 3. *& deciſ.*
718. *numero* 7. *& deciſ.* 1251. *numero*
11. *&* 23. Gratianus *tom.* 3. *diſceptat.
forenſ. cap.* 522. *numero* 33. præcipuè ſi
in tali cauſa, & proceſſu agat tanquam
Sedis Apoſtolicæ delegatus, ex deductis
à nobis ſuprà in *quæſt. antecedente num.*
10. *& ſequent.* & ita declarauit Sacra

Congregatio, & SS. D.N. Innocentius X. *in Breui ſuperius adducto in pr. in 2. declaratione.*

8 Et licet longiùs calamum diuertamus, operæ pretium duxi, doctrinam Ioannis Valerij, & aliorum perquirere, lynceiſque oculis perſpicere; *in ſuo* enim *tractatu de differentia inter vtrumque forum, verbo Regularis differentia 6. §. ſed prædictis, circa medium, verſ. & in primis*, ita ſcribit. *Et in primis aduertendum eſt, non ideo poſſe Prælatum, vel ſubditum exemptum ſe ſubiicere Diœceſano Epiſcopo in aliquo caſu, ſibi ipſi vtili, quia eſt facilis recurſus ad primam naturam, vt quidam dicunt, putantes (ſed fal-*
9 *ſo) ac iure communi omnia Monaſteria, & Monachos, ante conceſſam eis à Sede Apoſtolica, per eorumdem priuilegia, exemptionem; fuiſſe immediate ſubiectos ipſis diœceſianis, & Prælatis cumulatiue, per caput Monaſteria 18. quæſt. 2. quia ſemper fuerunt ſubiecti ſuis Prælatis priuatiue, licet per viam appellationis, vel querelæ, in certis caſibus poterant ad eos recurrere, ſicut faciunt ſubditi Epiſcoporum, quantum ad Archiepiſcopum, &c. Pro quibus eſt bonus textus in cap. Nimis iniqua, & cap Nimis praua, de exceſſibus Prælatorum, Clement. 1. eodem titulo, vbi enumerantur quamplura grauamina, quæ Epiſcopi Diœceſani inferebant Religionis, inter quæ hæc quoque erat, Nimirum, velle eis præficere Prælatos, & illos ſuæ ditioni omnino ſubdere. Quibus nunc præcipitur, & à talibus ſe abſtineant. Ex quo ſatis colligitur, non fuiſſe tunc Religioſos, dictis Epiſcopis diœceſanis immediate ſubiectos.* Hæc Ioannes Valerius.

10 Cui adſtipulatur Ceſpedes *in ſuo tract. de exempt. Regular. capit. 24. dub. 391.* vbi etiam citat Bordonum *in ſuis reſolutionibus*, ſiue *conſiliis Regularibus reſolut.* 7. vbi *numero* 1. ita ſcribit. *Exemptio Regularium ita notiſsima eſt, vt ſit ſuperacuaneum, inquit Portel. verſ. eodem de eo tractare, probando, & loquendo de exemptione à Iuriſdictione Epiſcopi, id manifeſtum eſt, priuilegiis, & in iure communi regiſtratis capite Nimis iniqua, & capite Nimis praua, de exceſibus Prælatorum, Clement. 1. eodem titulo, Clement. 2. de cenſibus, Tridentinum ſeſſ. 25. capite 20. ſuper quod caput vide Barboſam, citantem Rodriguez & alios*, &c.

11 Hæc Ceſpedes. Fundantur Valerius, & Ceſpedes in eo, quia cum in iure reperiantur Regulares exempti, *in d. Capite Nimis iniqua, & capite Nimis praua*, conſequenter erunt de iure communi exempti à lege diœceſana. Sed profecto ſalua pace tantorum, & doctiſſimorum virorum ſuſtineri, nec defendi poteſt eorum ſententia, pro vt ipſi referunt, ſcilicet, ſemper fuiſſe Regulares immediate ſubiectos ſuis Prælatis priuatiuè, hoc enim manifeſte conuincitur; cum olim in Regulares omnibus eſſent ſubiecti iuriſdictioni Epiſcoporum, donec per particularia priuilegia fuerunt exempti, vt ſatis patenter colligitur ex canone, *Monaſteria* 18. *q.* 2. quod etiam habetur *to. 2. Concil. Tridentini pag.* 407. 12
*in impreſſis de anno* 1585. ibi: *Monaſteria, vel Monachorum diſciplina ad eum pertineat Epiſcopum, in cuius ſunt territorio conſtituta*, &c. Quod idem ſtatutum reperitur in Concilio Calcedonenſi *Era.* 488. *anno Domini* 451. & habetur *in dicto to. 2. Conciliorum pag.* 129. *in canon.* 4. incipiente, *qui verè, & purè, pag.* 325. & repetitur etiam in decreto Gratiani *in capit. qui vere, pureque ſolitariam eligunt vitam: digni ſunt conuenienti honore*: & *infra. Eos vero qui per ciuitates ſingulas, ſeu poſſeſſiones in Monaſteriis ſunt; placet nobis, Epiſcopo eſſe ſubiectos*, &c. & notat Trullo *lib.* 4. *cap.* 14. & plures referens, noſter Doctiſſimus Cenedo *in ſuis quæſt. practicis. quæſt.* 26. *numero* 1. *& ſequen.* Late Rodriguez *to* 2. *quæſt. Regul. quæſt.* 63. *articul.* 1. *&* 3. *in principio.* Nauarro *in canone non dicatis, numero* 63. *verſ. adde ſecundo* 12. *quæſt.* 1. Concil. *lib.* 3. *diuerſ. iur. argument. capite* 16. *numero* 1. Barboſ. *in Paſtor. allegat.* 105. *numero* 1. & alij infiniti ab ipſis allegati. Quibus iunge Tambur. *de iure Abbatum to.* 9. *diſput.* 15. *quæſt.* 1. *num.* 11. vbi plura refert.

Ex qua doctrina inferunt, & teſtan- 13
tur communiter Doctores, quod Epiſcopi de iure communi habent fundatam intentionem, tam in ciuilibus, quam in criminalibus contra Abbates, & Regulares, vt tradunt communiter Doctores *in capite quanto, de officio Ordinarij*, & probant Gonzalez *ſuper Regulam.* 8. *gloſſ.* 23. *numero* 24. Campanil *in diuerſ. iure canon. Rubri.* 12. *cap.* 23. *num.* 1. & alij plures penes Cenedo, vbi proximè, & Barboſ. *in dict. allegat.* 105. *n.* 3. licet hodie ſecus ſit, attentis priuilegiis exemptiuis, vt diximus *ſupra in quæſt. antecedenti num.* 2.

14 Ex quibus patet, non bene Ioannem Valerium, & Ceſpedes dixiſſe, Regulares ſemper de iure fuiſſe ſubiectos ſuis Prælatis priuatiue; immo ex ſuomet fundamento conuincuntur, fundantur enim in eo, quia in iure reperitur exemptio in d. cap. *Nimis iniqua*, & in dict. cap. *Nimis praua, de exceßibus Prælatorum*, vbi præter grauamina, quæ Ordinarij inferebant Regularibus, iubet Gregorius IX. *in vtroq. textu. in fine*, vt à prædictis grauaminibus deſiſtant, quod ocioſum videretur, id de nouo ſtatuere, ſi iam ex iuris diſpoſitione, (hoc eſt,) de ipſo iure, exempti forent; Quod autem de nouo eis illis concedat, patet, nam vtitur illo verbo *deſiſtatis*, quod eſt futuri temporis, & inducit, quod non eſt ſtatutum ipſo iure, ſed quod per ſententiam fieri debet; vt dixit gloſſa *in cap. quiſquis* 48. *verbo, fiat, de electione* per hæc verba. *Pro hoc, quod dicit*, fiat, (quod futuri temporis eſt) *videtur, quod non ipſo iure, ſed per ſententiam debeat ſuſpendi*, &c. & infinitas gloſſas, & Doctores, idem ad propoſitum probantes cumulat, more ſolito, diligentiſſimus Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo reuertatur. C. de reuocandis donationibus*, vbi ita ait, *Verbum autem, & parcicipium futuri temporis, eſt canon ferendæ ſententiæ, non latæ*, &c. ergo in præſenti, cum Gregorius deſiſtere iubeat, per verbum futuri temporis, inducit ius futurum, quod non habebant.

15 Præterquam, quod, ſi illud de iure haberent, fruſtra tot priuilegia eximentia concederentur, nam priuatio præſupponit habitum. *l. decem.* 117. *ff. de verb. obligationibus, & demonſtrationibus, cap. ad diſſoluendum, de diſpenſatione impuberum.* Cardin. Tuſcus *to.* 6. *lit. P. concl.* 715. Præcipuè *n.* 4. Moneta *in tract. de decim. cap.* 9. *q.* 2. *n.* 18. ergo fatendum eſt, dici non poſſe, ſemper fuiſſe Regulares immediate ſubiectos ſuis Prælatis.

16 Præterea non rectè ſupponunt dicti Auctores, non ſolum de iure antiquo verùm, nec adhuc hodie de iure eſſe exemptos, longè enim diſtat aliquem eſſe exemptum de iure, vel eſſe exemptum in iure. Primo enim in caſu, requiritur, quod talis exemptio ſit omnimoda, & quod ſine aliqua exceptione de iure admittatur, & videmus in Epiſcopo, qui ſecluſis particularibus exemptionibus, vel priuilegiis, habent fundatam intentionem de iure, quod totalem iuriſdictionem ordinariam indiſtincte, quoad omnes, vt probauimus *ſupra in hac q. n.* 2. *&* 3. & in iure multoties repetitũ videmus, Epiſcopos de iure communi habere fundatam intentionem quoad omnimodam iuriſdictionem, vt in cap. *omnes Baſilicæ.* 16. *quæſt.* 7. cap. *cum perſonæ §. ſi verò, de priuil. in* 6. cap. *cum contingat, de foro competent.* cap. 1. *de offic. ordin.* & aliàs ſæpe.

At verò exemptio Regularium non eſt 17
omnimoda, ſed potius reſtricta ad ſua priuilegia, immò potius eis exiſtentibus, in infinitis caſibus reperiuntur ſubiecti iuriſdictioni, & punitioni Epiſcoporum, vt diximus *ſupra in quæſt. antecedenti num.* 8. quapropter, licet dici poſſit, illos eſſe exemptos *in* pluribus caſibus expreſſis in iure, vt in d. cap. *Nimis iniqua*, & in d. cap. *Nimis praua*, & iuxta metas, & & limites ſuorum priuilegiorum. Non verò eſſe exemptos de iure, quæ longe diſtant inter ſe.

Nam propoſitio, *de*, importat compre- 18
henſionem omnium rerum, ſupra quas cadit, illa vero, *in*, excluſionem, & limitationem, vt aduertit cum Calderino, Geminiano, & Oldrado, Barboſa *in tract. de dictionibus vſu frequentibus, dictione.* 152. *numero* 22. & ideo cum iuriſdictio ordinaria Epiſcoporum ſit generalis, & comprehenſiua omnium, iuſtiſſime datur de iure in eos habere fundatam intentionem, at verò cum exemptio Regularium ſit limitata ad caſus expreſſos in priuilegiis, vbi non omnimoda exemptio tribuitur, nec in ipſo iure in cap. *Nimis praua*, & cap. *Nimis iniqua*, non bene abſolute dici poteſt, de iure eſſe exemptos, ſed in iure, in caſibus in eo expreſſis, & in ſuis particularibus priuilegiis, per regulam ſuperius traditam *n.* 7. quod caſus exceptus format regulam in contrarium. Rota *diuerſorum, p.* 2 *deciſ.* 145. *n.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 207. *n.* 3. & in terminis noſtris idem declarauit apud Coccinum in eius impreſſis, *deciſ.* 157. & etiam habetur in recentior. *p.* 1. *deciſ.* 69. *n.* 4. cuius verba, quia ſunt deciſiua, referam, quæ talia ſunt. *Et hoc etiam euidentiſsime apparet, cum Monachi eximantur à iuriſdictione Domini Archiepiſcopi quo ad regularia inſtituta tantum, quæ exceptio firmat regulam, in omnibus caſibus, non exceptuatis, Bartholus in l. quæſitum. §. denique. ff. de fundo inſtructo, & præſcribit, quod ad alia non expreſſa exemptio extendi nequeat l. qui in aliena, §. libertus. ff. de negotiis geſtis*, &c.

20 Ex quibus concludendum videtur, non bene illos doctiſſios viros aſſeruiſſe, ſemper Regulares fuiſſe de iure communi ſubiectos immediatè ſuis Prælaris; Immo Bordonus quē allegat Ceſpedes pro ſe, ponderari poteſt pro noſtra ſentetia, nam *in d. reſolut.* 7, ita ait. *Et loquendo de exemptione à iuriſdictione Epiſcopi, id manifeſtum eſt, priuilegiis & in iure communi regiſtratis*, &c. vnde ergo ex his verbis infert Ceſpedes, Bordonum abſolute affirmaſſe, iam competere Regularibus exemptionem de iure communi, cùm potius dicat, hoc illis eſſe conceſſum ex priuilegiis in iure regiſtratis in dicto Cap. *Nimis praua*, quod, & nos fatemur, negamus tamen, id fuiſſe, & eſſe de iure communi, quod longe diſtat.

21 Et cum prædicta ſententia, ſit tam aliena, & extranea à vero intellectu Iuriſtarum, licet ſequuta ab illis ſapientiſſimis viris, quos vt Magiſtros magnopere veneror, coactus fui illam confutare, & noſtram longius extendere, quæ præter prædicta, remanet munita, & vallata pluribus Rotæ deciſionibus, quæ fortiter, viriliterque eam eneruant, & vt oculis legentium patefiant, operæpretium duxi eas hic de verbo ad verbum annectere. Prima in vna Auguſtin. Iuriſdictionis 27. *Maÿ* 1573. coram Robuſterio, & habetur *p.* 1. *diuerſor. deciſ.* 78. quæ ita ait.

22 Fuit reſolutum, eſſe regulam pro R. D. Epiſcopo, prout alias del. 1559. in vna Peruſin. coram bon. Fantucio, & alia Carauguſtan. coram bonæ me. Grato, conſtituta fuit, quod tam in criminalibus, quam in ciuilibus, de iure communi Epiſcopus habet contra Abbates, intentionem fundatam, & iuriſdictionem, & correctionem in Regulares, de quibus in puncto Innocen Hoſtien. Ioan. Andr. Henric. Boich. Ægidius, Butrius, & Ancharr. *in cap. quam, de offic. Ordinar.* Capella Tholoſana *deciſ.* 308. cum aliis per informantes Epiſcopi allegatis, & addebant Domini, Guido Pap. *dèciſ.* 559. & Bertach. firmant. *in tract. de Epiſcop. lib.* 4. *q* 6. *p.* 2. *n.* 80. & Soccin. *de viſitat. n.* 16. *verſ. Primò igitur quæro*, Decium *in Cap. tua nobis in* 4. *notabili, de confirmatione vtili vel inutili*, qui reſpondent exácte, & accurate iuribus, rationibus, & auctoritatibus in contrarium allegatis, & ex illis apparet, quod iſta eſt communis, & vera opinio, pro vt firmarunt Domini, regulàriter loquendo.

Non obſtat textus *in cap.* 1. *de priuil. lib* 6. quia ille textus fauet Ordinariis, & ſolum tollit priuilegia, & exemptiones, & remedia contra ius commune, vt per Imol. in Clement. *ne in agro, colum. antepenul. in principio verſ. prædictis tamen non obſtantibus, de ſtatu Monach.* Non obſtat Abbas *in Cap. ſi quis contra, & in cap. cum contingat, de foro competenti.* Quoniam illius opinio eſt contra communem, & veram opinionem, regulariter loquendo, vt patet ex ſupra allegatis. Neque iſtis obſtat regula, quæ eſt præcipuum eius fundamentum, vt ex infra dicendis apparebit; Non obſtat, quod Romanus *in concil.* 375. atteſtatur de communi in contrarium, quia ſi Romanus bene legitur, atteſtatur de communi in fauorem Epiſcopi, quando agitur de depoſitione: ſed realiter loquendo, non dicit aliquid de communi opinione, & ſi aliud ſenſiſſet, apparet ex allegatis, quod fuiſſet deceptus. Non obſtant decreta Concilij Tridentini, quia immo regulariter fauent Epiſcopis, & quatenus *ſeſſ.* 24. *cap.* 11. excipiuntur Regulares, qui intra ſepta Monaſterij, & ſub obedientia degunt, & iſti, de quibus in puncto, vt informantes Domini Præpoſiti deducunt, vt Ioannes Andreas, & alij, dicuntur eſſe in eodem Monaſterio, & in eadem obedientia.

23 Tamen reſpondebant, quod diſpoſitio huiuſmodi intendit etiam facere Ordinariis, & in eorum fauorem, reuocare priuilegium, & exemptiones, niſi quo ad Regulares, qui viuunt ſub obedientiam, & intra ſepta, quo ad quos tantum, non intendit tollere priuilegia, & exemptiones, ſed Rota intelligit, in hac diſpoſitione conſtituere Regulas iuxta terminos iuris communis, ſemotis exemptionibus, & priuilegiis. Et iuxta hanc regulam Domini pariter conſtituerunt fallentiam in fauorem Præpoſiti, & in pertinentibus, & concernentibus regulam, & regularem diſciplinam; Præpoſitus in his, de quibus in puncto; habeat fundatam intentionem, & iuriſdictionem, ac correctionem priuatiue ad Epiſcopum, & eiſdem allegationibus, de quibus ſupra, & hic per infirmantes Domini Præpoſiti.

Addebant etiam Domini, quo ad hanc fallentiam not per gloſ. Anchar. & alios *c. in fin. de elect. in* 6. non obſtat. text. *in c.* 1. *de priuil. in* 6. Quia dicebant Domini, *vt ſupra*, quod Concilium Lugdunenſe, ibi intendit remouere remedia, iſtis religioſis competentia contra iuris diſpoſitionem, vt per Imol *vbi ſupra*, ſed in his, quæ concernunt regulam, & regularem diſciplinam, de iure iſti Abbates, & Præpoſiti habent priuatiuè fundatam intentionem contra Epiſcopum. Et in iſtis terminis loquuntur plura iura per informantes D. Præpoſiti adducta, & allegata per Abbates *in d. cap. ſiquis contra, & in d. cap. cum contingat.* Non obſtant decreta Concilij Trident. Quoniam dicebant, quod intendunt tollere exemptiones, & alia remedia contra ius commune, ſed non ea, quæ competunt de iure communi, pro vt ea, quæ concernunt regulam, & regularem diſciplinam. Propterea in iſtis, qui viuunt ſub obedientia, & intra ſepta Monaſterij. Conc. nihil innouat, vt in *d. Cap.* 11. *ſeſſ.* 25. Placebant etiam reſponſiones informantium ad ſingula exempla, de quibus in puncto. An autem huiuſmodi Regula, & fallentia recipiat aliquas ampliationes, & limitationes in ſpecie caſus de quo agitur; Dixerunt Domini, pendere ex facto, quo plene explicato, dabunt ſuas reſolutiones, & ſecunda deciſio in alia, Cæſar auguſtana exemptionis 13. *Nouembris* 1587. coram Orano, & habetur impreſſa in Recentioribus *p.* 1. *deciſ.* 15. prout ſequitur.



24 Quemadmodum hanc ſententiam, tanquam communiorem, & apud Doctores magis receptam Domini aliàs amplexi ſunt, quæ vult, quod in criminalibus, quando in figura Iudicij proceditur Dominus Archiepiſcopus in Regulares priuatiue ad Abbatem, vel Priorem fundátam habet intentionem; ita enim hodie ſuper illius veritate particulari, propoſito dubio, eam tanquam veriſſimam, concorditer multis moti iuribus, & rationibus ſunt ſequuti.

25 Primò, quod indubitatum ſit, Epiſco- in tota ſua diœceſi ſuper omnimoda iuriſdictione, tam contra Regulares, quam ſeculares, de iure fundare intentionem ſuam, per textum *in Cap. cum perſonæ, de priuilegiis in* 6. *cap. cum contingat*, & *vbi* Doctores *de for. competent. Cap.* 1. *de Officio ordinarior. cap. omnes Baſilicæ* 16. *q.* 7. Firm. *de Epiſcopo. in* 4. *lib. p.* 2. *q.* 35. *n.* 80. Decius *in cap. ſua nobis.* 4. *notabili de confirmatione vtili, vel inutili.*

26 Secundò, ratione textus *in cap.* 1. *de priuilegiis in* 6. qui habet, quod vbi Monachi exempti delinquunt extra locum exemptum, poſſunt ab Ordinariis, non obſtante exemptione, caſtigari; ergo ſi non fuerint exempti, poſſunt, etiam ſi delinquant, in loco exempto puniri.

27 Tertiò ex diſpoſitione *Cap.* 16. *q.* 2. vbi Abbates ius habent in Eccleſiis ſibi ſubiectis inſtituendi, ſed ſi Monachi ibi delinquant, iudicio Synodi mulctantur, & felici mucrone Epiſcopi Sacerdotum piacula reſecantur.

28 Quartò, doctrina textus *c.* 1. 18. *q.* 2. vbi ad officium Epiſcopi ſpectat, Monachos ad conuerſationem ſanctam promouere, Abbates, aliáque officia inſtituere, atque extra regulam acta corrigere; Hinc enim arguere licet, in delictis contra regulam commiſſis, Abbates cognoſcere; aliorum verò extra regulam perpetratorum, quando ordine iuris ſeruato proceditur, cognitionem, & adnimaduerſionem Epiſcopis reſeruatam eſſe.

29 Quintò, quia huic diſtinctioni conſentit text. *in cap. reprehenſibilis, iuncto c. ad noſtram, de appellat.* in quibus habetur, quod Epiſcopus iudicialiter procedere debet, ad prolationem ſententiæ excommunicationis, monitione præmiſſa, & quod eo caſu condemnato; remedio appellationis ſubueniatur: ſed Quando de Religioni correctione contra Regularem Prælati ſui, & Capituli diſciplinam agitur, non licet appellare: & ratio eſt, quia tunc non proceditur ſecundum iuris ordinem, ſed per viam pœnitentiæ corrigendo gloſſ. *d. c. ad noſtram, in verbo, Minus.*

30 Sextò, quod eadem confirm. *c. fin. de ſtat. Monach.* vbi præcipitur viſitatoribus, vt Monachos delinquentes per loci Abbatam corrigi faciant, eiſque iuxta Beat. Benedicti regulam, & Apoſtolica inſtituta, pœnitentiam ſalutarem iniungant: Hinc enim colligitur, Abbates tantummodo contra Monachos procedere ad correctionem, ſecundum Regulæ inſtituta, non autem in forma iuris, quia aliàs ſi in figura iudicij liceret illis procedere; Papa mandaſſet viſitatoribus, vt curarēt, Monachos delinquentes puniri ab Abbatibus iuxta formam iuris. Quare etiamſi text. addat (& Apoſtolica inſtituta:) ex hoc intelligi debet, quoad Apoſtolica inſtituta, diſponentia ſuper regula, & ſuper modo correctionis, & pœnitentiæ iniungendæ, non autem, quod abſolute concedat Abbati iuriſdictionem procedendi ordinariè, ſecundum formam iuris.

31 Quibus accedit ratio deducta per Inn. *in c. quanto n.* 2. *de offi. ord.* quod cum Superior confirmauerit regulam, cenſetur Abbati dediſſe facultatem fauendi ea, quæ in regula continentur, ſi autem in iudicio eſt procedendum criminaliter ſub Epiſcopo, fieri debet, quia minor Epiſcopo, cauſas criminales non agit.

32 Addebant etiam aliqui ex Dominis, expediens magis eſſe Iudiciorum ſtrepitum coram Epiſcopo exerceri, quàm coram Abbate, iuxta *c. reg.* 34. *n.* 35.

33 Præterea conſideratum fuit, quod Monachi

nachi tenentur potius obedire Abbati, quàm Epiſcopo, in his quæ concernunt fractionem voti, vel abſtinentiæ, vel in ſilentiæ retinendo, & obſeruatione Regulæ, ſed vbi agitur de cura animarum, ab Epiſcopo ſuſcepta, vel de cauſis, iuxta ordinem iuris tractandis: Tunc potius Epiſcopo, quam Abbati obſequium ab eis debetur. Ita diſtinguit Card. *in Clem.* 1. §. *quia vero.q.8.n.3. de ſtat. Monach.* Brix. *in verb. Monachus. verſ. an Monachus debeat obedire.*

34 Nec præmiſſis viſa ſunt repugnare, iura in contrarium adducta, & primo caput *nullam* 17. *q.*2. dum inquit, quod tota poteſtas ad Abbatem pertinet, quia non propterea excludit Epiſcopum, ſed Monachos, vt ibi aduertit gloſſ. in verbo tota, ſimiliter textus in Cap. Abbates, eadem quæſtione, & cauſa, loquitur de obedientia, quæ nihil commune habet cum iuriſdictione circa delictorum punitionem, & dum ſubiicit, quod reus erit ille Abbas, qui non regulariter animaduertit, nihil obſtat, quia ſi regulariter, hoc eſt, ſecundum regulam, debet corrigere; ſupponitur, quod delictum ſit de his, quæ regulam continent.

35 Ad reliqua patet reſponſio *ex conſ. Ægid.* 5. & hic informantes pro D. Archiepiſcopo adductis. Nam delicta, vel conſiderari poſſunt, vt propria Monachorum, quia contra Regulam, vel vt communia, quia ſcilicet offendunt etiam communem conuerſationem, *argumento. L. Militum, de re milit.* In delictis igitur pertinentibus ad regulam, & inſtituta regularia immediatus eſt Iudex Prælatus Regularis, & ita procedunt allegata iura pro Capitulo Pilari. In reliquis vero communibus, non poteſt prohiberi Epiſcopus, quin ſeruato iuris ordine in delinquentes Regulares ad vindictam, pœna iuris ordinaria animaduertat *Cap.* 1. *cap. Monaſteria* 18. *quæſt.* 2.

36 Nec refragatur, quod Abbas poſſit excommunicare, cap. *cum ab Eccleſiarum, de offic. ordin. cap. cum ex Eccleſiis, de maior. & obedi.* cum ſimilibus. Excommunicatio autem ſit fori contentioſi, Abb. *in cap. cum contingat. n.* 30. *de foro compet.* Quia non propterea ſequitur, Abbatem contentioſam iuriſdictionem in criminalibus exercere poſſe. Hoſtien. *in cap. tranſmiſſam, prope finem, verſ. & hoc quod confirmatur, de elect.* Nam & curatus poteſt excommunicare, & etiam iuriſdictionem contentioſam non exercet. Itaque hoc fit, reſpectu tantum fori Pœnitentialis, ſicut etiam faciunt cæteri Prælati inferiores, Butr. *in d. cap. cum contingat. n.* 13. *verſ. quidam ſunt habentes*, Abbas. *n.* 29. *verſ. quarta concluſio.* Reſeruarunt tamen Domini videndum: An hæc iuriſdictio, Epiſcopo priuatiue ad Abbatem competens, procedat quando, per viam inquiſitionis proceditur, &c.

Tertia, deciſio in eadem cauſa Cæſaraugustana. 28. *Martij* 1588. coram eodem Orano, & habetur in eiſdem Recentioribus *q.* 3. *deciſ.*17. *tenoris ſequentis.*

Reſolutum fuit, D. Archiepiſcopum de 37
iure communi in Regulares, priuatiue ad Abbatem vel Priorem fundatam habere intentionem, non modo quando iudicialiter extra regulam, in delictis per viam accuſationis, ſed etiam quando per viam impoſitionis ad effectum publicæ vindictæ proceditur. Iura enim indiſtinctè poteſtatem corrigendi Monachos, etiam extra regulam delinquentes D. Epiſcopo Tribuunt, cap. *de perſona.* 11. *q.* 1. cap. 1. *qui verè in princ.* 16. *quæſt.* 1. cap. *Abbas*, cap. *Monaſteria, el primo*, cap. *cognouimus.* 18. *q.*2. Ægid. *conſ.* 5.*n.*32. Marian. *in cap. qualiter & quando n.*34. *de accuſat.* & in vtroq. caſu eadem militat ratio. Aliàs in præſenti cauſa conſiderata, in contrarium allegata repugnant, quia loquuntur, aut quando verſamus in delictis, contra regulam commiſſis, eaque alias extra Regulam non eſſent delicta, vt puta Regularis contra Regulæ inſtitutum comedat 38
carnes, non præſtet, & ſimilia commitat.

Nam in his, nemo dubitabit, iuriſdictionem Abbati, aut Priori priuatiuè ad Epiſcopum competere perdeducta aliàs coram Reuerend. D. Oriol. in illa Auguſtana iuriſdictionis. Aut etiam quando delicta continent duplicem deformitatem, videlicet, quia offendant communem conuerſationem, & regularem diſciplinam, qualia ſunt furtum, adulterium, & alia, quæ contraria ſunt præcepto Dei, & eorum voto; in his ſiquidem cognitio, etiam per inquiſitionem, pertinet ad Epiſcopum, & Abbatem, ſeu Priorem, ſed diuerſo reſpectu. Nam Abbas ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſecundum conſtitutiones Regulæ contra nocentes, etiam per viam Inquiſitionis procedit, Abbas *in repet. cap. ſi quis clericum. n.* 47. *de foro compet.* Epiſcopus verò ſeruata diſpoſitione iuris, de qua, *in cap. qualiter, & quando de accuſat.* in eos adnimaduertit. Quare Abbati, ſeu Priori cōceſſa eſt quidem à iure facultas viſitandi Regulares, eos corrigendi, cenſuras in ipſos fulminandi, carceribus manci



mancipandi, ſed cum temperamento, videlicet, quatenus extraiudicialiter hæc faciat, & ſtatutis Regulæ, tam in cognitione, quàm deciſione inhæreat, Iuribus hic per informantes allegatis, & ita deciſum, &c.

Ex quibus omnibus liquet, quod cum Epiſcopi de iure communi habeant aſſiſtentiam iuris circa iuriſdictionem ſpiritualem ſuper omnibus perſonis ſuæ diœceſis exinde, ex ea ſola manuteneri deberi, etiamſi non probent poſſeſſionem indiuidualem, vt pluries declarauit Rota penes Manticam *deciſ.* 322. *num.*2 *&* 11. vbi aliæ allegantur; ergo multò fortius ex prædictis fundamentis concludendum eſt, nullam Epiſcopos inferre iniuriam, ſeu violentiam Regularibus, & aliis exemptis, procedendo contra eos in caſibus, in quibus per Concilium Tridentinum, & Conſtitutiones Apoſtolicas, illis ſubiiciuntur, & exinde in dictis caſibus non poſſe aſſignare Iudices Conſeruatores, & ita concludendum videtur, ex mente Sacræ Congregationis, & SS.D. N. Innocentij X. vt patet *ex ſecunda declar. & Breui ſuperius relato in principio huius* 2.*p.* per hæc verba, *Reſpondit vt ad proximum non poſſe*, &c.

---

## QVÆSTIO III.

### An ſi Regulares aſſerant, ſe habere priuilegia, vt non obediant Epiſcopo in exequutione iuris communis, Concilij Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum debeant ipſis adhibere fidem, abſque exhibitione talium priuilegiorum.

SVMMARIVM.

*Epiſcopi habent fundatam intentionem de iure, quoad exercitium iuriſdictionis, reſpectu quarumcumque perſonarum Eccleſiaſticarum, niſi ex aliquo priuilegio ſint exempti, num.*1.&56.

*Regulares, & alij exempti ſi aſſerant, habere priuilegia exemptiua à iuriſdictione ordinariorum, tenetur illa integraliter exhibere, n.*2. *&* 5.

*Priuilegium, vt probet, exhibendum eſt integraliter, nec ſufficit quædam particula, n.*3.6. *&* 8.

*Nuntiiis, vel Præpoſitis Principis non eſt credendum ſine exhibitione litterarum, num.*4.

*Fides non datur perſonæ, quantumuis excelſæ, de delegatione, vel commiſſione, ſine litterarum exhibitione, n.*5.

*Delegato, vt fides adhibeatur, tenetur inferre in citatione, reſcriptum ſuæ delegationis, n.*6.

*Delegatus non præſumitur quis, neque ei fides adhibetur, niſi probet, & exhibeat delegationem, & ideo ante exhibitionem, pars ab eo citata non ſit contumax, numero* 7.

*Gratia Papæ non poteſt probari, niſi per litteras, num.*8.

*Cardinali, aſſerenti aliquid in his, quæ iuri communi, tanquam Legato, ſeu aliàs virtute dignitatis competunt, creditur, ſecus tamen in rebus, & caſibus, requirentibus ſpeciale mandatum, n.*9.

*Cardinali aſſerenti aliquid quod principaliter dirigitur in præiudicium Tertij, non creditur, niſi exhibitis litteris, numero* 10.

*Priuilegia exemptiua multum detrahunt de iuriſdictione ordinaria, n.*11.

*Iuriſdictio non aufertur per reſcriptum, antequam præſentetur, n.*12.

*Priuilegium qui allegat, tenetur illud oſtendere, vt ei fides adhibeatur, num.* 13. *&* 14.

*Priuilegium requirit ſcripturam, & ſi de ea non doceatur, de illo non præſumitur, nec ſufficit eſſe in quaſi poſſeſſione, numero* 14.

*Canonici, & alij, allegantes habere priuilegium, licet reperiantur in quaſi poſſeſſione, tenentur illud oſtendere, n.*15.

*Priuilegium eſt quid facti, & ideo non præſumitur, niſi probetur, n.*16.

*Exhibitio priuilegij exemptiui eſt neceſſaria, vt aliquid operetur, contra iuriſdictionem ordinariam, n.*17.

*Exemptio ſi ſit notoria, non eſt opus exhibitione ptiuilegij, ſecus autem ſi non ſit notoria, num.*18. *& ſequent. præcipuè n.*20. *&* 29.

*Intentio Epiſcopi, quoad Iuriſdictionem, eſt de iure fundata, & ideo qui contra illam prætendit ſiue agendo, ſiue excipiendo, tenetur illam probare, n.*19. *&* 29.

*Ordinarius eſt Iudex contra negantem iuriſdictionem, n.*20. *&* 29.

*Priuilegium exemptionis non tenetur exhibere pars, ſi illud ſit notum Iudicij, n.*20. *&* 29.

*Mendicantes habent priuilegium, vt non teneantur exhibere priuilegium, numero* 29.

*Exempti cogi poſſunt ab Epiſcopo, vt exhibeant*

beant ſua priuilegia, congruo aſsignato termino, quoties ipſe illos requirat, & ſe eximant, num.23.

Priuilegia exemptiua à Iuriſdictione Ordinariorum regulariter ſunt contra ius, vel præter ius, num.24.

Regulares in pluribus caſibus ſunt ſubiecti Epiſcopis, n.25.

Exceptio repellit eundem, quem de iure tenet actio, n.26.

Exceptio dubia non releuat, vbicumque conſtat de intentione actoris, n.27.

Probatio clara vbi datur contra reum, non eſt ei fauendum, n.27.

Multa in iure fiunt propter bonum commune, quæ poſtea ſatisfieri debent, numero 28.

Iurans ſoluère vſuras, tenetur ad illarum ſolutionem, licèt poſtea poſsit eas repetere, num.28.

Conſeruator Iudex, ſi procedat extra notorias iniurias, & violentias, procedet vt priuatus, n.31.& 35.

Violentia, ſeu iniuria, non conſideratur, ſi procedat Iudex prout de iure, n.32. 35. & 40.

Ordinarius Iudex, non eſt inferior Conſeruatore, n.35.

Priuilegij tenor attendendus eſt, nec de eo iudicari debet, niſi toto tenore inſpecto, num.34.

Prætendens exemptionem à Iuriſdictione Ordinaria, ratione priuilegij, tenetur illud exhibère, etiamſi in tali poſſeſsione ſit, maximè ſi vni parti aſsiſtat vis, & alteri reſiſtat, n.36.

Iuriſdictio tanquam à fonte, pendet a Rege, vel Principe ſupremo, & ideo prætendens contrarium, tenetur illud concludenter probare, n.37.

Poſſeſsio adminiculata iuris præſumptione, idem operatur, ac priuilegium, & ideo iudicatur æqualis titulus, ad obtinendum lite pendente, n.39.

Priuilegia in corpore iuris clauſa non indigent exhibitione, quia per ſe ſunt nota, num.41.

Scholaſticis ſtudentibus varia priuilegia conceduntur in iure, n.41.

Priuilegia varia licet ſint conceſſa in iure ſtudentibus in ſcholis, nihilominus, vt proſunt, probanda eſt qualitas, n.42.

Priuilegia, quæ ſunt notoria, notorietate iuris, vel facti permanentis, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, non indigent exhibitione, vt fidem faciant, n.43. ſecus de aliis, n.48.

Priuilegia omnia ſubiacent reuocationi, vel moderationi, quia in ſe continent tacitam conditionem, quamdiu Princeps voluerit, n.44.46 & 47.

Princeps ſupremus reuocat, & tollit ad ſui libitum priuilegia, quæ conceſsit, quoad iuriſdictionalia, n.45.

Reſcripta omnia Pontificis, vt Epiſcopus exequi valeat, prius coram eo exhibenda ſunt, & examinanda, an aliquid obſtet eis, quod non debeat exequi, n.49. quod extende ad diſpenſationes, & ad alia quæ particularia ſunt Pontificis, n.50.

Exemptio conceſſa in iure Regularibus à iuriſdictione Ordinariorum fuit Gregor. IX. poſtea tamen moderata in ipſo iure per Bonifacium VIII. n.52.

Priuilegia, etiam in corpore iuris clauſa, poſſunt variari, ſeu moderari, n.53.

Epiſcopus exercens iuriſdictionem, in vna parte Diœceſis, videtur illam exercere quoad omnia, n.54.

Epiſcopi poſſunt viſitare adminiſtratores locorum piorum, & ab eis rationem adminiſtrationis exigere, n.55.

Epiſcopus poteſt viſitare loca pia ſuæ Diœceſis, in his quæ pertinent ad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, n.56.

Priuilegia vniuerſitati conceſſa non comprehenduntur in generali priuilegiorum derogatione, num.57. quod limita vt 58. & ſequent.

Epiſcopus non eſt impediendus in exercitio ſuæ ordinariæ Iuriſdictionis, donec cognoſcatur an priuilegium intret, vel ne, num.58.

Exemptione Eccleſiæ conceſſa, non comprehenditur exemptio, quoad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, niſi aliud exprimatur, n.59.

Exemptionis quaſi poſſeſsio non acquiritur ex eo ſolo, quod non appareat, Epiſcopum exercuiſſe iuris iuriſdictionem, niſi probetur quod venerit caſus exercendi, & volens exercere, fuerit repulſus, & repulſioni acquieuerit, vel aliàs habuerit ſe pro ſpoliato, num.60.

DIximus iam quæſt.1. num.13. & ſequ. & q.2. num.2. & 12. & 21. & 35. Epiſcopos habere fundatam intentionem de iure intra limites ſuæ diœceſis reſpectu quarumcumque perſonarum Eccleſiaſticarum tam ſæcularium, quàm Regulariũ, Tambur. de iure Abbat. tom.1. diſp.15. q.2. per totam, & q.7. num.1. & ſequent. vnde vt hæc locum habere non poſſit, neceſſariò requiritur aliquod priuilegium, vel decretum, contrarium diſponens, concedendo exemptionem ab illa iuriſdictione, quam 1



2 de iure remanet reſeruata Epiſcopis; Salgado de Regia protect. part.2. c.9. num.73. ibi: Quia Monachi in tantum eximuntur à iuriſdictione ordinaria Epiſcopi, quatenus eis conceditur in eorum priuilegiis, cap. Porrò. cap. & cum plantare de priuileg. &c. cum aliis; Ideóque eorum priuilegia inſpicienda fore an hoc ſibi concedatur, vt abſque Ordinarij licentia extra clauſtra queant facere proceſsiones, &c. & ad de Larrea deciſ. Granaten.97. tom.2. n.17. cuius verba referemus infra quæſt.14. n.8. & exinde dicendum, quod ſi Regulares, & alij exempti aſſerant, ſe habere priuilegia, vt non obediant Epiſcopo, præcipienti aliquid in executionem decretorum iuris communis, Concilij Tridentini, & Conſtitutionem Apoſtolicam, non eſſe adhibendam fidem, donec integraliter exhibeant authenticè.

3 Dixi integraliter conſulto, nam nõ ſufficit ſola particula, ſed integrum, vt patet ex gloſſa in c. cum perſonæ, verbo Integraliter, vbi Innocent. Panorm. & Felin. de priuil. in 6. Enriquez in ſumm. lib.6. c.24. lit.K. & latè deduxi in meo foro conſcientiæ, ſiue Paſtor. interno, 3. p. voto 3. n.4. præcipuè n.6. & ſequent.

4 Primò enim probatur ex l. Palatinos, C. de collatione fundor. fiſcal. vel rei priuatæ, &c. lib.11. vbi Arcadius, & Honorius Imperatores decernunt, non eſſe credendum Nuntiis Principis, & Præpoſitis ſine exhibitione litterarum; & in Ambaſſadoribus probat Ioannes de Platea in l. ſi quis Decurio. C. de Decurion. lib.10. & in l. prohibitum, C. de iure fiſci, lib 10. quem refert, & ſequitur Auiles in capitibus Prætorum, cap.1. verbo, Cartas, num.2. & 3. vbi tenent, quod non creditur Officiali Principis, niſi litteras Commiſsionis, vel Principis voluntatem oſtendant in ſcriptis, etiãſi aſſerat, ſibi ſecretè à Principe eſſe commiſſum, quia ſine oſtenſione, & exhibitione non datur fides.

5 Secundò probatur ex l. vnica. C. de mandatis Principum, quæ ita ait: Si quis aſſerat, cum mandatis noſtris ſecretis ſe veniſſe: Omnes ſciant, nemini quicquam, niſi quod ſcriptis probauerit, eſſe credendum: Nec vllius dignitate terreri, ſiue ille Tribuni, ſiue Notarij, ſiue Comitis proferat dignitatem, ſed ſacras noſtras litteras eſſe quærendas, &c. de quo videndus eſt Gregor. Lopez l.23. gloſſ.2. tit.9. p.3. & alij penes Barb. in Collect. ad dict. l. vnicam, quibus iunge Fragoſum de Regim. Chriſt. Reip. p.1. lib.4. diſp.10. §.2. num.143. & ſequent. Maſcard. de probat. tom.1. conſ.317. vbi plura cumulat ad propoſitum, & latè Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt.15. num.3. & ſequent. vbi cum pluribus notat, non credi perſonæ, quantumuis excelſæ, niſi exhibitis litteris, & allegando pures pro ſua ſententia reprehendit, n.5. contrariam ſentientes.

Ex qua doctrina conſulit Andreas Gai- 6
lius lib.1. pract. obſeru. c.48. n.1. quem ſequitur Menoch. vbi proximè, n.2. in fine, quod vt delegato fides adhibeatur, debeat in citatione facere inſerere reſcriptum ſuæ delegationis, quam doctrinam ſequuntur communiter DD. vt plures allegans tradit Barboſ. in collect. ad c. cum in iure 31. ſtatim citando, de offic. & poteſt. deleg. n.4. Riccius in praxi aurea reſol.62. & reſol.424. & n.8. cum gloſſ. in c. Porrò, verbo, Ex inſpectione, de priuilegiis. Felino, Caſtrenſe, & Graueta probat exhibenda, & inſpicienda eſſe priuilegia, vt ex eis ſciatur, quid contineatur, aliàs fides non adhibetur, & plura ad propoſitum cumulat dicta gloſſa.

Tertiò facit textus in cap. cum in iu- 7
re peritus, de offic. & poteſt. Iud. deleg. vbi, Quis non creditur delegatus, niſi probet, & exhibeat delegationem, & probat Riccius alios allegans vbi ſuprà in dicta reſolut. 62. num.1. & in collect. deciſ. collect 532. vbi in verſic. infertur ſecundo, tenet cum Ann. allegat. 147. quod citatus à Delegato, ante exhibitionem litterarum, non efficitur contumax, etiamſi non veniat, vel compareat, quia ante exhibitionem non tenetur comparere: & ex eodem fonte dimanant, quod excommunicatio lata à Delegato, qui copiam ſuæ delegationis non exhibuit petenti, erit illa nulla, vt cum Nauar. conſ.9. in antiquis, aliàs 5. in nouiſſ. de ſentent. excomm. & Sayro in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ.10. tradit Barboſ. in collect. ad dict. cap. cum in iure, num.5. Fragoſ. vbi ſuprà num. 145. ergo à fortiori in noſtro caſu idem dicere debemus:

Quartò. Nam gratia Papæ non poteſt 8
niſi per litteras probari, vt plura cumulans tradit Maſcardus de probat, & cum Ioan. Andr. Archidian. Baldo, & Rota refert Gonzalez ad regul.8. §.3. proœm. num.110. & videtur de mente Pontificis, nam ex ipſius commiſſione debent Nuntij exhibere Regibus, ſeu Magiſtratibus litteras ſuarum Legationum, vt eis innoteſcat legitima eorum poteſtas, &

& authoritas, vt patet ex cap. *Nobiliſſimus, 97. diſtinct.* & tradit Diana *tom. 1. reſol. moral. reſol. 68. in fine*; ergo vt priuilegia in noſtro caſu operare poſſint, debet fieri ex exhibitione illorum, præcipuè, quia cum de iure Epiſcopi habeant fundatam intentionem quoad exercitium ſuæ iuriſdictionis, (ex latè deductis in quæſt. antecedenti) vt illa elidi poſſit ex aliquo priuilegio, neceſſaria erit illius integra exhibitio, ex traditis à nobis *ſuprà in 1. p. clauſ. 2. num. 17. & ſequent.*

9 Quintò ſumitur vrgentiſſimum fundamentum ex eo, quia licèt alias Cardinali, aſſerenti ſe eſſe Legatum, credendum ſit circa ordinariam poteſtatem, quamuis litteras delegationis non exhibeat. *d. cap. Nobiliſſimus vir 97. diſtinct.* & innumeros referens tradit Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſ. cap. 4. num. 63.* ſicut & etiam ſi atteſtetur de ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, aut de mente, vel voluntate Summi Pontificis, quia ei adhibenda eſt fides ſine productione, & oſtenſione, vel exhibitione litterarum Mandati, aut declarationis mentis, & in aliis multis caſibus latè relatis à Barboſa cum pluribus *vbi proximè, num. 64.* ſed prædicta intelligenda, vel limitanda ſunt, quando Cardinalis aſſertio cadit in his, quæ iure communi tanquam Legato, ſeu aliàs virtute dignitatis competunt, ſecus tamen in rebus, & caſibus requirentibus ſpeciale mandatum, vt cum Geminiano *conſ. 62. num. 8.* & Gaſpar. de Per. *in tractat. reſer. in 15. vol. fol. 127.* Bero *conſ. 65. num. 143. & ſequent. lib. 1.* probat Cardinalis Tuſcus *tom. 1, litt. C, concl. 103. num. 18.* quos refert & ſequitur Barboſ. *in d. cap. 4. num. 66* Secundò, limitanda ſunt, quando ex aſſertione Cardinalis ſequeretur præiudicium tertij; Cardin. Tuſcus *vbi proximè, num. 19.* ibi. declara, quia creditur, quando ſunt talia, quæ principaliter non diſtinguuntur in præiudicium tertij, aliàs ſecus, vt per Barbatiam *in tract. de Card. Legat. in 1. q. in 2. prælu. ſeu membro per totam*, vbi latiſſimè, &c. quem cum Doct. Octau. Glorit, qui alios plures allegat refert, & ſequitur Barboſa *in d. cap. 4. num. 66. in fine.*

10 Ex qua doctrina duo inferuntur. Primum, quòd etſi Cardinali, aliàs atteſtanti aliquid, fides adhibeatur circa iuriſdictionem, propter excellentiam, & ſublimitatem Dignitatis, (de qua plures tractatus apud Doctores reperiuntur, vt per Barboſam, & ab eo allegatos *in d. c. 4. ferè per totum*,) ſed non in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum. Secundum, quòd quando ſunt talia, quæ principaliter diriguntur in præiudicium tertij, non creditur, niſi exhibitis litteris, quam limitationem, loquendo de Cardinali, admittit, & latè cum pluribus refert Auiles *in c. Prætorum, verbo Cartas, n 4.* ergo cum in noſtro caſu per 11
priuilegia exẽptiua detrahatur de iuriſdictione Ordinaria, quam habẽt Epiſcopi in omnes perſonas, & in omnes Regulares totius Diœceſis (vt latè probaui in q. antecedente) & ex eo ſequatur præiudicium tertij, ſcilicet iuriſdictionis ordinariæ, à fortiori idem dicere debemus in præſenti, maximè, conſiderata diſtantia, quæ verſatur inter Cardinales, & Regulares, ſeu alios exemptos volentes, vti priuilegiis, vt illorum ſolæ aſſertioni non ſit deferendum, ſed neceſſariò requiri, priuilegiorum exhibitionem, ex dictis per Auiles *vbi proximè.*

Sextò ad propoſitum ponderanda eſt 12
doctrina Baldi *in l. 1. c. vt lite pendente*, vbi ita ait: *Adde hic, quod notat Innocentius de reſtitut. ſpoliatorum cap. Audita; dicit Innocent. quod per reſcriptum, antequam præſentetur Iudici, non aufertur iuriſdictio. Vnde in l. noſtra, etiam reſcriptum non poſſe prodeſſe, ſine præſentatione, quod eſt ipſa veritas facit quod notat Innocent. & Hoſtien. extra, de reſtit. ſpoliat. cap ex conquæſt.* &c. Hæc Baldus, quem ſequitur Auiles in *dicto verbo Cartas, num. 12.* vbi ad propoſitum alios citat, ex qua doctrina ſatis infertur, quod cum de iure, Epiſcopi habeant iuriſdictionem (vt multoties repetitum, & probatum reliquimus) vt eorum iuriſdictio ſublata dicatur, neceſſaria erit præſentatio reſcripti, vel priuilegij, moderantis iuriſdictionem, vt proficere poſſit.

Septimò in terminis priuilegij facit text. 13
*in c. Porro, de priuilegiis*, & ita ait: Porrò quamuis Templarij & Hoſpitalarij, multa ſint libertatis prerogatiua donati, non dubitamus, quin aliam libertatẽ habeant in locis, in quibus antequam perueniſſent ad eos, fuerant habitatores: Quod totum eſt; ex inſpectione priuilegiorum ſuorum plenius aduertere potes: Et ſecundum quod inueneris, ita obſerues. Sic enim eos volumus, priuilegiorum ſuorum, ſeruare tenorem, quod eorum metas tranſgredi minimè videantur, & ibi latè gloſſa, verbo, ex inſpectione, ex quo textu communiter colligunt Doctores, allegantem priuilegium, teneri illud oſtendere, vt fides adhibeatur, aliàs non proficere, vt per Abbatem, Decium, & alios ad dictum cap. & probant. Doctiſſimus, & non ſatis laudandus D. Ioan. de Solorzano *in ſua Politica Indiana*



*lib. 2. cap. 22. pag. 192. verſ. Lo tercero, & ſequente*, Cardin. Tuſcus, omnino videndus,
14 *tom. 6. litt. P. concl. 762.* vbi *n. 2.* ita ait: Amplia, quia priuilegium requirit ſcripturam, ſecundum veram opinionem; & ideò de iure poſitiuo, ſi non doceatur de priuilegio, pro eo non præſumitur, maximè ſi eſt contra ius commune, Baldus *conſil. 311. in fine, verſic. Si verò quæratur, lib. 1.* &c.

15 Ad idem Maſcardus *de probat. concluſ. 1200. num. 36.* ibi. Quorum ſententia adiuuatur etiam ex text. *in cap. cum perſonæ, de priuileg. in 6.* vbi qui allegat priuilegium, debet ipſum probare, nec ſufficit eſſe
16 in poſſeſſione ipſius priuilegij. Hinc docet Cinus, quod ſi Canonici dicant, ſe in aliquo eſſe priuilegiati; licèt fuerint in vſu, & in ipſa poſſeſſione ipſius priuilegij, debere tamen eos docere de ſuo priuilegio, citatque Petr. referentem, quod per hoc fuit reſponſum Capitulo Sancti Armanni, cum peteret clericum ſuum captum ab Epiſcopo, & hoc virtute ſui priuilegij, Epiſcopus autem noluit, niſi prius docerent de ſuo priuilegio, eoſdem ſequitur Florianus *in dicta l. ſicuti, § ſed ſi quæratur, ſi ſerui. vendit.* &c. quibus iunge Fuſcum *de viſit. lib. 2. cap. 20. num. 6.* Caued. *deciſ. Luſitana*
17 *93. num. 3. p. 2.* Ratio eſt, quia cum priuilegium ſit quid facti, non præſumitur, niſi exhibeatur, & probetur Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 14. num. 15.* qui loquitur in terminis priuilegij, & latè de hoc articulo agit Tambur. *de iure Abbatum. to. 1. diſp. 15. q. 5. num. 1. 2. & 3.*

Octauò facit deciſio text. *in cap. cum perſonæ, de priuileg. in 6.* quod ita ait: *Cum perſona*, &c. Si autem ad fundandam intentionem ſuam, ſuper huiuſmodi libertate ſolummodo præſcriptionem Canonicam duxerint opponendam, eiſdem Ordinariis, vel delegatis ab eis viris prudentibus, non ſuſpectis, de præſcriptione huiuſmodi facere debent fidem. Quod ſi tales, priuilegio, & præſcriptione aſſerant, ſe munitos: priuilegium quidem ipſum exhibeant, vt in primo huiuſmodi Conſtitutionis articulo ſuperius eſt expreſſum. Et ſi priuilegium exhibitum, non ad plenum per ſe ſufficiat ad exemptionem, ſeu libertatem huiuſmodi comprobandam, ſed tale eſt, quod ſaltem cauſam præbeat præſcribendi: coram perſonis prædictis, annorum quadraginta præſcriptionem teneantur probare: Ex quo textu ſatis patenter infertur, neceſſariam eſſe exhibitionem priuilegij, & ratio eſt, quia cum Ordinarij de iure habeant fundatam intentionem; priuilegium non præſumitur niſi probetur per exhibitionem, vt probant gloſſ. *in d. cap. cum perſonæ, verbo, Tradere*, & ibi communiter repetentes, Enriquez *in ſumm. lib. 7. cap. 25. §. 6. lit. X.* Sanchez *in conſil. moral. lib. 6. cap. 9. dubio 4.* de cuius doctrina dicemus *infra in ſequentibus*, Cochier *de iuriſdictione ordinaria in exempt. part. 1. qu. 8. num. 10.* Tamburin. *in dict. quæſt. 5. num. 3. & quæſt. 6. num. 5.* Alia plura fundamenta ad idem tendentia adduci poſſent pro eneruanda hac veritate, ſed conſulto omitto, ne longius diuertamur, quæ videre poteris penes Auiles *in capit. Prætorum, cap. 1. verb. Claritas*, & penes Didacum Perez *ad lib. 4. Ordinamenti, tit. 4. ad l. 25. lit. D. verbo, Y aſſentados en noſtros libros, pag. 841. & ſequent.* Cochier *de iuriſdict. in exempt. part. 1. q. 7. & part. 2. q. 6.* vbi pro vtraque parte refert fundamenta.

Sed aduerſus prædicta inſurgit Doctiſ- 18
ſimus P. Sanchez qui *tom. 2. conſ. moral. lib. 6 cap 9. dub. 4.* in terminis mouet hanc quæſtionem, an exempti citati ab Ordinario, teneantur coram ipſis priuilegium
exemptionis exhibere, & eam reſoluit di- 26
ſtinguendo; aut enim exemptio non eſt notoria, & tunc tenebuntur ad exhibitionem, intra terminum ab ipſis præſcriptum per text. *in d. c. cum perſonæ, de priuil. in 6.*
ex ratione gloſſæ ibidem verbo, *tradere*, 19
quia cum intentio Epiſcopi ſit fundata de iure; qui exemptionem contra illam prætendit, ſiue agendo, ſiue excipiendo, tene-
tur probare exemptionem, cùm ſit funda- 20
mentum ſuæ intentionis, & tunc ipſe Ordinarius eſt Iudex, quando alter negat, per tex. *in cap. ex litteris, de reſcriptis, & l. ſi quis ex aliena, ff. de iudiciis*: Aut exemptio eſt notoria, & tunc liberantur ab exhibitione, & comparitione per text. in Clement. Paſtoralis, *de ſent. & re iudic.* pro quo allegat Nauarr. Enriquez, Hoſtienſ. & alios, quod extendit Sanchez, quando Iudici eſt notum priuilegium, quia tunc idem eſt dicendum ex diſpoſitione text. *in cap. ſi duobus, de appellat.*

Vnde infert, quod cum exemptio Men- 21
dicantium ſit notoria, & in longo tempore poſſeſſionis, nõ poſſunt illi adſtringi ad exhibitionem priuilegiorum, nec ſi ab Ordinario fuerint citati; tenebuntur comparere. Item quia Mendicantes habent priuilegium, vt non teneantur exemptionem ſuam, vtpote notoriam allegare.

Proſequitur Sanch. *in dub. 4.* & quærit, qua 22
forma reſpondendi, vtetur Religio exẽpta, vel Religioſus, quando ante Ordinarium

conuenitur, & quo pacto ſuam exemptionem defendit: Et ibi n. 1. conſulit; vt nullo modo Religio, vel Religioſus præſentet ſuam exemptionem coram Ordinario; quia ex eo conſtitueret illum Iudicem ſuæ exēptionis; Nam cum iure communi habeat fundatam intentionem, ex quo eſt Iudex Ordinarius omnium Eccleſiaſticorum, qui contra hoc ius commune ſe eximere debet, probare tenetur exemptionem, exhibēdo iudicialiter priuilegiū coram ipſo, & eius erit iudicare tunc, an ſua ſit iuriſdictio, vel non, ita *n.2.* conſulit praxim, qua exempti Regulares vti debeant, quando occurrat, conuentos eſſe coram Ordinario, & *n.3.* & 6. ait, quod reſpondeant, ſe illum audire, vel ſe ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ac perinde ab illa declinare, & in vtroque caſu adeant ſuum Iudicem Conſeruatorem, vt Ordinarium inhibeat, inſerendo tenorem priuilegiorum, & ſimul Bullam Conſeruatoriam, vt ex inde conſtet, qua ratione ſit Iudex, & poſſit inhibere Ordinarium, & *num.7. & ſequent.* refert remedium, quo vti debeant exempti, caſu quo Ordinarius per intimationem litterarum Conſeruatoris non ſe abſtineat. Hanc P. Sanchez doctrinam ad litteram refert, & ſequitur Doctiſſimus P. Franciſcus Pellizarius *in ſuo manuali Regul. tom.2. tract.8. cap.6. ſect.1. n.86.*

23 Prædictorum autem grauiſſimorum, & Doctiſſimorum virorum ſentētia, ſuſtineri non poteſt, & in puncto iuris ſalua pace, caret fundamentis, & quoad primam partem ſatis conuincitur ex fundamentis ſuperius adductis à *n.4. vſque ad* 17. & ex his quæ acutè, & lato calamo congerit Paulus Fuſcus, Epiſcopus Sarnenſis, *de Viſitatione, & Regimine Eccleſiarum, lib.2. cap.*20 *num.*6. qui ita ait: *Ad id tamen omnes exempti prætendentes, ab Epiſcopis cognoſci non poſſe, tenentur, ipſis requirentibus, ſua priuilegia exemptionis oſtendere, & cogi poſſunt, congruo aſsignato tempore.*

24 *Nam cum priuilegium ſit contra ius, ſeu aliquando præter ius, probare debent, quod eis conceſſum cap. cum perſonæ, de priuileg, in 6. Vel ex præſcriptione Canonica quadraginta annorum in* §. *quod ſi; & probatur in l. ei qui de probat. Doctores in cap. cum venerab. de exceptionibus*, & *in practica hoc primum videre debet Epiſcopus; aliàs ad cenſuras accedat, ſi is oſtendere negat, & per conſequens iuriſdictioni ſuæ ſubiacere, perſcrutando priuilegium, cauſam ipſius, tempus conceſsionis, & qualitatec; ne falſum fuerit expoſitum, vel concedens ex motu proprio, non ad ſupplicationem priuilegiati fuerit motus, cum tunc fortior iudicetur conceſsio argum. not. in cap. ſi motu proprio, lib.6. vbi Moderni id aduertunt ſuprà cap.8. num.9. Aut etiam modo priuilegium conceſſum incipiat alios enormiter lædere, iuxta optimum text. in cap. ſuggeſtum, de decimis, vbi gloſſ. narrat cauſam reuocationis priuilegiorum*, &c. Hæc Fuſcus, quem omnino videbis, nam in ſequentibus numeris plura refert ad propoſitum.

25 Præterea ipſe Sanchez fatetur *in d. lib. 6. cap.9. dub.2.* in pluribus caſibus Regulares eſſe ſubiectos Ordinariis, & Pellizz. *in d. tract.8. cap.6. ſect.3.* enumerat alios, ſed præter ab his relatos, reperiuntur plures alij, in quibus ſubiecti manent, tam ex diſpoſitione Concilij Tridentini, quam iuris, vt cum Tambur. Cochier, & Quaranta diximus *ſupra q.1. n.8. & p.1. clauſ.8. n.26.* ergo cum Epiſcopi habeant fundatam intentionem de iure, quoad exercitium ſuæ iuriſdictionis, in omnes perſonas Eccleſiaſticas, Sæculares, & Regulares, vt latè probauimus *ſuprà in q. antecedenti, num.2. & 3.* & ferè *per totam*; & ſolum exemptio extendatur ad cauſas, quæ ſunt intra regu- 26 lam, vt latè probauimus *in q. antecedenti, num.4. & 10. & 34. & 35.* ergo vt ab hac iuris diſpoſitione deuiari poſſit, neceſſaria eſt exceptio per exhibitionem priuilegij ex fundamentis ſuperius traditis, & ex eo, quod exceptio repellit eundem, quem de iure tenet actio, lege exceptione doli. *l. ſi ob cauſam, l. ſiue poſſeſsio, C de euictio*; noſter Aragonenſis doctiſſimus Portoles *de conſorti. cap.22. n.18.* vbi cum pluribus probat, exceptionem repellere agentem, quem de iure tenet actio. Sed actio competens Epiſcopo, ad cogendum Regulares, vt exequantur decreta iuris communis, Concilij Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum eſt de iure; ergo vt exceptio priuilegij repellere poſſit Epiſcopum, neceſſario debet fieri per exhibitionem ex doctrina Cardin. Tuſci *tom.3. litt.E. concl.* 372. vbi *n.3.* ita ait: *Et ſicut actio debet eſſe* 27 *apta, ita etiam exceptio, l 1.* §. *Labeo*; vbi Bartol *ff. de fluminibus*, Caſtrenſis *conſ.59. in principio colum.2. lib.2.* & ſtatim pergit ipſe Tuſcus *num* 5. & ita ſcribit: *Amplia, quia vbicumque conſtat de intentione Actoris, non releuat exceptio dubia, vel præſūpta, & id quod fauendū ſit Reo, nō procedit, quādo contra eū eſt clara probatio, Fed. de Senis cōſ.58. per totū, maximè verſ. ſed credo cōtrariū vſque in fin.* &c. In noſtro caſu, exceptio priuilegij eſt dubia, vel præſūpta,





quia de eo conſtare debet cum requiſitis iuris, & ex ipſo iure patet de intentione Epiſcopi agentis mandatum; habet enim iuriſdictionem naturalem; ex quo eſt clara; ergo ſine iuridica exhibitione priuilegij hoc reuelare non poteſt.

28 Nec ex prædictis ſequitur, per indirectum fruſtrari priuilegia, cum ex exhibitione, Regulares ſe ſubiiciant Ordinariis, quia videmus, multa in iure fieri, & ipſum ius velle exequi propter bonum, & gubernationem publicam, quæ poſtmodum ſatisfieri debent, vt videmus in eo, qui iurauerit ſoluere vſuras, quæ licèt adeò ſint de iure reprobatæ, illarum ſolutio euitari debebat; ſed hoc non obſtante; talis iurans compellitur illas ſoluere, licèt poſtea diſponat ius, poſſe eas repetere, facta prius ſolutione, vt in cap. *debitores. 6. de iureiurando*, provt diximus etiam *ſupra p.1. clauſ.5. n.41.* ergo à pari idem dicere debemus, quod quando exempti coguntur ad exhibitionem, non ex eo ſuis fraudantur priuilegiis; nam ſi ſunt iuxta metas, ipſis proficient, ſin verò, non eſt æquum; bonum publicum iuriſdictionis Ordinariæ fraudari, cum hoc conſiſtat in eo, quod decreta iuris, Concilij Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum ſeruentur.

29 Et fortaſſe conſiderans Sanchez prædicta, in *dict. dub.4. num.1.* diſtinctione vtitur, videlicet, an exceptio ſit notoria, & tunc Regulares non tenebuntur exhibere priuilegia, aut verò non eſt notoria, & tunc adſtringi poſſunt, vt illa exhibeant ex diſpoſitione textus in cap. *cum perſonæ, de priuilegiis, in 6.* vbi gloſſ. verbo, tradere, quia (ait Sanchez) iure communi intentio Epiſcopi eſt fundata, & ſic, qui contra hoc ius commune ſe eximit, debet ſe probare exemptum, exhibendo priuilegium, & tunc ipſe Ordinarius eſt Iudex in hac cauſa, quia bene cognoſcit Iudex, an ſua ſit iuriſdictio, quando alter negat, vt patet ex cap. *ex litteris, de reſcriptis*, & *l. ſi quis in aliena, ff. de iudiciis*, vbi expreſsè dicitur, quod exemptus vocatus à Iudice tenetur venire, priuilegium allegaturus, & Iudicis erit exiſtimare, an ſua ſit Iuriſdictio. Hæc profitetur Sanchez in *dict. dubio* 4.

30 Et ſtatim *dubio* 5. indiſtinctè conſulit, in hæc verba. Ne Religioſi, priuilegia ſuæ exemptionis coram Ordinario præſentent, id enim eſſet illum conſtituere Iudicem ſuæ exemptionis, & in dubium vertere, an iuriſdictio ad ordinarium pertineat, quia hoc eſt, quod ipſe intendit: cum enim iure communi habeat fundatam intentionem ſuam, iuxta quod eſt Iudex Ordinarius omnium Eccleſiaſticorum, qui contra hoc ius cpmmune intendit ſe eximere, debet probare ſe exemptum, exhibendo iudicialiter priuilegium coram ipſo, & eius erit iudicare tunc, an ſua ſit iuriſdictio, vt *ſupra* dixi *dub.4.* & licet, vt ibi dixi, hoc patiatur exceptionem, niſi exemptio Religionis, de qua agitur, ſit notoria, adhuc poterat eſſe contentio, an ſit notoria necne, & ita melius erit, id excuſare, & *num.*3. concludit, quod in omnem euentum recurrant Regulares ad ſuum Iudicem Conſeruatorem, vt Ordinarium inhibeat, & ſi Ordinarius nequeat intendere, vt coram illo priuilegia exemptionis exhibeantur, quia Iudex Conſeruator in litteris, exhibet illa, quod perinde eſt, ac ſi à Religioſis exhiberentur; Iudex enim gerit vicem partium. *l. ſi ob cauſam, C. de euictionibus*, & expedit potius, quod Conſeruator exhibeat, quam Religio, ipſe enim tanquam Iudex inhibet, & ſimul oſtendit, qua ratione illum inhibeat, nec relinquit Ordinario cognitionem priuilegiorum exemptionis, ſed ipſe tanquam Iudex ſuperior aufert illi eiuſmodi cognitionem, & cauſam, ad ſe aduocat. At ſi Religio ea exhiberet Ordinario, cum non poſſit illum exhibere, relinqueretur eius arbitrio cognoſcere, & pronunciare, an ipſe ſit Iudex, necne, &c. Hæc Sanchez.

31 Neſcio equidem, quomodo hæc cohæreant, nam ſi ipſe profitetur, teneri Regulares exhibere priuilegia, quæ non ſunt notoria, nam de iure communi, habet Epiſcopus fundatam intentionem, quoad omnes perſonas Eccleſiaſticas, & qui contra hoc ius commune intendit ſe eximere: debet probare ſe exemptum, exhibendo iudicialiter priuilegium coram ipſo, quænam violentia & iniuria reperitur, vt admittatur recurſus ad Conſeruatorem, ad hoc vt Ordinarium inhibeat, & in litteris inhibitoriis inſeratur priuilegiū, vt ex eo euitetur, ne ex exhibitione per Regulares facienda, approbetur iudicium.

32 Nam in tali caſu, procederet Conſeruator, vt priuatus; eius enim iuriſdictio ſolum habet locum pro manifeſtis iniuriis, & violentiis, vt diximus *ſupra in 1. part. clauſ.4. num.3. & clauſ.8, num.17. & ſequent.* Vnde cum Epiſcopus procedet ex aſſiſtentia iuris, & eius ordine ſeruato, provt procedit præcipiendo exequi decreta iuris communis, Concilij Tridentini, ſeu Conſtitutionum Apoſtolicarum iniuria, aut violentia, tunc conſiderari

non poteſt, quia id efficiunt Epiſcopi iure
permittere,tanquam Ordinarij, & eo caſu
nulla irrogatur iniuria,ſeu violentia, vt di-
ximus, & probauimus *ſupr. quæſt.* 1. *n.*4. *&*
*ſequent.* præcipuè *num.* 33. & illa haberent
locum; ſi poſt exhibitionem priuilegio-
rum, Ordinarius procederet eo non ob-
ſtante (eſto quod eſſent releuantia,) tunc
enim rectè adiretur Conſeruator, ſed non
ante, ex quo infertur, bene induci ex hac
doctrina, inhibitionem Conſeruatoris ni-
hil operari ante exhibitionem priuile-
gij, nec tunc Conſeruatorem ſuperio-
rem eſſe Ordinario, ex his quæ diximus
*ſupra part.* 1. *clauſ.* 10. *num.* 22. *& ſe-
quent.* præcipuè *num.* 27. vbi probaui-
mus:

33 Ordinarium Iudicem, non eſſe infe-
riorem Conſeruatore, & ideo quidquid
dicant Sanchez, & Pellizzarius; non po-
terunt Regulares,prætendentes exemptio-
nem, effugere, quo munus exhibere te-
neantur, ſua priuilegia Ordinario, cui in-
cumbit cognoſcere, an ſua, vel non, ſit
Iuriſdictio, ex doctrina ipſius Sanchez
*dub.* 4. *num.*1. *per text. in dict. cap. ex lit-
teris, de reſcript. & l. ſi quis ex aliena, ff.de
iudiciis*; & eodem prorſus modo reſpon-
detur doctrinæ Lezanæ *in ſumma part.* 1.
*verbo, Exemptio Regularium, num.*14.

34 Quodque iure valde conſonum eſt,nam
apud omnes Doctores eſt in confeſſo, pri-
uilegij tenorem attendendum, & ad vn-
guem ſeruandum eſſe, nec de illo fore
iudicandum, niſi toto tenore inſpecto, vt
multoties in iure repetitum animaduerti-
tur in dict. cap. *Porro, de priuileg.* vbi, *Pri-
uilegiorum ſeruare tenorem*, &c. & in cap.
*recepimus*, ibi: *Inſpicienda ſunt ergo Eccle-
ſiarum priuilegia, & ipſorum tenor eſt di-
ligentius attendendus, vt ſi fuerit compre-
henſum*, &c. Eodem titulo, & in cap. *con-
ſideramus*, ibi: *Contra tenorem priuilegio-
rum, de electione*, & in cap. *vltimo*, ibi:
*Tenor Indulgentiæ*, de tranſlatione Præ-
lat. & plures referens Tiraquel. *in l. ſi vn-
quam, verbo, Litteris, num.* 4. *& ſequent.*
præcipuè *num.* 8. *C. de reuocandis donatio-*
35 *nibus*; ſed hoc fieri nequit, niſi prius fue-
rit inſpecta littera ab eo, contra quem di-
rigitur, qui pro ſe habet aſſiſtentiam iuris,
præciſa erit exhibitio ab allegante, vt te-
nor priuilegij attendatur, & inſpiciatur;
ego erit præciſa exhibitio ab allegante,nec
ſufficiet inſertio tenoris per Conſeruato-
rem, qui ſecluſa notoria iniuria, & vio-
lentia, non habet iuriſdictionem, vt dixi-
mus, & cum illæ non conſiderentur,quan-
do Ordinarius iubet aliquid ex aſſiſtentia
iuris, quod ei vehementer fauet, inde eſt, 36
non conſiderari violentiam ante exhibitio-
nem, etiamſi prætendens exemptionem
poſſideat,quia nihilominus,vt obtineat, te-
netur exhibere titulum, in quo poſſeſſio
fundatur, ſi fortiter ius reſiſtat vni parti,&
alteri aſſiſtat;quibus mirè faciunt, quæ lato
calamo, & pluribus exemplis, Doctorum-
que authoritatibus ſcribit noſter diligentiſ-
ſimus Aragonenſis Regens Seſſe, in tra-
ctatu de inhibitionibus *cap.* 5. §. 10. *n.* 14.
*cum ſequent. & num.* 33. *& ſequent.* vbi *n.*19.
optimè reſpondet Capizio, contrarium te-
nenti, vbi ad oculum conuincitur, quem
omnino videbis,quia eſt quædam longa,&
diſertiſſima allegatio pro noſtra ſententia;
& conſulto omitto plura quæ ipſe refert,ne
longius in hoc immoremur, & ſolum ad-
ducam rationem ab eo relatam; *num.*59. vbi
ita ait.

*Quoniam à Rege ex neceſſitate, ſicut à* 37
*Mari flumina, iuriſdictiones fluere, & re-
fluere debent, & ſicut à Sole radij, à fonte
riui, ab arbore rami, iuriſdictiones omnes
à Principe pendent, & manant*, &c. *& in
tantum ſuffragatur, & aſſiſtit Regi, iſta
præſumptio, & iuriſdictio; & reſiſtit cui-
cumque contendenti, ſe habere iuriſdictio-
nem,quod ex ea ſola præſumptione iuris,abſ-
que vllo alio adminiculo,debeat vincere Rex
quemcumque contrarium prætendentem.Bal-
dus*, &c.

Et poſtea *n.*67. proſequitur dicens: *Quod* 38
*licet petens hanc declarationem,poſſit habe-
re titulum,vel immemorabilem, ad obtinen-
dum in articulo proprietatis contra Dominũ
Regem, tamen in eo, interim quod non exhi-
beat titulum,vel probet immemorabilem,non
poteſt ſimilem firmam obtinere, nec poteſt Iu-
dex eam prouidere,vt per eam poſſideat,lite
pendente cõtra diſpoſitionem iuris, & fori, &
idem erit ſemper, etiamſi reſiſtentia non ſit
inter Supremum Principem,& inferiorẽ,ſed
inter inferiores, dummodo præſumptio aſſi-
ſtat vni,& reſiſtat alteri; nam cap.cum per-
ſonæ,loquitur de reſiſtentia inter Ordinariũ,
& alios inferiores, vtrobique tamen eadẽ eſt
ratio,& ſic Molinus tenuit hanc eandem cõ-
cluſionem inter particulares*, &c. & tandem 39
*n.*75. concludit: *Si ille qui hanc declaratio-
nem petit,ſcilicet, vt conſeruetur in ſua poſ-
ſeſſione lite pendente, iuris communis præ-
ſumptionem habet pro ſe, tunc debet conſer-
uari in tali poſſeſſione, cui fauet præſumptio
iuris;licèt ex aduerſo,ille qui obtinuit firmã,
ſeu inhibitionem habeat pro ſe priuilegiũ,&
in eo ſe fundauerit,aſſerit Portoles n.* 76. *&
fuit iudicatum in proceſſu D. Petri Torrel-
las,& Iuratorum de Naual ſuper iuris firma
poſſeſſio*



*poſſeſſoria anno* 1571. *& in aliis exempla-
ribus allegatis per Porto.vbi ſupra, quorum
ratio eſt, quia à pari procedunt priuilegium,
& poſſeſſio, adminiculata iuris præſumptio-
ne. Imola in Clement.*1. *de cauſ. poſſ. & pro-
priet.*&c. Hæc Seſſe.

40 Ex qua doctrina infertur,non poſſe con-
conſiderari violentiam, & iniuriam facere
Ordinariorum, & exinde non patere adi-
tum ad Conſeruatorem,ac per conſequens
nec illius inhibitionẽ poſſe aliquid opera-
ri, nec ſimiliter inſertionem priuilegiorum
in litteris inhibitoriis,quia illud efficit tan-
quam quidam tertius priuatus,ſeu particu-
laris incognitus in illa inſtantia,& conten-
tione,& ideo doctrina Sanchez, & Pelizz.
non poſſe ſuſtineri.

41 Nec ſimiliter diſtinctio ab ipſis tradita.
abſolutè defendi poteſt, licèt enim fatea-
mur,priuilegia in corpore iuris clauſa non
indigere exhibitione,vt videmus in priui-
legiis Scholaſticorum,in authentica habita.
C.ne filius pro patre, vbi accedentibus ad
ſtudia,varia priuilegia cõceduntur,& inter
alia quod ſit eis electio,vt ſi conueniatur in
aliqua cauſa,poſſint adire iudicem, quẽ ve-
lint ibi: *Verum ſi litẽ eis quiſpiam, ſuper ali-
quo negotio mouere voluerit: huius rei optio-
ne data ſcholaribus, eos caram Domino, vel
Magiſtro ſuo, vel ipſius Ciuitatis Epiſcopo,
quibus hanc iuriſdictionem dedimus conue-*
42 *niat*,&c. & adhuc in tali caſu probanda eſt
qualitas,quæ efficit illum priuilegiatum, vt
tradit Rebuffus *in tract. de priuileg. Schola-
ſtic.priuileg.* 53. vbi *in verſ. idem in Mendi-
cantibus*,ita ait: *His caſibus,tenebitur Schola-
ſticus,allegare, & probare ſe ſcholarem, cum
illud dubium ſit. Nam quamuis priuilegium
notorium ſit, tamen conſtare debet, quod ſit*
43 *ſcholaris ex ſententia Iaſonis*, &c. itaque ſi
priuilegia ſint in corpore iuris clauſa, nec
ab ipſo ſint moderata,aut reuocata,vel ſint
notoria notorietate iuris, vel facti perma-
nentis,quod per ſe ipſum demonſtratur,&
nulla poteſt ter giuerſatione celari, de quo
Maſcard. *de probat.concl.* 1109. *n.*7. & dixi *in
meo foro conſcientiæ*, ſiue *Paſtorali interno*,
*p.*1. *tract.*1. *q.*2. *n.*11. vel ſi ita notoria ſint
priuilegia, vt coram ipſo Iudice iã fuerint
exhibita,& admiſſa,vel per ſententiam Iu-
dicis competentis, quæ tranſiuit in rem iu-
dicatam fuerunt canonicata,aut exequuta,
hiſce in caſibus fortaſſe dici poteſt,nõ eſſe
opus exhibitione; & in hunc ſenſum intel-
ligendus eſt Ceſpedes *in tract. de exempt.
Regul.c.*6. *dub.*126. *n.*3. *in fine*,vbi videtur hãc
concluſionem formare per hæc verba: *Nũc
tantum dico ſi priuilegia ſint notoria non te-
nentur Regulares illa exhibere: ſecus ſi nota
non ſint: & hoc in ſentẽtia cõmuniori*,&c. At ſi 44
aliquod dubium inſurgere poſſet,dicẽdum
eſt,eſſe inexcuſabilem exhibitionem. Dixi,
*fortaſſe*,nam in caſibus prædictis ſubiacent
priuilegia periculo,vt reuocata, aut mode-
rata exiſtant,per doctriuam Hieron. Gon-
zalez *ad Regul.*8. *Cancel. gloſſ.* 35. *n.* 31 vbi
cum pluribus tenet, poſſe Pontificem, vel
Principem cum cauſa;vel ſine illa, reuoca-
re priuilegia, ab ipſis conceſſa (quod an ſit
vera hæc concluſio in priuilegiis conceſſis
in vim contractus,modò non diſputo, quia
nõ eſt huius inſpectionis) rationem reddit,
quia tale priuilegium Principis ex ſua na-
tura,& qualitate habet tacitam conditionẽ,
quamdiu Princeps voluerit,& in eadem vo-
luntate durauerit,& non aliàs, pro quo al-
legat Caſtrenſem, Ancharanum, Abbatem,
& alios,& poſtea *n.*33. ita ait: *Quod à fortio-* 45
*ri procedit quoad ea,quæ ſunt Iuriſdictionis,
& ſic iuris conferendi. Nam iuriſdictionalia
Princeps, ad ſui libitum reuocat, & tollit,
quando vult,vt poſt Angelum,& alios firmat
Thomas Grãmaticus deciſ.*49. *n.*2.3. *&* 4.&c.
Ex qua doctrina conuincitur etiam Ceſpe-
des *de exempt. Regul. cap.*17. vbi *dub.*271.
ſentit cum Sanchez;nam licèt ab initio re-
ferat fundamenta vtriuſque ſententiæ ex
Cochier, & *num.*3. eliciat concluſionem,
diſtinguendo inter priuilegia,quæ ſunt no-
toria notorietate iuris, &c. & dicat, tunc
non opus eſſe exhibitione, ſecus ſi non
fuerint notoria; at *num.* 7. refert verba P.
Sanchez, cum quibus concludit, & ita
videtur in ea perſiſtere, ſed ex ipſiuſmet
doctrina conuincitur in omnem euentum;
Enimuerò *cap.* 24. *dubio* 391. quærit ipſe
Ceſpedes, an Regulares de iure communi
ſint exempti à Iuriſdictione Epiſcopi, poſt-
quam *num.* 3. tenuit Regulares eſſe exem-
ptos de iure communi, non ſolum à lege
diœceſana, ſed etiam à lege iuriſdictio-
nis (de quo diximus *ſupra in quæſt. ante-
cedenti, num.* 8. *& ſequent.* poſtea *num.*4.
ita ait: *Sed quia hæc exceptio, cum ortum
habuerit à priuilegiis, & priuilegia va-
rientur ſæpiſſimè, ob voluntatem conce-
dentis, vel ob abuſus priuilegiatorum.
Hinc eſt, quod in dies de medio tollan-
tur, aut ſaltem reſtringantur talia pri-
uilegia. Vnde iam in indiuiduo coguntur
quærere Doctores, an in tali, & tali caſu
Regulares ſubdantur Epiſcopo, vel ab eius
iuriſdictione eximantur*, &c. Hæc Ceſ-
pedes.

Ex cuius doctrina patet, quod etſi ad- 46
huc in priuilegiis (de quibus ipſe loqui-
tur,ſcilicet de contentis in iure) ſit dubium,
an ſint reuocata,necne, propter volũtatem

concedentis, vel propter abuſus priuilegiatorum, non poteſt fixa, firma, vel permanens regula quoad ea aſſignari,cum talia priuilegia ſint expoſita reuocationi, vel moderationi;& iuriſdictio Ordinarij ſecluſis priuilegiis ſit certa,firma,& permanens, & exinde hęc vincere debet,donec de contrario doceatur, ſaltem quoad illa priuilegia,quæ non ſunt canonicata in iure,vel ex aliis modis,ſuperiùs traditis, ac per conſequens ſententia Ceſpedes remanet debilitata.

48 Præcipuè ſi aduertamus, quod licèt in iure exemptio conſiderata in cap. *Nimis iniqua*,& in cap.*Nimis praua*, *de exceſſibus Prælat.* fuerit Gregorij I X. qui Romæ fuit pronunciatus Pontifex *die* 20.*Maij* 1227. & obiit *die* 22.*Iulij* 1241.vt patet ex Baronio aliiſque Hiſtoriis, & tradit Cherub. *in ſuo Bullar. tom.*1. in creatione & obitu huius Pontificis *pag.* 51. *&* 59. in prima impreſſione,& in ſecunda, pag... Illa verò diſpoſitio, qua iubetur, vt qui volunt ſe eximere à Iuriſdictione Ordinariorum, tam Eccleſiaſtici Sæculares, quàm Regulares, teneantur exhibere priuilegia, eſt Bonifacij V I I I. qui Neapoli fuit pronuntiatus Pontifex *die* 23.*Decembris* 1294. & obiit 11.*Octobr*,1303. vt patet ex dictis Hiſtoriis, & ex dicto Bullario *tom.*1. *pag.*139.*&* 147. *in prima impreſſione,& in ſecunda pag.*

49 Ex quibus patet, Bonifacium floruiſſe, & gubernaſſe Eccleſiam 62.annis, poſt obitum Gregorij I X. & exinde optimè dixiſſe Ceſpedes *in d. dubio* 391. priuilegia
50 Regularium etiam in corpore iuris clauſa variari, ſeu moderari, vt diximus de priuilegiis conceſſi; Regularibus in d. cap.*Nimis iniqua*,& cap.*Nimis praua*; quæ moderata reperiuntur in eodem iure, in *d. cap. cum perſonæ*;ergo præcisè dicendum eſt,neceſſariam eſſe exhibitionem, ſaltem vt conſtet,an ſint variata, vel moderata quandoquidem videmus, illa Gregorij eſſe moderata, per hæc Bonifacij, & per conſequens non rectè Sanchez,Pelliz.& Ceſpedes conſuluiſſe,vt caueant Regulares,ne exhibeãt ſua priuilegia Ordinario,cum id,nec in vim iuris effugere poſſint, ex diſpoſitione dicti cap. *cum perſonæ*, quæ eſt recentior,& poſterior,& ideo ei ſtandum, donec contrarium probetur,& pateſiat ex exhibitione.

51 At verò ſi priuilegia non ſunt notoria, modis ſuperius adductis,*num.*43. exhibenda,& demonſtranda fore Ordinario fatendum eſt,ex fundamentis ſupra traditis contra quæ,licèt alia reperiantur apud Doctores, vt per Cochier *in tract. de exemptione Regularium,p* 2.*quæſt.*6. Verùm hæc noſtra validioribus nititur fundamentis, & hodie omnino ſequenda,& tenenda eſt,ex decreto SS.D.N.Innocentij X. (de quo *infra*) & ante illud,ita declarauit Senatus Granatenſis, teſte D. Ioanne Baptiſta Larrea *tom.*2. 52
*deciſ.* 97. *num* 17. per hæc verba: *Sed & quantumuis proprium eſſet Summi Pontificis id concedere*(*vt Monachi intendunt*) *& ſuis priuilegiis mendicantibus id permitti, vel ſpeciale, de hoc reſcriptum obtinuiſſent; tamen coram Ordinario exhibendum, vt ab ipſo exequi poſſet, & tranſlatio Monaſterij fieret iuxta Canonum decreta, quemadmodum diſpenſationes, & alia quæ peculiaria ſunt Pontificis,tamen Ordinario diœceſis exhibenda,vt ab ipſo cognoſcatur, an aliquid obſtet,ne exequi poßit, & generaliter quæ-* 53
*cumque reſcripta Pontificis à Diœceſano examinanda, vt eius interuentu exequutionem conſequatur, probarunt Sacræ Congregationis Cardinalium declarationes, de quibus apud Nicolaum Garciam*, &c.

Ex cuius deciſionis doctrina, ſatisfit ſe- 54
cundæ parti, quam refert ſuprà Sanchez quoad priuilegia Mendicantium, & ratio id ſuadet; nam licèt talia priuilegia haberent; contra ea vigent fundamenta, & rationes ſuperius traditæ;nec poſſunt ſe tueri quaſi poſſeſſione,nam hæc potentior reperitur in Ordinario, qui cum habeat fundatã intentionem de iure (vt ſæpè diximus) ſi exercet in vna parte diœceſis, videtur in omni,& quoad omnes exercere, quia habet iuriſdictionem naturalem, & quamuis in illo,vel illo,non exercuerit actu,non poteſt dici non exercuiſſe iuriſdictionem in eum,qui prætendit ſe eſſe exemptum,nam ſi non venit caſus exercendi,ex eo dici dẽbet exercuiſſe, vt latè cum pluribus probat Barboſa *in collect. ad d. cap. cum perſonæ,n.*12. *&* 14.*cum ſequent.de priuilegiis,n.*6. Tambur.*de iure Abbatum,tom.*1.*diſp.*15.*num.*20.
ergo potentior,& fortior eſt, quaſi poſſeſ- 55
ſio Ordinarij quam illa Mendicantium,ante exhibitionem;ergo donec hæc fiat præualere debet,quia melior eſt eius conditio tanquam titulata ab ipſo iure. *l. ſi debitor. ff.de pignoribus. l. is qui deſtinauit, ff. de rei vindicatione.cap.pro Poſſeſſore* 36.*de Regul. iur.in* 6. Quæ omnia confirmata videntur à Rota, in vna Toletana exemptionis 14. *May* 1614.coram Eminent. D.Card.Ioanne Baptiſta Pamphilio,quam refert Tamb. *de iure Abbatum,in fin.tom.*3.*deciſ.*53. quæ quidem, quia valde conducit ad propoſitum libet eam tranſcribere, & ita ait. Fuit 56
per Dominos reſolutum.non eſſe inhibendum, quia Illuſtriſſ. Archiepiſcopus habet de iure communi fundatam intentionem, quoad



quoad ius viſitandi omnes Eccleſias ſuæ diœceſis,cap.*omnes Baſilicæ* 16.*quæſt.*7.cap. *conquerente,de officio Ordin.*cap.*cum Epiſcopus*, *eod. tit. in* 6. ideóque in exercitio ſuæ ordinariæ Iuriſdictionis,ad inſtantiam vniuerſitatis Complutenſis, prætendentis priuilegium,impediri non debet,niſi eo priùs exhibito, ac diligenter diſcuſſo, cap. *cum perſonæ*,vbi Doctor. *de priuil.in* 6. & quod antea Ordinario non ſit inhibendum, tradit Lancellot,*p.*2.*cap.*10.*de attent. poſt inhibit.in præfat.num.*3. & ita fuit reſolutum coram bo.mem.Iuſto, in cauſa Calaguritana Iuriſdictionis 1. *Iulij* 1605. In qua aliæ deciſiones Rotæ referuntur, & in alia Toletana iuriſdictionis 26. *Martij* 1612. *&* 4. *Decemb.*1613.corã R.P.D. meo Pirouano.

58 Quod in caſu iſto, eo facilius procedit: nam quoad viſitationem perſonarum dictæ Vniuerſitatis, quæ adminiſtrant fabricam,& alia opera pia Eccleſiæ Sanctorum Iuſti, & Paſtoris, Congregatio Cardinalium,Concilij Tridentini Interpretum,partibus auditis,cenſuit, Archiepiſcopum poſſe huiuſmodi perſonas viſitare, ex diſpo-
59 ſitione *cap.*8.*ſeſſ.*22.*de reformat.* & ab eis rationem adminiſtrationis exigere, ex diſpoſ.*cap.*9.*eiuſdem ſeſſ.* Quo verò ad viſitationem,in his quæ pertinent ad curam ani-
60 marum, & Sacramentorum adminiſtrationem,idem dicendum eſt,ex Decreto eiuſdem Concilij Tridentini *cap.* 7. *ſeſſ.*7. *& cap.*8.*ſeſſ.*22.*de reform.* vbi derogatur generaliter quibuſcumque exemptionibus, & Iudicum inhibitionis, vt fuit etiam conſideratum in ſupradicta Toletana Iuriſdictionis 26.*Martij* 1652. Ex quibus ceſſat, quod vniuerſitas prædicta,priuilegium exhibeat: quia ſtante huiuſmodi derogatione,quoad ſupradicta, illud per ſe ſufficiens dici non poteſt, provt requiritur, in dicto cap.cum perſonæ, de priuil. in 6. cum ſimilibus.

61 Nec releuat, quod in generali priuilegiorum derogatione,non comprehendantur priuilegia,conceſſa Vniuerſitati: Quia vltra quod viſitatio Archiepiſcopi, tam quoad perſonas, quæ adminiſtrant fabricam, & alia opera pia Eccleſiæ ſupradictæ, quàm etiam quoad ea, quæ pertinent ad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem,reſpicit publicã vtilitatẽ,& fauorem animarũ: Quo caſu cum materia ſit fauorabilis, in generali derogatione cõprehenduntur etiam priuilegia Vniuerſitatis, ad tradita per Felin. *in cap. Eam te, num.*15.*circa med. verſ.Faciunt. not. de reſcript.*Iaſon.*in l.ſi quis maior. n.*7. *& pluribus ſeq. C. de tranſact.* Gonzalez *in regul* 8.*gloſſ.*37.*numero* 36.

Placuit etiam reſponſio, quod donec de 62
huiuſmodi comprehenſione cognoſcatur, Archiepiſcopus non eſt per inhibitionem impediendus in exercitio Iuriſdictionis, quam habet ſuper omnibus Eccleſiis ſuæ Diœceſis. *d.c cum perſonæ.* § *fin. de priuilegiis,in* 6.fuit dictum in cauſa Barchinonenſis Prioratus Sanctæ Annæ 18. *Maij* 1601. coram bo.mem.Cardinal.Pamphilio,& faciunt alia ſuperius deducta.

Et ex his viſum fuit,etiam ceſſare, quod dicebatur, de confirmatione obtenta à fel. recor. Clemente V I I I. *de anno* 1600, in qua perſonæ ſupradictæ Vniuerſitatis, res, & bona quæcumque ab omni prorſus iuriſdictione, dominio, ſuperioritate, viſitatione, & correctione Archiepiſc. eximuntur, & penitus liberantur, cum clauſula, 63
*Non obſtante*, &c. Quia cum in ea non exprimatur quoad ſupradicta, & regulariter in exemptione Eccleſiæ conceſſa,non cõprehendatur exemptio, quoad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, niſi aliud exprimatur, iuxta *text. in cap.per exemptionem,de priuilegiis,in* 6. vltra quod plura alia contra eam apponuntur, quæ donec diligenter diſcutiantur, in exercitio ſuæ iuriſdictionis, Archiepiſcopus per inhibitionem impediri non debet ex ſupradictis.

Neque refragatur, quòd Archiepiſcopus nunquam viſitauerit,nec ante,nec poſt Concil. Trident. & propterea ſupradicta Eccleſia cenſeatur conſtituta in quaſi poſſeſſione exemptionis, quia cum Archiepiſcopus,quoad ius viſitandi, habeat de iure communi,intentionem fundatam,ad effectum,vt Eccleſia dicatur conſtituta in quaſi poſſeſſione exemptionis,non ſufficit, quod non appareat, Archiepiſcopum viſitaſſe, vel aliàs iuriſdictionem exercuiſſe,niſi probetur,quod venerit caſus exercendi;& volens exercere,fuerit repulſus,& repulſioni acquieuerit, vel aliàs habuerit ſe pro ſpoliato.Innoc. *cap. dilectus*, *ſub num.*3. & ibi Hoſtienſ. *num.*1. *verſ ex prædictis*, Ioann. Andr *num.*8. Butr. *num.*15.*de Capellis Monachorum*,Caputaquen.*deciſ.*306.*part.*1. & fuit dictum in cauſa Sipontin. iuriſdictionis 24.*Maij* 1623.coram R.D meo Damaſceno,&c. Hæc deciſio.

Et tandem claudit os contrariæ ſenten- 64
tentiæ,declaratio Sacræ Congregationis,& Breue Sanctiſſimi D. N. Innocentij X. de quo *ſupra*, *in princip.huius ſecundæ partis*, vt patet ex tertia declaratione, quæ ita ait. *Reſpondit: Ordinarios non teneri, huiuſmodi aſſertioni fidem adhibere,abſque integrali priui*

li priuilegiorum exhibitione,&c. & ita videtur concludendum.

## QVÆSTIO IV.

### An ſi Religioſi exhibeant aliqua priuilegia, & Ordinarij iudicent, ea non ſuffragari caſui, de quo agitur, & ad rem non facere, poſſint,& debeant tales Regulares prouocari ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotiſſimis,ad Metropolitanum, ſiue Ordinarium viciniorem, vel potiùs poſſint hoc caſu eligere Iudices Conſeruatores.

SVMMARIVM.

*Regulares tenentur exhibere ſua priuilegia exemptiua Ordinariis,vt proficere poſsint, num. 1.*

*Cognitionem, an priuilegia exemptiua comprehendant caſum de quo controuertitur, pertinere ad Epiſcopum, plures tuentur, num. 3. ſed alij contra, num. 7. & ſequent.*

*Iudex non debet admitti in cauſa propria, tanquam ſuſpectus, n. 3.*

*Honor eſt maximus, eſſe Iudicem, n. 4.*

*Suſpicio legitima ſi in Iudice adſit, tenetur ſe à Iudicatura abſtinere, n. 4.*

*Priuilegia Regularium, tangentia iuriſdictionem propriam Ordinariorum, non poſſunt ipſi illa interpretare, n. 5.*

*Iuriſdictio contra Regulares an pertineat ad Epiſcopum, vel ad Prælatum Regularem, ſi dubium occurrat, per Prælatum Regularem declarari debere, aliqui tenuerunt, n. 6.*

*Sed contrariam ſententiam plures tuentur, n. 7. & ſequent.*

*Suſpicio non datur in Iudice, ſi intereſſe non ſit proximum, ſed remotum, n. 7.*

*Teſtes in teſtamento poſſunt eſſe legatarij, & qui ſcriptus fuit tutor, num. 8.*

*Teſtis non repellitur ad teſtificandum, nec Iudex ad iudicandum, ſi commodum non venit principaliter, ſed ſecundario, & in conſequentiam, n. 9.*

*Iudicaturæ exercitium ſecum fert maximum onus, num. 10.*

*Epiſcopus eſt verè Iudex Ordinarius, numero 11.*

*Iudex an ſit competens, coram ipſo tractandum eſt, num. 12. quod intellige vt numero 13.*

*Iudex Ordinarius cognoſcit, & pronuntiat, ſuper exceptionibus declinatoriis ſui fori, etiamſi ex tali pronunciatione aliquod leue intereſſe prætendat, veluti ſportulæ, aut ſignaturæ, n. 13. & 14.*

*Sportulæ debentur Iudicibus delegatis, non verò Ordinariis, n. 14.*

*Iudex poteſt cognoſcere de omni exceptione, quæ contra ſuam Iuriſdictionem opponitur, num. 15.*

*Iudex cognoſcit de ſua iuriſdictione, ſi opponatur exceptio declinatoria, nu. 16. quod extende ad delegatum, vt ſi opponatur, quod reſcriptum ſit falſum, ipſe cognoſcet de falſitate, ſumendo informationem, num. 17.*

*Laicus ſuper re Eccleſiæ conuentus coram Iudice clerico, remittendus eſt ad laicum, quando negat rem eſſe Eccleſiaſticam, numero 17.*

*Iudex non poteſt cognoſcere, quando habet in cauſa intereſſe proximum, & immediatum, n. 18. & 20.*

*Exempti poſſunt recurrere ad Iudicem, Conſeruatorem, ſi verba priuilegij exemptiui ſint clara, & Ordinarius, illis non obſtantibus, velit procedere, ſecus tamen, ſi verba ſint obſcura, & ambigua, n. 19.*

*Priuilegij verba ſi ſint obſcura, ambigua, vel dubia, recurrendum eſt ad ſupremum Principem pro interpretatione, n. 20. & ſequent. n. 34.*

*Inferior Iudex poteſt cognoſcere, & interpretari leges, ſeu priuilegia dubia, per rationem aliquam naturalem, & veriſimilem, n. 23. & 26.*

*Abbates, & Prælati Regulares inferiores, non habentes territorium, & Iuriſdictionem, non poſſunt interpretari iudicialiter ſua priuilegia exemptiua, bene tamen doctrinaliter, & Magiſtraliter, n. 24.*

*Religioſi tenentur ſtare declarationibus, & interpretationibus, factis à ſuis Generalibus, circa Conſtitutiones, priuilegia, & exemptiones, quoad ſerenitatem ſuarum conſcientiarum, n. 25.*

*Religioſi Societatis* IESV, *habent priuilegium, quod quotieſcumque dubium fuerit, ſuper intellectu priuilegiorum Societatis, fiat interpretatio per Iuriſperitos, & alios Iudices in fauorem eiuſdem Societatis, n. 28. & 36.*

*Prælatos Regulares poſſe etiam interpretari iuridicè priuilegia dubia, aliqui defendunt, numero 29. ſed non bene, numero 30.*



*Forum conſcientiæ, quoad rectam rationem, cohæret cum foro externo, licèt in pluribus differant, num. 31.*

*Iudicium forenſe tria conſtituunt, videlicet Iudex, Actor, & Reus, num. 32.*

*Dictio*, Dumtaxat, *de ſui natura eſt taxatiua, limitatiua, & reſtrictiua, quoad omnes cauſas, & perſonas, non expreſſas, num. 33.*

*Prælati Regulares poſſunt interpretari doctrinaliter priuilegia dubia, pro ſecuritate conſcientiæ ſuorum ſubditorum, num. 34.*

*Dubium ſi adſit circa verba ambigua priuilegij, nec facilis ſit aditus ad ſupremum Principem pro declaratione, quid faciendum ſit, n. 35. & 40.*

*Compromiſſum, ſeu tranſactionem facere nemo de iure compellitur, & ſi inuitus à Iudice compellatur, nihil valet, numero 37. quod fallit niſi ſequatur ſcandalum, num. 38.*

*Partes ſi diu litigarunt, & cauſa eſſet dubia; poſſunt compelli, ad illam decidendam per compromiſſum, & tranſactionem, numero 39.*

*Vtilitas publica ſi in aliquo caſu ſequatur, non eſt vitandus circuitus, vt illa conſequatur, num. 40.*

1 DIximus in quæſtione antecedente, teneri Regulares exhibere priuilegia exemptiua Ordinario, nec ſufficere, quod illi aſſerant, ſe habere talia priuilegia, modò ſuccedit inquirere, an ſi poſt exhibitionem iudicent Ordinarij, non ſuffragari caſui de quo agitur, nec ad rem facere, poſſint prouocari ad Summum Pontificem, vel ad quem id fieri debeat.

2 Hæc quæſtio duas continet partes. Prima an pertineat ad Ordinarium cognoſcere, ſi talia priuilegia exhibita ſuffragari poſſint caſui de quo contruertitur; Secunda, an tunc debeat prouocari ad ſummum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotiſſimis ad Metropolitanum, vel Ordinarium viciniorem, ſeu potius eligere conſeruatores.

3 Et quoad primam partem pro negatiua plura faciunt; nam ſi talis facultas concederetur Ordinario, eſſet iudex in cauſa propria, cum ſua interſit, plures habere, in quibus ſuam iuriſdictionem exercere valeat: ergo tanquam ſuſpectus, & intereſſatus admitti non debet. *l. qui iuriſdictioni* 10. *ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. vnica. C. nequis in propria cauſa*, vbi communiter Doct. & aduertit gloſ. *in l. ex quacumque verbo ſciatur ff. ſi quis in ius vocatus.*

Secundò, quia maximus eſt honor, Iu- 4
dicem eſſe, cap. *vt debitus* 59. *de appellation. l. omnem honorem C. quando prouocare non eſt neceſſe*, ergo propter illum datur cauſa ſuſpicionis, quia legitima exiſtente, non poteſt iudex cauſam pronunciare.

Tertio, quia fuerunt varia ſummorum 5
Pontificum priuilegia, in fauorem Religionum conceſſa, quæ diſponunt, non poſſe Epiſcopos interpretari priuilegia Regularium, in caſu tangente propriam iuriſdictionem, & Clementem IV. Ordini Prædicatorum, quod ad literam refert Ceſpedes, *in tractatu de exemptione Regularium cap.*
24. *dub.* 382. & alia plura ad idem tenden- 6
tia enumerat Tamburinus de iure Abbatū *tom. 1. diſp. 16. q. 6. n. 5.* in quibus ſtatuitur, quod in caſu dubio, an iuriſdictio contra Regulares pertineat ad Epiſcopum, vel ad proprios Prælatos Regulares, talem interpretationem, non ad Epiſcopum, ſed ad ipſos Prælatos Regulares pertinere, & ita tenent Tamburinus, & Ceſpedes vbi proximè, Sanchez *in ſuis conciliis moralibus lib. 6. cap. 9. dubio* 1. *n.* 34. vbi citat Enriquez, *in ſumm. tom. 1. lib. 7. de indulgentiis cap. 25. n.* 6. quibus iunge Bordonem *in ſuis variis reſolutionibus, ſeu Conſiliis Regularibus, q. 56. art. 12. §. ſexta, & tom. 2. q. 65. art. 7. §. ſecunda, & §. in fauorem*, Pellizar. *in ſuo Manuali Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 1. ſect. 6. q. 1. num. 134. & cap. 6. ſect. 1. q. 50. n. 86. in fine verſ. addò ego.* Noſter Fr. Hieronymus de Garcia *in ſua Politica Regul. tract. 8. difficul. 3. dub. 4. punct. 2. n. 7.* Lezana *in ſum. 3. p. verb. exemptio Regular. n* 14.

Contrariam tamen ſententiam plures 7
tuentur ex eo: quia cum Epiſcopi de iure habeant fundatam intentionem quoad exercitium ſuæ iuriſdictionis in tota Diœceſi (vt ſæpè diximus in quæſt. anteceden-
ti) non poteſt conſiderari aliquod imme- 8
diatum intereſſe, provt requiritur adhoc, vt repelli debeat à tali cognitione, enimuero quando intereſſe non eſt immediatum, ſed in conſequentiam, non poteſt conſiderari ſuſpicio, quæ repellat iudicem (licet ſi intereſſe ſit conſiderabile, quamuis in conſequētiam non debeat admitti, vt diximus *ſupra p. 1. clauſ. 2 n. 6.*) at in preſenti diuerſa ratio conſideratur, ex congeſtis per Salgadum *de retent Bull. p. 1. cap. 16. n.* 8. & ſequent, vt videmus in legatario, & in eo qui ſcriptus eſt tutor in teſtamento, hi enim adhiberi poſſunt teſtes teſtamentarij *ex l. qui teſtamento* 20. vbi gloſſa verbo. *habetur ff. de teſtamentis l. dictantibus Cod. eodem*

eodem titulo, §. legatariis, inſtituta eodem
titulo Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 970. &
lib. 3. concl. 1357. n. 6. vbi plures refert, de
communi opinione atteſtantes.
9 Et idem iudicium faciendum eſt in Tu-
tore. l. 1. ff. de auctorit. Tutor. quia quoties
commodum non venit psincipaliter, ſed
ſecundario, & in conſequentiam, non eſt
in conſideratione, vt per gloſſ. in cap. 2. verb.
Detrimentum, de pactis, in 6.
10 Immò etiamſi aliquid habeat Iudex, po-
terit cognoſcere, pro vt teſtatur Cauedo
deciſ. Luſitana 41. num. 3. cuius verba refe-
remus infra num. 14. Et in hoc caſu, non
ſolum conſiderari poteſt in Iudice Ordi-
nario aliquod commodum, ſed maximum
onus, quod ſecum ſemper fert iudicaturæ
exercitium, vt conſiderauit Gloſ. in cap. ſi
contra vnum, verbo probari, verſ. ſed dic
quod licet, de officio, & poteſtate Iudicis de-
legati in 6. vbi ita ait: Sed dic, quod licet Iu-
dici debeatur honor, tamen ideſt onus, vt ſu-
pra eodem cap. Paſtoralis ibi, exonerare, &c.
& ff. de muner. & honor. l. vltima §. iudican-
di, &c. Ex qua gloſſa patet, potius onus,
quam intereſſe conſiderari poſſe, immo
ibidem gloſ. Marginalis aduertit per hæc
11 verba: Nota gloſ. quod in dubio, Iudex non
præſumitur, ſe pronunciaturum Iudicem,
dum verè Iudex, &c. ergo cum Ordinarius
ſit verè Iudex, non eſt præſumendum, ſe
Iudicem pronunciaturum, ſi per priuile-
gia ei oſtenſa conſtaret de exemptione, &
exinde ad eum pertinere declarationem,
an ſuffragentur necne, & ita hanc ſenten-
tiam defendit Barboſa in collect. ad dict. cap.
cum perſona, de priuilegiis in 6. num. 7. & 8.
vbi pro ea allegat Iaſonem in l. 2. ff. ſi quis in
ius vocatus, Simanck. de Catholicis inſtitut.
12 tit. 30. num. 21. Gama Tuſitan. deciſ. 340.
num. 3. qui ita ait: Cùm de exceptione
nullitatis, propter incompentențiam Iudi-
cis tractatur, tunc coram illo, quem incom-
petentem pars allegat, exceptio iſta tra-
ctari oportet ſecundum Bartolum in leg. ſi
expreſſim ff. de appellationibus probat leg. ſi
Præſes C. quomodo, & quando Iudici, notat
Iaſon in l. imperium num. 30. ff. de iuriſdict.
omnium Iudicum.
13 Et ita iudicatum eſſe teſtatur Caued.
Luſit. deciſ. 41. num. 1. p. 1. & ita ſcribit: Is
caſus ſæpè in Senatu occurrit, & diſtinguen-
do caſus ſic ſemper deciſum fuit. Si Iudices
Ordinarij ſunt, tunc ipſimet cognoſcunt, an
ſua ſit iuriſdictio, & pronunciant ſuper ex-
ceptionibus declinatoriis ſui fori, ſeu incom-
petentiæ, patet hoc ex l. ſi quis ex aliena ff.
de iudicus, l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non
ierit, facit Ord. lib. 1. titul. 4. §. E quanto,
& lib. 3. titul 53. in principio, & aliis mul-
tis, Bartol. in d. l. ſi quis ex aliena, & in d. l.
ſecunda, & in l. de iure, ff. ad Municipalem,
Gama deciſ. 340. n. 3. &c.
Quod extendit ipſe Cauedo ibidem 14
num. 3. etiamſi Iudices ex tali pronuncia-
tione inter eſſe prætendant per hæc ver-
ba. Quod adeò verum eſt, vt locum ha-
beat, etiamſi ex tali pronunciatione Iudices
aliquod intereſſe prætendant, puta ſportu-
las, ſeu ſignaturam; nam his non obſtantibus,
poſſunt cognoſcere, an Iuriſdictio ſua ſit:
Patet hoc, nam delegatis Iudicibus deben-
tur ſportulæ, & non Ordinariis l. reforma-
tionis §. 20. Authent. de Iudicibus §. ſi quis
autem, verſ. ne autem collat. 6. Iaſon dicta
leg. 2. num. 17. at hi poſſunt cognoſcere an
ſua ſit iuriſdictio d. Cap. Paſtoralis; ergo
Iudices, etiamſi intereſſe prætendant in
cauſa, poſſunt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdi-
ctio, &c. Hæc Cauedus, cui iunge Frago- 15
ſum de Regim. Chriſt. Reip. p. 1. lib. 4. diſ. 10.
§. 2. num. 150. verſ. quæſtionis eſt, vbi reſol-
uit, Iudicem poſſe cognoſcere de omni
exceptione, quæ contra ſuam Iuriſdictio-
nem opponitur, de quo late agit Salgado
de retent. Bul. p. 2. cap. 16. num. 6. cum ſeqq.
Sed quia omnia, quæ pro hac opinione
dici poſſent, reperiuntur congeſta per
Ioannem Petrum Surdum tom. 2. conſilio- 16
rum conſ. 286. num. 3. & 4. operæ pretium
duxi, ipſius verba ad litteram referre, quæ
talia ſunt. Tertiò, vbi non poſſit ſimpliciter
cognoſcere principalem cauſam, ſaltem ad-
mitti debet ad ſumendum informationes, an
bona petita ſint feudalia, ad effectum, vt ſi
conſtabit, eſſe talia, poſſit procedere ad al-
teriora in cauſa principali: ita Ioan. Andr.
in cap. Romana, §. contrahentes, de foro com-
petenti in 6. vbi dicit. Quod ſi Conuentus
ad declinandum Iuriſdictionem neget, con-
traxiſſe in loco vbi conuenitur; Iudex poterit
ſe informare, an ibi contraxerit, idem Ioan.
Andr. in cap. ſuper litteris de reſcriptis,
vbi dicit. Quod Iudex cognoſcit de ſua iu-
riſdictione, mouetur ex leg. ſi quis ex aliena
ff. de iudiciis, & hoc etiam voluit Baldus
in dict. leg. ſi quis ex aliena, colum. 1. in fine,
& colum. 2. idem Bald. in leg. Præſcriptio-
ne num. 38. Cod. ſi contra ius, vel vtilitatem 17
publicam, vbi dicit; Quod ſi contra delega-
tum opponatur, quod reſcriptum ſit falſum,
ipſe cognoſcet de falſitate, ſumendo informa-
tiones; ideo quamuis Laicus ſuper re Eccleſiæ
conuentus coram clerico, ſit remittendus ad
laicum, quando negat rem eſſe Eccleſiæ, C.
ſi clericus laicum, de foro competent. tamen ſi
actor dicat, velle probare, quod res eſt Eccle-
ſiaſtica, Iudex de hoc cognoſcet ad fundan-
dam



dam ſuam intentionem, vt per Butrium de-
clarat Abbas ibi num. 12. & num. 14. &
num. 26. vbi ponit, quid operetur hæc infor-
matio, & quam fidem faciant dictæ infor-
mationes, vbi poſtea tractetur de cauſa prin-
cipali, ſequitur ibi Felinus num. 3. verſ. limi-
ta ſecundò hanc concluſionem, vbi allegat
Chalder. Gemin. Lapum, Imolam, Anchar. &
ſubdit, eſſe non ſolum communem, ſed commu-
niorem, & ampliat procedere, etiam non tan-
tum quando qualitas debet exiſtere, ſed no-
torie exiſtere, quia de illa notorie cognoſcit
Iudex, ſecundum gloſ. in cap. 1. in gloſ. mag-
na circa medium de officio delegati in 6.
Alexand. in conſil. 1. num. 10. volum. 5. Hæc
Surdus.
18 Quibus addo, quod ſi Epiſcopus remo-
uetur in Doctoribus primæ ſententiæ, ex
eo quod eſſet Iudex in cauſa propria, à for-
tiori, & maiori cum ratione id conſideran-
dum eſt reſpectu Prelatorum Regularium;
cum in illo conſideretur intereſſe remo-
tum, & in conſequentiam, & in iſtis proxi-
mum, & immediatum, in quo caſu eſt in
confeſſo apud omnes Doctores, Iudicem
non poſſe cognoſcere, vt tradunt commu-
niter in cap. cum ſpeciali 61. de appellation.
& ibi gloſ. verbo, ſuſpicionis, vbi Barboſ.
num. 11. in eius collectanea alios allegat, &
latè de hoc articulo agit Farinac. in fragm.
verb. Iudex num. 742. & ſeq.
19 Quibus ſic conſtitutis, in hac opinio-
num contrarietate exiſtimo, diſtinguen-
dum eſſe, aut enim tenor, & verba priuile-
giorum ſunt clara, vt non indigeant aliqua
interpretatione, taliter, quod per ſe indu-
cant notorietatem prætenſæ exemptionis,
& tunc ſi facta exhibitione coram Ordi-
nario nolit acquieſcere, immo non ob-
ſtante tali verborum claritate, ad vlteriora
intendat procedere, in tali caſu exiſtimo,
recurri poſſe ad conſeruatorem; at verò ſi
verba priuilegij ſint ambigua, & obſcura,
tunc interpretatio fieri non poteſt, nec per
Ordinarium, nec per Superiorem Regula-
rem, vt contrariæ opiniones voluerunt,
aliqui Doctores, dicentes ad Ordinarium,
alij verò ad Superiorem Regularem ſpe-
ctare declarationem; Nam in hoc caſu ad
20 Pontificem recurrendum fore fatendum
eſt, vt expreſsè deciditur in capit. cum ve-
niſſent tit. 12. de iudiciis, vbi gloſſa plura
refert, verbo, Iudicari, Chochier. de iuriſd.
ord. in exemp. tom. 1. p. 2. quæſt. 13. & alij
plures relati à Barb. in collect. ad eum text.
& à Tambur. in loco infra citando, Pellizz
in manuali Regul. tom. 2. tract. 8. c. 1. ſect. 6.
quæſt. 1. num. 134. latè plures alios allegans,
Salgado de retentione Bull. 2. part. cap. 16.
n. 12. & 13.
Quæ ſententia videtur de mente Pōtifi-
cis Clementis IV. in ſua conſtitutione, con-
ceſſa fratibus, & Ordini Dominicano, vbi
id videtur inſinuare, & habetur in Bulla-
rio Cherub. tom. 1. in conſtitutionibus eiuſ-
dem Clementis conſt. 12. quæ incipit. Ordinis
veſtri pag. 119. in prima impreſſione, & in
ſecunda pag. eamque refert Ceſpedes in
tract. de exemptione Regular. cap. 24. dub.
382. & in §. 2. ita ait: Quia vero, ſuper hoc
Apoſtolicæ prouiſionis remedium imploraſtis:
Nos veſtris ſupplicationibus annuentes, ne
præfati Archieſpicopi, Epiſcopi & Prælati
alij, prædicta priuilegia, & indulgentias, ſiue
clara, quæ interpretatione non indigent, ſiue
dubia contineant, de cætero interpretari
præſumant, auctoritate præſentium diſtri-
ctius inhibemus, volentes, vt cum eius ſit in-
terpretari, cuius eſt condere, interpretatio
ſuper huiuſmodi dubiis, & obſcuris dictæ Se-
dis Iudicio requiratur, &c.
Ex quibus conſtitutionis verbis infer- 21
tur, non fuiſſe loquutum Ceſpedes conſe-
quenter in d. dub. 382. nam cum prius re-
ferat verba dictæ conſtitutionis Clem IV:
proſequitur num. 3. & ita ait. Notat tamen
Bordonus cum Rodriguez, Epiſcopum
poſſe de priuilegio dubio exigere, & quæ-
rere apud Prælatum tamen, & Superiorem
Religionis, contra quam vult procedere,
&c. Hoc quam ſit alienum à verbis, & mē-
te conſtitutionis Clementis, nemo eſt qui
non videat? & cum immediatè anteceden-
ter ipſa verba ab ipſo proponantur, neſcio
equidem, quomodo adaptet, vt illud non
fiat coram Pontifice, ſed coram ſuperiore
Religionis, cum ipſa conſtitutio clamitet,
vt eius ſit interpretare, cuius ſit condere. Et
cum pro ſua opinione alleget Sanchez, ſi
iſtius verba perpendantur, reperiemus,
contrarium dixiſſe in ſuis conſiliis morali-
bus lib. 6. cap. 9. dub. 1. num. 34. vbi ita ait.
Septimo infertur, quod in dubio an iuriſdi-
ctio contra Regulares exemptos pertineat ad
Epiſcopum, non poteſt Epiſcopus de cauſa
cognoſcere, quia interpretatio priuilegiorum
Societatis, quando dubia ſunt, reſeruantur
Papæ, vt conceſſit Paulus III. in Bulla an-
ni 1549. & idem conceſſit Congregationi
Benedictinorum, & Prædicatoribus, ac Mi-
noribus, vt refert Pater Generalis Claudius
in compendio priuilegiorum Societatis ver-
bo, priuilegium §. 1. & 4. &c. ergo Sanchez
ſentit, ad Papam recurrendum pro inter-
pretatione, non verò ad Prælatum Regu-
larem, & ideò non bene à Ceſpedes pro
ſua

ſua opinione allegatur, cum potius contrarium docuerit.

22 Nec ſimiliter audiendus eſt Tamburinus *de iure Abbatum, in d. tom. 1. diſp. 16. q. 6.* Nam *num. 1. & 2.* cum pluribus Doctoribus reſoluit, interpretationem priuilegiorum circa mentem, vel poteſtatem concedentis ad ſolum Principem pertinere; at verò ſi dubium ſit, an priuilegium validum, vel ſubreptitium, tunc poſſe inferiorem Iudicem illud interpretare; quia eo caſu magis tractatur de priuilegiato, quam de priuilegio, & *num. 4.* aduertit ipſe Tamburinus, in hæc verba: *Sed eſt hic aduertendum, quod Prælatus inferior, qui eſſet priuilegium interpretaturus, non poteſt illud interpretari in cauſa propria, quia hoc eſſet iudicare in cauſa propria, quod eſt res valde iniqua. l. vnica, c. ne quis in re ſua ius ſibi dicat, canon. 1. & 2. 4. q. 4.*

23 Pergit Tamburinus *num. 5.* & refert varia priuilegia, conceſſa Regularibus, vt in cauſa dubia non poſſit Epiſcopus iudicare, & inter ea enumerat illud Clementis IV. ſuperius traditum *num.* 20. proſequitur *num.* 6. & ait: Quod ſi dubium ſit circa verba priuilegij, & ſenſus eſt clarus, poterit inferior cognoſcere in præiudicium partium, ex eo quia inferior interpretatur legem ſcriptam in præiudicium partium, at ſi ſenſus eſt dubitabilis, & de facili Princeps adiri poteſt, ait Tamburinus, ad eum, ſpectare interpretationem, ſin minus Iudex inferior poterit decidere huiuſmodi caſum, per rationem aliquam naturalem, & veriſſimilem, quæ probari poſſit per expreſſa verba priuilegij, vel aliud ſimile.

24 Proſequitur Tamburinus, & *num. 7.* probat, quod licèt Abbates, & alij Prælati Regulares non poſſint de iure iudicialiter declarare, ſeu interpretare ſua priuilegia, bene tamen poſſe Magiſtraliter, & doctoraliter, ad Religioſorum ſecuritatem conſcientiæ illa interpretare, & declarare.

25 Et tandem *num.* 8. concludit. Verum ex priuilegio, non ſolum Magiſtraliter, & doctrinaliter, verum etiam iuridice, eorum priuilegia, Regularium Prælatos Generales interpretare poſſe, vt patebit ex verbis ipſius Tamburini *infra referendis, numero* 29.

26 Et profectò multa ab eo annotata reperio impugatione digna, primo enim ipſe fatetur, *num.* 3. Prælatos inferiores non poſſe cognoſcere de priuilegio dubio, quia hoc eſſet iudicare in cauſa propria, quod eſt valde iniquum, &c. Si hoc æqualiter dixiſſet de ambobus Prælatis inferioribus, ſcilicet de Ordinario, & Superiore Regulari admitti poſſet, ſed negat in Ordinario, & concedit Prælato Regulari; neſcio equidem, quis iudicari debeat magis intereſſatus, an ille qui habet intereſſe remotum, & in conſequentiam ſicut Ordinarius (vt diximus *ſuprà num. 7. &* 8) an verò Prælatus Regularis, qui habet intereſſe immediatum, & proximum, ergo in hac parte à fortiori ex ſua doctrina conuincitur, ex his, quæ annotauimus *ſupra n.* 18.

27 Præterea, quoad probandum, quod ex priuilegio id erat conceſſum Regularibus allegat primo priuilegium Clementis IV. (de quo *ſupra num.* 20.) & ex eo conſtat expreſsè, interpretationem eſſe reſeruatam Pontifici, vt patet ex verbis ipſius priuilegij, *relatis ſupra num.* 20. Secundum vero priuilegium conceſſum ab Alexandro VI. Congregationi ſanctæ Iuſtinæ de Padua; & aliud Societati IESV, vbi conceditur, quod quotieſcumque dubium fuerit ſuper intellectu priuilegiorum Societatis, inter Iuriſperitos, & alios Iudices in fauorem eiuſdem Societatis fiat interpretatio, ad quod adducit pro ſe Mirandam in manuali Prælat. *tom. 2. quæſt.* 44. *artic.* 1. *concluſ.* 21

Profectò ex verbis ipſius priuilegij, & ex doctrina Mirandæ. ipſiuſque Tamburini potius deducitur contrarium; nam in principio concluſionis aſſerit Miranda, cum Panormitano, & Sylueſtro, quod ſi dubium adſit ſuper validitate, aut ſubreptione priuilegij, tunc poſſe Iudicem inferiorem illud interpretare, & ſtatim ſubdit Miranda in hæc verba: *Sed intelligenda eſt concluſio cum ſale, ita vt Prælatus inferior, qui priuilegium habet interpretare, & declarare, in eadem cauſa non ſimul agat officium actoris, ſiue partis, aut ſuſpectus ſit de eo, quod aliquo peculiari lucro, aut commodo moueatur, & exinde infert Miranda, quod ex ea cauſa aliqui Regulares obtinuerunt priuilegia à Summis Pontificibus, vt in caſu dubio exemptionis à Iuriſdictione ordinaria, talis cognitio, & declaratio non poſſet fieri per Epiſcopos, & refert prædictum priuilegium Clementis IV. & concludit. Simile priuilegium habet Religioſi Societatis* IESV, *vt refert Collector Compend. eiuſdem Societatis, tit. priuilegium, §. 1. & 4. qui etiam refert, eoſdem habere priuilegium, quod quotieſcumque dubium fuerit ſuper intellectu priuilegiorum Societatis, inter Iuriſperitos, & alios Iudices, in fauorem eiuſdem Societatis fiat interpretatio,* &c.

28 Quæ quidem Mirandæ verba, eadem ferè contextura, refert Tamburinus vbi ſuprà, & Portellus *de dubiis regular. verbo, Priuile*



*priuilegij declaratio n.* 76. Ex quibus ipſe manifeſtè conuincitur; ſi enim inter Iuriſperitos, & alios Iudices facienda eſt declaratio, ergo fieri non debet per Superiorem Regularem, vt ex dictis priuilegiis vult Tamburinus, qui *num 6. verſ. hic autem notandum,* fatetur, interpretationem, & declarationem Iudicialem priuilegiorum ſolum de iure pertinere ad ſummum Pontificem, vel ad Principem ſupremum, concedentem, licet doctrinalem, & magiſtralem poſſit efficere inferior, & alij Prælati Regulares, ſicuti quilibet iuriſperitus, vel Theologus, quam doctrinam licet de iure procedere teſtetur Tamburinus; aut ex priuilegio poſſe Prælatos Regulares, non ſolum doctrinaliter, & Magiſtraliter, verùm & etiam Iudicialiter id efficere neruoſe defendit *in d. q. 6. n.* 8. vbi
29 ita ait. *Verùm ex priuilegio non ſolum magiſtraliter, & doctrinaliter, verum etiam iuridice eorum priuilegia Regularium Prælati Generales interpretari poſſunt. Nam Iulius I. in quadam Conſtitutione, quæ incipit. Conſiderantes quod multa, relata à Laurentio de Peirin. tom. 1. Priuilegiorum ſui Ordinis, Conſt. XIII. dicti Pontificis fol.* 470. *conceſſit Generali Ordinis Prædicatorum, quod ſi in Conſtitutionibus eiuſdem Ordinis, aut circa priuilegia, Indulta, gratiaſque & exemptiones à Sancta Sede Apoſtolica illi conceſſa* &c. *aliqua ambiguitas emerſerit, idem Generalis illam (quoad ſerenitatem illarum conſcientiarum, quæ ſibi ſubiectæ ſunt dumtaxat) interpretetur: Quod priuilegium intelligendum eſt de facultate interpretandi, & declarandi iuridice, non autem doctrinaliter, & magiſtraliter, quia hæc facultas non erat neceſſaria, cum id (vt diximus) cuilibet Doctori integrum ſit, quapropter Religioſi tenentur declarationibus, & interpretationibus factis à Generali circa Conſtitutiones, priuilegia, exemptiones,* &c *ſtare, in his, quæ ad ſuarum conſcientiarum ſecuritatem ſpectant, quod etiam notat Laurentius de Peirinis in annotationibus ad prædictam conſtit. 13. Iulij ſecundi n.* 2. Hæc Tamburinus.

30 Sed inſpecta contextura Conſtitutionis, non bene ex ea infert Tamburinus, Prælatos Generales poſſe interpretare priuilegia dubia Regularium, non ſolum Magiſtraliter, & doctrinaliter, ſed etiam iuridice, quod quidem nullo modo deducitur ex dicta Conſtitutione, ſed ſolum, quoad ſerenitatem conſcientiarum, in quibus terminis dicit Tamburinus, teneri Religioſos ſtare, in his quæ ad ſuarum conſcientiarum ſecuritatem ſpectant; ſi hoc ita ſe habet, quænam connexio, ſeu extenſio conſiderari poteſt reſpectu declarationis, quoad ſecuritatem conſcientiæ, cum actibus Iudicialibus externis.

31 Enim vero, licet quoad rectam ratione cohæreant forum internum cum iudiciali, & externo; at in pluribus differunt, vt tradunt Cardinalis Lugo *de iuſtit. & Iur. diſp. 22. ſect. 5. n. 64. & de pœnit. diſp. 20 ſect. 2. n 19.* & latiſſimè Eſcobar à Corro *de vtroque foro tom. 1. art. 1. nu. 2. & ſequent.*
32 Nam cum in omni negotio, ad inducendum Iudicium, & actum Iudicialem; tria præciſe requirantur, videlicet, Iudex, Actor, & Reus cap. *forus §. in omni quoque negotio, de verb. ſignif.* Gratianus *tom. 1. diſcept forenſ. cap. 18. n.* 29. Paz (qui latè agit de hoc articulo) *in ſua praxi tom. 1. in initio annotationis 3. tit de perſonis neceſſariis in iudicio*; & diximus *ſupra clauſ. 5. n.* 38 eſtque communis omnium Doctorum ſententia; ſi igitur Iulius II. conceſſit prædictam interpretationem quoad ſecuritatem conſcientiarum Religioſorum, ſequitur, non poſſe intelligi de interpretatione iuridica, quæ requirit Actorem, Reum, & Iudicem.

33 Præterea, quia hic reſtrinxit Pontifex ad ſecuritatem conſcientiarum, perſonarum, quæ ſuperiori Regulari ſunt ſubiectę, & adiecit illam dictionem, *dumtaxat,* quæ de ſui natura eſt taxatiua, limitatiua, & reſtrictiua, quoad omnes caſus, & perſonas, non expreſſas, vt cum pluribus tradit Barboſa *de dictionibus, dict. 97. n. 1. & ſequen.* Ergo ſi Pontifex reſtrinxit illam facultatē quoad ſecuritatem conſcientiarum, quoad perſonas, Prælato ſubiectas dumtaxat, rectè infertur, quoad eas ſolum intelligendum eſſe priuilegium, & quoad illum effectum & non quoad iuridicam interpretationem, ex adductis ſupra, & videtur inſinuare Portel. *de dubiis regularibus verbo, generalis. n. 5. & 6.*

34 Nec ratio in qua fundat Tamburin. ſuā opinionem aliquid vrget, nam cum adhuc controuerſum ſit inter Doctores, an Prælatus inferior, etiam Doctrinaliter, vel Magiſtraliter poſſit interpretari priuilegia, à Principe conceſſa, vt videre licet per Doctores ſuperius allegatos, & per ipſum Tambur. *in d q. 6. n. 6.* illa conceſſio tollit opiniones, & attribuit, vt abſolutè ſine hæſitatione, poſſint Regulares Prælati interpretari priuilegia dubia pro ſecuritate conſcientiarum ſubditorum ſuorum, & ideo iam aliquid ſpeciale eis conceſſit, ſcilicet, quod ſine aliqua controuerſia vti poſſint his, quæ ſine illa non habebant, ex quo ceſſat ratio in qua fundat Tambu

Tamburinus, faciendam eſſe extenſionem in vim prædictæ conſtitutionis, ad interpretationem iuridicam, quandoquidem ad oculum patet, conſequi indiſtinctè Regulares, quod in dubium deduci poterat, & ideo dicendum eſt, ad ſolum Pontificem pertinere iuridicam declarationem priuilegij dubij, prout præter *citatos ſupra numer.*20. teſtantur Pellizz. *in ſuo manuali Prælatorum tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 1. *ſectione* 6. *q.*1. *num.*77. Cochier *de iuriſdict. ordin. in exemptos tom.* 1. *part.* 2. *q* 13. *n.*1. & ita declarauit Sacra Congregatio, decreuitque SS.D.N. Innocentius X. vt patet *ex.*4. *declarat. Superius tradita in prin.* huius *ſecundæ partis*, in hæc verba. An in caſu quo, Regulares quicumque etiam Societatis Ieſu exhibeant aliqua priuilegia, & Ordinarij iudicent, ea non ſuffragari caſui de quo agitur, & ad rem non facere, Regulares præfati poſſint, & debeant prouocari ad ſummum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotiſſimis, ad Metropolitanum, ſiue Ordinarium viciniorem, vel potius poſſint hoc caſu eligere Iudices Conſeruatores? Reſpondit, ſi verba priuilegiorum ſint obſcura, & ambigua, non licet recurrere ad Metropolitanum vel viciniorem Epiſcopum, nec Conſeruatores eligere, ſed ſummum Pontificem eſſe adeundum.

35 Ex qua declaratione, & ex ſuperius à nobis traditis reſultat dubium, quo reſoluto patet reſponſum ad ſecundam partem præſentis quæſtionis propoſitæ in initio, videlicet, quid faciendum, ſi caſus occurrat, & non ſit facilis aditus ad Pontificem, nunquid ſuperſedendum ſit in cauſa; an verò poſſit aliquo pacto de oportuno remedio partibus ſubueniri, cum accidere poſſet, magna ſequi ſcandala, & inconuenientia & fortaſſe partes grauari, in tam longa dilatione conſulendi Pontificem, & cum in præſenti caſu partes habeant intereſſe, licet illud Ordinarij ſit remotum, & in conſequentiam (vt dictum eſt) tamen, vt euitentur iurgia, quæ de facto in ſimilibus caſibus occurrere ſolent, in graue damnum vtilitatis, & pacis publicæ, ideo conſiderandum eſt medium, ex quo non ſequatur præiudicium partibus, nec læſio auctoritatis Supremi Principis, concedentis priuilegium: vnde conſequi poſſit finis, & cum hęc omnia in meam occurrãt mentem; exiſtimaui, temperamentum ſumi poſſe, nõ alienum à Iure; immo iuxta illius metas, cum quo apprime prædicta effectũ habebunt. Erit ergo medium, quod ſi exhibito priuilegio à Regularibus coram Ordinario, continente verba dubia, & ambigua; ſi Epiſcopus iudicet, illud non comprehendere caſum, ſuper quo contenditur: contra vero Regulares comprehendi prætendant, & in vtramque partẽ dubium ſit (nam ſi clarè conſtet comprehendi, vel non, tunc non eſt neceſſarius recurſus, cũ in claris non ſit opus declarationibus, nec coniecturis Ant. Monach. *deciſ. Florentina* 1. *n.* 20. *& deciſ.* 23. *n.* 16.) Tunc ſuperſedendum eſt in cauſa, & nominandi ſunt per partes Iuriſperiti, & viri docti, non vt definiant, ſed tantum ex ſua declaratione retardetur, & differatur exequutio, ſeu aliqua non iuridica declaratio, per ipſos inferiores facienda, quæ anſam præberet pluribus ſcandalis, & damnis; & facta declaratione per tales iuriſperitos, & viros doctos, erit in ſuſpẽſo cauſa, donec Princeps conſulatur, & decidat, cuius iuſſioni poſtea ſtãdum, & obtemperãdum ſit, & interim pars in cuius fauorem arbitri declarauerint vti poterit ſententia per arbitros pronũciata.

36 Quod non videtur alienum à ratione, immo de mente Pontificum, cum in priuilegio cõceſſo Societati Ieſu ſtatuatur, quod quotieſcumq; dubium fuerit ſuper intellectu priuilegiorum ipſius Societatis inter Iuriſperitos, & alios Iudices fiat interpretatio &c. Ergo hoc genus temperamẽti videtur de mẽte Pontificum, quod quidem inſinuauit Cochier *de iuriſdi. ordin. in exemptos tom.* 1. *p.* 2. *q.* 13. vbi poſtquam diſcuſſit præſentem diſputationem, variaſque diſtinctiones adduxit *n.* 4. ita ait. *Quibus addo, quod inferior etiam de nullitate, ſeu validitate exemptionum cognoſcere poſsit, non vt definiat, ſed vt retardet tantum, aut differat illarum executionem, donec Superiori reſcripſerit, interim expectando ſecundam iuſsionem Buttrius, & Doctores in c. tua, de ordine cognitionum, Abbas in c. de cætero in Secundo notabili de re iudicata Gloſſa in c.* 1. *vbi Innocent. de officio Ordinarij, Borgaſius tract. de irregularitate, & diſpenſatione p.* 2. *tit. qua diſpenſatio dicatur indiſcreta fol.* 26. *colum.* 2. &c. Hæc Chochier. Qui quidẽ modus decidẽdi cauſas in contentione iuriſdictionis, & interpretandi priuilegia dubia, eſt valde vtilis, & neceſſarius ad conſequendam quietem, & tranquillitatem publicam, eumque ad eum effectum ius admittit ex late à nobis deductis *ſupra in* 1. *p. clauſ.* 10. & exinde exiſtimo, eo vti poſſe, & deberi.

37 Sed licet replicari poſſit, diuerſimodè in noſtro caſu ratiocinandum eſſe, quàm in aliis, enim vero cum in iure non ſit cautum, quod in tali dubio recurri debeat ad arbitros, prout in caſibus à nobis expreſſis *in dict. clauſ.* 10. ſequitur, quod ſi Ordinarius, aut Religio, ſiue Religioſi, contendentes de interpretatione priuilegij dubij nolint, vt per Arbitros, & Iuriſperitos decidatur talis controuerſia, etiam per illud tantum tempus, donec Supremus Princeps conſulatur, ad id exequendum compelli non poſſint, cum de iure communi nemo cogi poſſit, vt tranſactionem, vel compromiſſum faciat, taliter, quod ſi à Iudice inuitus cogatur, non valeat, nec ſit alicuius effectus, vt latè probat Iaſon in lege quidam exiſtimauerunt *n.* 4. ff. ſi certum petatur.



38 At prædictis non obſtantibus in noſtro caſu id fieri debet, ſi partes non acquieſcant, nec velint expectare declarationem ſummi Pontificis, licet enim alias de iure nullus compelli poſſit ad faciendam tranſactionem, ſeu compromiſſum; prædicta tamen regula fallit, niſi eſſet timor futuri ſcandali, quia tunc compelli poſſunt partes ad concludendam cauſam per tranſactionem propter bonum publicum, ne ad arma deueniant, vt cum Paulo de Caſtro, & Alexandro in d. l. quidam exiſtimauerunt, & aliis tradit Iaſon vbi proximè *in d. n.*4. ibi. *Prædicta regula fallit ſecundum Paulum, & Alex. hic, niſi eſſet timor futuri ſcandali, ne partes ad arma deueniant*, &c. de quo latè Neuicanus *in ſylua Nuptiali librō ſexto qua eſt finalis ſub titulo, in dubio Iudicandum, pro communi, pag.* 144. *in antiqua impreſsione colum.* 1. *verſ. & perſuadendo partibus concordiam, & colum.* 4. *verſ. tunc enim Iudex partes concordando*, &c.

39 Secundo fallit prædicta regula, quando partes diu litigaſſent, & cauſæ eſſent dubiæ, ex diſpoſitione Concilij Agathenſis, tempore Symmachi Papæ tertij, *anno Domini* 506. & habetur *tom.* 2. *Concilior pag.* 503. *in impreßis Venetiis de anno* 1585. *cano.* 31. & reperitur *in decreto Gratiani, in cap. placuit* 90. *diſtinct.* in hæc verba. *Placuit etiam (vt ſicut plerumque fit) quicumque odio, aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacem reuocari diuturna obſtinatione nequiuerint, à Sacerdotibus Ciuitatis primitus arguantur; qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint de Eccleſiæ cætu iuſtiſsima excommunicatione pellantur*, &c. *vbi notat gloſ. marginalis ibidem in verbo, diuturna, quod notant Doctores in l. quidam exiſtimauerunt, ff. ſi certum petatur, poſſe Iudicem compellere eos, ad ineundum compromiſſum, ſeu tranſactionem, qui diu litigauerunt*, &c.

40 Ex quibus deducitur ad noſtram quæſtionem, quod etſi de iure communi non reperiatur canon, ſeu lex inducens obligationem, vt quoties vertitur dubium de vero intellectu priuilegij ambigui, quoad exemptionem à Iuriſdictione ordinaria, reſpectu Regularium, vel aliorum exemptorum, tunc donec conſulatur Supremus Princeps, decidatur cauſa quo ad omnes, per Iuriſperitos, & viros doctos; attamen ob bonum publicum, & communem tranquillitatem obuiandi ſcandala, & euitandi iurgia, & diſſenſiones, quæ in talibus accidentibus experiri ſolent, & quotidie pro manibus habentur, erit ſalubre conſilium, vt interim donec Pontifex, vel Supremus Princeps declaret ſuam mentem, & reſcribat interpretationem verborum dubiorum priuilegij, viri iuriſperiti, & docti interponant ſuum iudicium, cui partes acquieſcant, cum quo contendentibus, licet in remotis exiſtentibus, ſuccurritur, & non fit iniuria ſupremæ poteſtati, nam in omnibus remanet reſeruata eius auctoritas, cum quo partes ſibi non arrogant ius interpretandi, quod Superiori eſt reſeruatum, ſed tantum fit, ad finem conſequendi maiorem tranquillitatem, & quietem, ex regula quod quando inſurgit aliqua vtilitas, non eſt vitandus circuitus, vt tradit Barboſa *in collect. ad cap. tuam, de ordine cognitionum num.* 5. In noſtro caſu adeſt publica pacis vtilitas, quæ cum prædicto temperamento conſequitur, excuſanturque tot moleſtiæ; tot iurgia, totque ſcandala, quæ quotidie in ſimilibus caſibus inſurgunt, ergo non debet vitari iſte circuitus, qui non lædit partibus, cum poſtea ſit ſemper deferendum declarationi, & decreto Superioris, & ex deciſione iſtorum iuriſperitorum ſolum conſequitur quoddam (vt dicitur) interim, quod eſt vnum limitatiuum intermedij temporis, & importat pendentiam ipſius medij temporis, taliter quod vltra illud, non prætendatur res, vel cauſa, vt cum pluribus tradit Barboſa de diction. vſu frequentibus *dict.* 173. *num.*1. ex quo partes non grauantur, & conſequuntur finem. Noſque etiam imponimus præſenti quæſtioni, vt ad alias tranſitum facere poſſimus.

* * *

## QVÆSTIO V.

An Conſtitutio Gregorij X V. circa Conſeruatores Regularium, public ata de anno 1621. cum Declarationibus Eminentiſſ. Card. S.C. Tridentini Interpretum editæ, æquè afficiat, & comprehendat Religioſos Societatis IESV, ac reliquos Regulares, ita vt omnia priuilegia fuerint reducta ad terminos dictæ Conſtitutionis, & ſic in poſterum debeant ab iis eligi Couſeruatores, iuxta formam, & tenorem prædictæ Conſtitutionis.

### SVMMARIVM.

*Iudices Conſeruatores, qui carent qualitatibus, & requiſitis Bullæ Gregory XV. non poſſunt exercere talem Iuriſdictionem, num. 1. & 2.*

*Conſtitutio Gregorÿ XV. quoad Conſeruatores, æquè comprehendit omnes Regulares, n. 3.*

*Priuilegia Conſeruatorum, reducta ſunt ad terminos, & iuxta metas Conſtitutionis Gregorij XV. n. 3. & 4.*

*Facultas defendendi exemptos à manifeſtis iniuriis per Conſeruatores, non fuit ſublata per nouam Conſtitutionem Gregor. XV. dummodo obſeruent omnia, in ipſa contenta, n. 5.*

*Regularis vnius Conuentus, Monaſterij, vel Domus, non poteſt eligere in ſuum Iudicem Conſeruatorem, priorem, ſeu Guardianum, vel quemuis alium, quacumque dignitate Regulari fulgentem, ſed debet eſſe, qui ſæculari polleat dignitate, num. 6.*

1 MAteriam generalem præſentis quæſtionis, latè tractauimus in prima parte huius voluminis, ſed modo ſuccedit indiuidualiter inquirendum, vtrùm quod inibi reſolutum fuit, circa qualitates Iudicum Conſeruatorum, circa formam nominandi eos, & modum exercendi ſuam iuriſdictionem, &c. intra terminos Conſtitutionis S. Mem. Gregori. X V. debeat obſeruari, videlicet, an æquè afficiat, & comprehēdat Regulares omnes, & alios quoſcumque, taliter quod iuriſdictio, & exercitium regulandum ſit, iuxta terminos prædictæ Gregorian æ Conſtitutionis.

Et inſpecto tenore verborum eius, facilis eſt reſolutio, ait enim in principio, ibi: 2

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter D. Gregorius, diuina Prouidentia Papa X V. ex certis rationabilibus cauſis, animum ſuum mouent. & de voto Venerabilium Fratrum ſuorum S. R. E. Card. Concilij Tridentini interpretum, partim fœlic. record. Clementis Papæ VII. prædeceſſoris ſui, veſtigiis inhærendo, reuocauit, ac nullas, & inualidas decreuit omnes, & quaſcumque Iudicum Conſeruatorum electiones, nominationes, & deputationes: Tam in vim litterarum Conſeruatoriarum, iuxta formam in quínternio Cancellariæ deſcriptam, quam in vim quorumcumque priuilegiorum perpetuo, vel ad tempus, nōdum elapsū, Apoſtolica authoritate conceſſorum, ſeu alias quocumque iure, vel titulo, hactenus factas, pro quibuſcumque Cōuentibus, Capitulis, Militiis, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Cōgregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, aut aliis quibuſuis piis, tam ſæcularibus, quàm cuiuſuis Ordinis etiam Mendicantium, ſeu inſtituti, vel Societatis Regularibus locis, quantumuis exemptis, etiam de neceſſitate exprimendis, ſeu illorum perſonis, cuiuſuis qualitatis, ſeu conditionis exiſtant. In futurum verò Sanctitas ſua hac generali, & perpetuo valitura conſtitutione ſtatuit, & decreuit, vt Iudices Conſeruatores huiuſmodi, ſiue Principales, ſiue ſubrogati, eligi, nominari, aut deputari non poſſint, niſi qui non ſolum habeant qualitates requiſitas, & deſcriptas in Conſtitutione ſimilis





recordationis Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris ſui, quæ incipit: Statum, &c.

Pergit Gregorius X V. in § quæ omnia, & ita ait:

QVæ omnia, & ſingula in præſenti Conſtitutione contenta, Sanctitas ſua voluit inuiolabiliter obſeruari; decernentes ſic in iis, cæteriſque omnibus, per quoſcumque, &c. etiam Sacri Palatij Apoſtolici Auditores; nec non Sanctæ R.E. Cardi. ſublata, *&c.* Iudicari, *&c.* nec non irritum, & inane, *&c.* non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac litteris Conſeruatoriis, quas omnes ad formam præſentis Conſtitutionis reduxit in fauorem quorumcumq; Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicātium, Militiarum, etiam Sācti Ioannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, aut cuiuſuis alterius inſtituti, etiam neceſſario exprimendi, Collegiorum. Capitulorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, ac Priorum quorumcumque tam ſecularium, quam Regularium, locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegiis quoque etiam ex cauſa, & titulo oneroſo, Indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam Màri Magno, ſeu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriorum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, & formis, ſpecialis & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogauit, cæteriſque contrariis quibuſcumque, *&c.*

Ex quibus clauſulis liquido patet, prædictam Gregorij Conſtitutionem, æquè afficere, & comprehendere omnes Regulares, & alios quoſcumque, vt omnes præcedentes conceſſiones, & priuilegia, quoad Iudices Conſeruatores reducta eſſe dicantur ad terminos, & iuxta metas prædictæ Gregorianæ Conſtitutionis, ex his quæ diximus *ſupra in* 1. *p. clauſ.* 12. *n.* 4. *& ſequen.* 3

Præcipuè cum Gregorius appoſuerit clauſulas, inducentes formam præciſam, & reducentes materiam Iudicum Conſeruatorum ad terminos ſui decreti, veluti clauſulam, *ſublata, & decretum irritans,* de quorum affectibus ad intentum præſentis, diximus ſupra in *part.* 1. *clauſ.* 13. per totam. Et inſuper addidit clauſulam, *non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis*, &c. de qua *ſupra in d. p.* 1. *clauſ.* 14. *n.* 3. *&* 4. *&* 7. Et præterea iniunxit Gregorius alias plures clauſulas, de quibus *ſupra in d.* 1. *p. claui* 15. Ex eiſque inducitur expreſſa mens Pontificis, volentis reuocare omnia priuilegia, & conceſſiones quo ad conſeruatorias, eaſque regulandas fore ad terminos ſuæ conſtitutionis, ſimulque afficere omnes, quibus vſque tunc ampliori, & diuerſo modo fuerunt attributæ. Tambur. de iure Abbatum. *tom.* 3. *diſp.* 17. *q.* 1. *n.* 11. *vſque in finem, & q* 2. *n.* 23. §. *octauo virtute, verſ. verum hoc reuocatum fuit.* 4

Et ita declaratum fuiſſe à Sacra Congregatione, cum pluribus tradit Barboſa *in tractatu Apoſtolic. deciſ. verbo Conſeruator, collectan.* 216. *numero* 19. per hæc verba. *Conſeruatorum Poteſtas defendendi Regulares, & alios, à manifeſtis* 5

iniuriis, & violentiis, quæ illis de facto inſerebantur, non cenſetur ſublata per Conſtitutionem Gregorij XV. dummodo obſeruent, formam præſcriptam in Conſtitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij VIII. relatis in cap.1. & finali de officio delegati lib.6. Sacra Congreg. Concil. cuius meminere Laurent. de Franchis de controuerſ. inter Epiſcopos & Regul. pag. 176. Lezana in ſum. quæſt. Regul. tom.2. cap.10. nu.47. Laurent. de Peirinis de priuil. Regul. ad Conſtitutionem 5. Gregorij XV. num. 56. Ioann. Maria Nouar. in ſumm. Bullarum verb. Conſeruatores num.12. &c. Idem Barboſa in paſtoral. allegat.105. & in collect. ad c.5. ſeſſ.14. de reformat. num.2. in fine.

6 Ad idem, Lezana tom.1. ſummæ cap.3. n.11. vbi ita ſcribit. Poſtea Clemen. VIII. in Bulla, edita anno 1592. habetur tom.3. Bullarij Laërtij fol.3. reuocauit omnes, & quaſcumque Iudicum Conſeruatorum deputationes, quæ non habuerint qualitates requiſitas à Bonifacio VIII. in conſtit. quæ incipit: Statutum, & qui non fuiſſent electi in Conciliis Prouincialibus, aut Diœceſanis. Maxime tamen modo ſeruanda eſt Gregorij XV. conſtitutio de Conſeruatoribus edita anno 1621. quæ incipit: Sanct. in Chriſto Pater, 4. tom. Bullarij inter Bullas huius Pontificis n.9. In ea vero in primis reuocat, ac nullas, & inualidas decreuit omnes; & quaſcumque Iudicum Conſeruatorum electiones, quomodocumque hactenus factas. Deinde ſtatuit, & decreuit, &c. & concludit ipſe Lezana per hæc verba. Aduertendo vlterius à Sacra Congregatione & S.D.N. Vrbano VIII. vt patet ex Bulla inter Conſtitutiones ipſius 4. tom. Bullarij n.78. declaratum fuiſſe, hanc Gregorij conſtitutionem non afficere Religionem Hieroſolymitanam, niſi quoad Iudices Conſeruatores, &c. & in fine refert ad litteram prædictam declarationem Sacrę Congregationis, relatam à Barboſa, quod idem repetit Lezana tom.2. cap.10. n.47.

Quod idem vrgentius patet ex ſexta declaratione ſuperius tradita in initio huius ſecundæ partis quæ ita ait. Reſpondit, huiuſmodi Conſtitutionem, cum declarationibus (vt prætenditur editis) æque afficere Religioſos Societatis Ieſu atque aliorum Ordinum, & Conſeruatores ad illius præſcriptum eſſe eligendos, non obſtantibus quibuſuis priuilegiis, quippe, quæ omnia ſunt reducta ad terminos ipſius conſtitutionis; &c. & vide quæ dicemus infra q.25.

7 Et quia, quidquid circa hanc quæſtionem adduci poſſent, nouiſſimè reperiuntur congeſta penes Dianam tom.9. reſol. moral. vbi in fine, allegat obiectum noſtri tractatus, ſcilicet dictum Breue S.N.D. Innocentij X. operæ pretium duxi, illius doctiſſimi, & laborioſiſſimi Patris verba ad litteram referre. Cum enim prius afferat fundamenta, quæ pro contraria opinione latiſſimè fuerunt allegata per Ioannem Naldum, ita concludit, tract.9. reſol.26. Sed ego puto, hodie circa præſentem quæſtionem, ſilere omnia Regularium priuilegia, vt optimè obſeruat ex eadem ſocietate, Caſtro Palao tom.3. tract.16. diſp.4. punct.12. §.1. num.9. vbi ſic ait. Dixi, ſpectato iure communi, nam ſi ſpecialia priuilegia Societatis Ieſu ſpectentur, quilibet Superior Regularis eligi poteſt in Iudicem Conſeruatorem, vt conſtat ex Bulla Gregorij XIII. edita anno 1573. cuius meminit Emanuel Rodriguez tom.1. quæſt. Regul. quæſt.65. art.3. Sanchez lib.6. num.79. Sed quidquid ſit de his priuilegiis, & de deciſione cap. fin. de offic. delegat. in 6. ſtandum eſt conſt. Clementis VIII. editæ anno 1592. & conſt. Gregorij XV. edita 1621. quarum tenorem refert Barboſ. allegat.106. in fine àn.53. quibus cauetur, nullum alium Conſeruatorem eligi poſſe à Regularibus, niſi qui qualitates habeat in d. cap. ſtatutum, præſcriptas, deſignatuſque iudex ſit in Synodo Prouinciali, vel diœceſana; & ob hanc cauſam, quærente Epiſcopo Turritano, an Regulares vnius Conuentus, Monaſterij, vel Domus, aliquem Priorem, ſeu Guardianum, vel quemuis alium, quauis dignitate Regulari fulgentem, in ſuum Conſeruatorem eligere, vel deputare poſſint? Sacra Cardinalium Congregatio reſpondit 6. Octobris 1617. non poſſe, Teſte Barboſa allegat.106. num.15. Hucuſque Palaus, cui adde ex eadem Religione Fragoſum de regim. Chriſt. Reipub. tom.2. lib.4. diſp.12. §.6. n.112. & ſequen.

Nota tamen, quod poſt hæc ſcripta, promulgatum eſt Breue Sanctiſſimi D.N. Innocentij X. ſub die 14. Maij 1648. vbi plura definiuntur circa Conſeruatores, ex cauſa litis ſupradictæ, inter Patres Societatis, & Epiſcopum Angelopolitanum, ideo Lectoribus illud legendum remitto. Hæc Diana.

Ex cuius doctrina, & illorum ab eo allegatorũ, ſatis conſtat, noſtram ſententiam eſſe omnino tenendam, præcipuè ex declarationibus Sacræ Congregationis, & Breui S.D.N. Innocentij X. Superius relatis, à quibus recedere non licet. Et prædictam declarationem ad inſtantiam Epiſcopi Turritani refert D. Epiſcopus Pacenſis D. Felicianus à Vega in cap. cauſam quæ, de iudiciis num.46. & eo allegato probat Doctiſſimus D. Ioannes Solorzano



zano de Indiarum iure lib.3 cap.26. n.123. & nos ſupra in prima parte clauſ.2. nu.11. cum quibus finem imponimus huic quæſtioni.

---

## QVÆSTIO VI.

### An Regulares grauati ære alieno, vel ad ratiocinia, vel teſtamentorum exequutores, poſſint conueniri coram Ordinario, ſi Conſeruatores non nominauerint intra tempus habile ab Ordinario, præſcriptum.

SVMMARIVM.

Religioſi ſubſunt Epiſcopo ratione delicti, & contractus. n.1.

Epiſcopis ſunt ſubiecti Regulares in cauſis Miſerabilium ibid.

Cauſæ Miſerabilium, quæ dicantur. numer.2.

Religioſi conueniri debent pro ære alieno, vel debito contracto, coram ſuis Iudicibus Conſeruatoribus.3. & 4.

Regulares conueniendi ſunt coram Conſeruatore, ſi fuerint Rei, non vero Actores.3.

Debitores Ciuiles an poſſint conuenire Regulares coram Conſeruatore, vel coram Ordinario anceps eſt quæſtio. 5. & 6. & 24.

Ordinarius loci poteſt exigere rationem omnibus exemptis, qui ſint exequutores teſtamentarij, de omnibus operibus, & legatis piis, in teſtamento relictis. 7. quod limita, vt 17.

Ordinarius poteſt punire Regulares, ſi in exequutione teſtamentorum pro legatis piis, & adminiſtratione bonorum, ad eum effectum deſtinatorum, delinquant. n.8. & 22. intellige vt 19.

Epiſcopus poteſt compellere Regulares, etiam exemptos, ad reddendam coram ſe rationem, de exequutione teſtamentorum, illoſque punire, ſi male ſe geſſerint. 9. & 10. & 14. quod limita vt 19.

Regulares poſſunt corrigi per Epiſcopum, & Viſitatores Ordinarios, ratione officij patronatus, aut commiſſariorum vltimarum voluntatum, vel exequutorum teſtamentorum. 11.22.

Epiſcopi de iure ſunt exequutores legitimi piarum voluntatum teſtantium, illiſque pertinet, vt ad vnguem exequantur. 12.

Viſitare poſſunt, & debent Epiſcopi omnia, quæ ad Dei cultum, & animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt. 13.

Religioſus non poteſt fungi munere exequutoris teſtamentarij, ſine licentia ſuperioris. 15.

Religioſus non habet velle, vel nolle. numer.15.

Exequutio teſtamenti facta à Religioſo, nominato exequutore, ſine Superioris licentia, eſt inualida, & nulla. 16. Sed plures DD. contrariam ſententiam defendunt.

Religioſus ſi licentiam obtineat à ſuo Superiore, admittendi munus exequutoris teſtamentarij, ex eo videtur renuntiare ſuo proprio Iudici, & ſe ſubiicere Ordinario. 17.

Dominium bonorum, ad vſus pios deſtinatorum, remanet ſemper ſub iuriſdictione Epiſcopi, nec vllo modo poſſunt conſiderari illa exempta. n.18.

Rationem teſtamentariam exigere, eſt munus publicæ poteſtatis, in commune bonum Reipublicæ introductum. n.19.

Teſtator non poteſt in ſuo teſtamento prohibere, vt Epiſcopus ab Exequutoribus non exigat rationem teſtamentariam. num.20.

Admitti non debet, quod eſt contra bonum commune, & præbet anſam peccandi. n.21.

Regulares, ſi intra Monaſteria maneant, conueniendi ſunt coram Conſeruatoribus pro debitis, & contractibus, dummodo tales Conſeruatores ſint nominati, & habeant qualitates, ad præſcriptum Bullæ Gregorij XV. numero 23. & ſequentibus.

Praxis obſeruanda contra Religioſos, conueniendos coram Ordinario pro debito ciuili. n.26.

QVoad primam partem Riccius in praxi aurea reſol.210. verſ. decimonono fallit, tenet cum Hoſtien. in ſumm. titul. de ſtatu Monachorum §. de viſitat. numer.8. & 9. in hæc verba: Ratione delicti, & contractus, Religioſi ſubſunt Epiſcopis.

2 Quod idem plures extendunt in cauſis miſerabilium, vt etiam in eis Regulares ſubiiciantur Epiſcopis, idem Riccius *in collectan. deciſion. part.* 1. *deciſione* 503. *ſuper Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. Canon.* 3. de quo vide Barboſ. *in paſtor. allegation.* 105. *numero* 22. *&* 23. & Noſtrum doctiſſimum Arragonenſem Cenedo *in ſuis quæſtionibus Canonicis quæſt.* 26. *numero* 33. Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſt.* 11. *numero* 90. Quæ autem dicantur cauſæ miſerabilium vide latè per Sanchez *in conſiliis moral. tom.* 2. *libro* 6. *capit.* 9. *dub.* 2. *numero* 3. *& ſequent.*

3 Alij vero defendunt, Regulares conueniendos eſſe coram Iudicibus Conſeruatoribus pro debito contracto, vel ære alieno, quia Bulla Gregorij XV. à nobis *ſupra relata parte* 1. *in principio in §. ad hæc*, decernit, & ſtatuit; Regulares conueniri, aut trahi debere coram Conſeruatore, quoties fuerint
4 Rei, non vero Actores, vt diximus *ſupra in dicta prima parte clauſ.* 8. & latè tradit Barboſa *in collectan. ad cap.* 5. *ſeſſ.* 14. *de reformat. numero* 2. Ex quo ſequitur, quod ſi aliquis voluerit Religioſum conuenire pro ære alieno, id intentare debet coram ſuo Conſeruatore, cum tunc ſit Reus, non vero Actor, ex prædicta diſpoſitione Bullæ Gregorij XV.

5 Hocque coincidit cum illa laborioſa, & intricata quæſtione, an Regulares poſſint conuenire ſuos debitores coram Conſeruatore, quam ſi hic exagitare vellem, longam contineret diſputationem, & vt breuitati conſulam, videre poteris penes DD. ſuperius *citatos in dicta clauſula* 8. Alij vero negant, vt Ceuallos *tractat. de cognit. per viam violentiæ parte* 2. *quæſt.* 20. *numero* 16. Cauedo *diuerſorum iuris argumentorum lib.* 3. *capit.* 18. *numero* 4. Tuſcus *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 23. *numero* 5. Gutierrez & alij *allegati ſupra in d. clauſ.* 8. at contra Gutierrez neruoſe, & latè inſurgit Rodriguez *tom.* 1. *quæſt. Regul. quæſt.* 65. *articul.* 13. Et poſtea ipſemet Gutierrez *pract. quæſt. lib.* 4. *quæſt.* 63. totam eam conſumit in ſuam defendendo opinionem, vbi reſpondet fundamentis, quibus Rodriguez vult ſuam munire ſententiam.

6 Attamen Rodriguez ſequuntur plures, vt Portel. *in dubiis Regular. verb. Conſeruatores numero* 7. Ioannes de la Cruz *de ſtatu Religion. libro* 2. *capit.* 10. *dub.* 5. *concluſ.* 2. & alij penes Dianam, qui vtramque opinionem refert *tom.* 3. *reſolut. moral. tractat.* 1. *de immunit. reſolut.* 20. quibus iunge Lezanam *in ſumma tom.* 2. *capit.* 10. *numero* 61. *& ſequentib.* Verum quidquid ſit de hoc articulo, in principali parte præſentis quæſtionis noſtram proponemus ſententiam *infra num.* 23.

Ad ſecundam partem quæſtionis deueniendo, pro eius reſolutione video 7
apud Doctores contrarias opiniones; prima enim ait, poſſe Ordinarium loci exigere rationem à Regularibus, & aliis exemptis, & coram eo conueniri pro teſtamentorum exequutionibus, aliiſque operibus piis, ab ipſis adminiſtratis.

Taliter, quod ſi malè ſe geſſerint, 8
Epiſcopus illos punire valet, vt per Barboſam *in Paſto. allegat.* 82. *numero* 34. vbi pro ſe allegat. Angel. Ioann. Andr. Martam *deciſ. Piſana* 3. Pauin. *de viſit. quæſt.* 5. *ſecundæ partis numero* 92. *& de offic. & poteſtat. Capituli Sede Vacante parte* 1. *princip. quæſt.* 8. *numero* 5. *& parte* 2. *princip. quæſt.* 7. *numero* 6. Fumum. *verb. exequutor numero* 14. Cochier *de iuriſdict. ordinaria in exemptos tom.* 1. *parte* 4. *quæſt.* 49. *numero* 3. Campanil. *in diuerſorio iur. Canonici rubr.* 12. *capite* 13. *numero* 130. Sbroz. *de vicar. Epiſcop. libro* 2. *quæſt.* 52. Fr. Eman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *quæſt.* 70. *artic.* 5. Aloyſium Ricci. *in collect. deciſ. collect.* 503. *verſ. & primo, & in praxi fori Eccleſiaſtici reſolut.* 547. *numero* 7. idemque tenet ipſe Barboſ. *in collectan. ad clement. vnicam de teſtament. num.* 2. vbi allegat Molinam *de iuſt. & iure tractat.* 2. *diſput.* 247. *colum. penultima, verſ. ſi Religioſi.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *diſputatione* 15. *quæſtione* 7. *numero* 23. Sanchez *in præcept. decalogi tom.* 2. *libro* 6. *cap.* 11. *numero* 22.

Quibus iunge Noſtrum Cenedo *in* 9
*ſuis quæſtionibus Canon. quæſtione* 26. *numero* 35. & Fragoſum *de regimin. Chriſtianæ Reipublicæ tom.* 2. *parte.* 2. *libro* 8. *diſputatione* 19. §. 6. *numero* 1. vbi ita ait. *Non eſt dubium, poſſe Epiſcopum compellere Religioſos, etiam exemptos, ad reddendam rationem coram ſe, de executione teſtamentorum facta, illoſque plectere, ſi malè ſe habuerint*, &c. vbi præter citatos allegat Azor *tom.* 1. *inſtit moral. lib.* 3. *cap.* 39. *quæſt.* 6. idem tenet Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 7. *num.* 23. per hæc verba: *Religioſi omnes, etiam exempti, vltimarum voluntatum, executores conſtituti, non poſſunt relictum ſibi munus aſſumere, niſi Superioris licentia, impetrata per textum in Cap. Religioſus, de teſtamentis in* 6. *Suſcepti autem muneris prædicti rationem reddere cogi poſſunt à locorum Ordinariis à quibus debita eis pœna venit imponenda, ſi in munere ipſo deliquiſſe comprehenſi fuerint, Clement. vnica de teſtamentis*, &c. quod idem repetit *tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 11. *n.* 94.

10 Optimè ad intentum Ferro Manrique, atteſtans de facto proprio, *in ſuis quæſtionibus moralibus, & Vicarialibus p.* 1. *q.* 63. *n.* 5. in hæc verba *Regularem, qui permiſſu Superioris ſuſcepit onus exequutionis teſtamenti, teneri rationem reddere Epiſcopo, & ſi in eo deliquerit, poſſe per illum puniri, ex Clementina vnica de teſtam. ſimul cum aliis, & docet Riccius in praxi fori tit. praxis Regul. deciſ.* 654. *n.* 7. *Campan. loquens de Regularibus curam animarum habentibus, & quod in his Epiſcopo ſubſunt viſitationi, & correctioni, in diuerſorio Iuris Canonici Ru-*
11 *brica* 12. *cap.* 13. *n.* 51. *&* 115 *& n.* 130. *Idem docet de Regularibus exequutoribus vltimarum voluntatum: Vnde ratione officij, patronatus, aut commiſſarij vltimæ voluntatis, & exequutoris teſtamenti, bene poterunt Regulares per Epiſcopum, & Viſitatores Ordinarios corrigi, puniri, & viſitari, & ſic practicatur; egoque in illo viſitationis munere conſtitutus, multoties Priores, & Prælatos Regularium, ſuper ordinatione patronatus viſitaui, & inſuper decreta illis fuerunt intimata, nec ab ipſis fuit declinatum, aut iuriſdictio recuſata*, &c. Hæc Manrique; cui videtur inclinare Pelliz. *in manuali Regular. tom.* 1. *tract.* 8. *c.* 6. *ſect.* 1. *num.* 74. quamuis in fine referat limitationem, de qua *infra n.* 19.

12 Fundamenta huius ſententiæ deſumuntur ex *cap. nos quidem; de teſtamentis, cap. ſi heredes*, cap. *tua nobis. Cap. Ioannes eodem titulo*, & ex Tridentino *ſeſſ.* 7. *cap.* 15. *& ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *& ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *& de iure ciuili ex l. nulli c. de Epiſcop. & Cleric. & de lege Regia Caſtellæ* 5. *tit.* 10. *partita.* 6. Ex quibus iuribus manifeſtè patet, Epiſcopos eſſe legitimos exequutores omnium piarum diſpoſitionum teſtantium, eiſque pertinere, vt ad vnguem exequantur, vt latè prædicta iura allegans expendit Carpio *de exequut. & commiſ. teſtam. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 1. vbi *n.* 2. ait; prædictam ſententiam communi DD. ſuffragio receptiſſimam eſſe; vnde cum prædicta iura indiſtinctè Epiſcopis illam facultatem concedant, videtur dicendum, comprehenſos eſſe, in illorum deciſione, tam exemptos, quam non exemptos, cum ad derogationem, plura ſint neceſſaria, quæ non reperiuntur expreſſa & ſpecificata in priuilegiis pro vt requiritur.

Secundò, quia Tridentinum *ſeſſ.* 22. *c.* 8. 13
*de reformat.* abſolutè concedit Epiſcopis, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis conſuetudine immemorabili, aut quoquam ſtatuto; vt poſſint, & debeant viſitare omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos, inſtituta ſunt, ergo dictum decretum ligat Regulares, & ita declarauit Rota coram Eminent. D. Card. Ioanne Baptiſta Pamphilio, quam ad literam retulimus *ſupra q.* 3 *n* 56.

Tertiò, videtur expreſsè cautum in di- 14
cta Clement. vnica de teſtam. vbi deciditur, Ordinarium loci poſſe rationem exigere quibuſque Regularibus, quomodocumque exemptis, de teſtamentorum exequutionibus, quas geſſerunt, illoſque punire, ſi deliquerunt.

Hæc ſunt fundamenta quæ adducunt 15
plures ex Doctoribus ſuperius allegatis, quibus addo, quod cum Religioſus de iure non poſſit fungi officio exequutoris teſtamentarij ſine permiſſu, & licentia ſui Superioris, vt expreſſe deciditur in cap. *Religioſus, de teſtam. in* 6. per hæc verba. *Religioſus exequutor ab aliquo in ſua voluntate vltima deputatus, non poteſt (cum velle* 16
*vel nolle non habeat) huiuſmodi officium ſuſcipere, vel exequi, niſi à ſuo ſuperiore petita ſuper hoc licentia, & obtenta*, &c.

Taliter quod exequutio teſtamenti, fa- 17
cta à Religioſo, ſine licentia Superioris inualida ſit, quamuis nihil contra eam ſit oppoſitum, iuxta probabilem ſententiam plurium Doctorum, quos refert Barboſa *in collectanea ad dictum cap. Religioſus n.* 3. Licet ipſe contrariam probabiliorem iudicet; verum quidquid ſit de hoc articulo, negari non poteſt, ex diſpoſitione dicti Capitis Religioſus Superioris licentiam eſſe neceſſariam, qua obtenta, videtur renunciaſſe ſuo proprio Iudici, & ſe ſubiicere Ordinario, in vim dictæ Clementinæ vnicæ, de Teſtament. quod videtur de mente gloſſæ *in dict. Cap. Religioſus, verbo, officium*, & ex Vuandingo tradit Diana *tom.* 8. *reſol. moral. tract.* 5. *de exequut. teſtament.*

*ment.reſol.*36. Ergo Ordinario pertinebit cognitio,& punitio, cum per obtentionem licentiæ Superioris renunciauerit proprio Iudici.

18 Ratio autem prædictorum deſumi poteſt ex eo, quia tunc dominium bonorum ſemper remanet ſub iuriſdictione Epiſcopi, nec bona vllo tempore, ſeu quoquomodo poſſunt conſiderari exempta, vt optimè aduertit amicus, & conterraneus Noſter Fr. Hieronymus Garcia *in ſua politica regulari tractatu* 8. *difficult*.3. *dub*.5. *n*.13. & exinde videtur, poſſe Regulares compelli ad reddendam rationem prædictorum bonorum, tanquam ſubiectorum Iuriſdictioni Ordinariæ, puniri que, ſi delinquant, & videtur de mente Riccij *in praxi aurea reſol*.210. *verſ. decimo octauo*, quando eſſent exequutores, *& in collect. deciſ.p*.1. *collect*.503. *ſuper Concil. Trident. ſeſſ*.6.*can*.3. & noſtri Cenedo *in ſuis quæſt. Canon.q*.26.*n*.45.

19 Quamuis autem prædicta reſolutio tot ſit fundamentis munita, totque Doctoribus Vallata, plures contrariam opinionem defendunt, illamque limitant in Regularibus, qui iuxta ſua priuilegia non poſſunt coram Ordinario conueniri, vt cum Rodriguez *in ſumma tom*.2.*cap*.156.*num*.8.& Vuandingo *tract.de contract.diſp*.4.*dub*.13. §.6. *n*.4. Carpio *de exequut.lib*.1.*c*.5.*n*.43. & aliis tradit Diana *tom*.8.*reſol.moral. in d. tract*.5.*reſol*.37.Ceſpedes *de exemp. Regul. cap*.24.*dub*.411.

20 Quamuis ipſe Carpius *ibidem num*.42. contrarium videatur inſinuare, at vero ſe declarat. *lib*.4.*cap*.2.*n*.9. Sed profecto ex ſuamet Doctrina conuincitur in eodem *cap*.2.*n*.10. vbi optimè probat, hanc rationem reddendam eſſe Epiſcopo, etiam ſi à teſtatore remiſſa eſſet, vbi ex pluribus reddit rationem, quia exigere rationem teſtamentariam eſt munus publicæ poteſtatis, in Reipublicæ commune bonum introductum, quod teſtator non poteſt impedire, præſertim, cum huiuſmodi impedimentum præberet occaſionem peccatis, & pro ea ſententia allegat Martham,
21 Molinam, & Scobar, ergo ſi ipſe fatetur, taliter Ordinario pertinere illam facultatem, etiamſi teſtator prohibeat, non debet admittere, quod eſt contra bonum commune Reipublicæ,& præbet anſam peccatis, vt eſt notum apud omnes Doctores, & diximus *ſupra p*.1.*clau*.5. *num*.42. *&* 43. Nec effugiet difficultatem, quod non liberatur à redditione rationis teſtamentariæ, ſed ſolum quod non fiat coram Ordinario, ſed coram ſuo Superiore, nam iſte non eſt perſona publica, neç ei eſt attributa de iure, talis facultas muneris publicæ poteſtatis; & Iudices nullam habent poteſtatem, aut iuriſdictionem, niſi in quantum à legibus conceditur, vt cum pluribus docet Card. Tuſcus *tom*.3. *lit*.1. *concl*. 383. ſicut Ordinario, ex Iuribus ſuperius allegatis pro prima ſententia, ergo, &c. in hoc articulo ſolum propono hanc obiectionem oculis legentium, vt ipſi videant, & ponderent, quia in his hucuſque dictis fortaſſe tragædias ſuſcitare poſſent vt ait Diana *in dicta reſol*.37.*in fine*, vbi non vult ſuum iudicium interponere, ſed tantum refert placita Doctorum, in eo vero, an exequutor teneatur reddere rationem, etiamſi teſtator illum ab ea liberet, vide eundem Dianam *in d.tom*.8. *tract*.5.*reſol*. 35. vbi optimè agit de materia.

Sed his non obſtantibus, in puncto iuris, primam ſententiam veriorem iudico, 22
in quolibet Regulari particulari, quantumuis exempto, qui ſuſcepit munus exequutoris teſtamentarij, & ita praxis obſeruat, & vidi in hoc tribunali Eccleſiaſtico Cæſarauguſtano practicari, Idemque deciſum reperitur in ſuprema Iuſtitiæ Aragonum Curia, in proceſſu iuris firmæ Rectoris & Collegij Societatis Ieſu, *anno*. 1632. & iterum in ſimili cauſa, *in an*.1650. & in Bilbilitano, dum vtrobique munus vicarij Generalis exerçui; præcipuè in ſecundo multoties coram me tanquam Ordinario redditæ fuerunt rationes teſtamentorum & aliorum piorum legatorum, in quibus Prior Sancti Petri Martyris, ex familia Dominicana, & Commendator B. Mariæ de Mercedę,& Guardianus S.Franciſci reſpectiuè in diuerſis legatis, & operibus piis ſunt Patroni, & exequutores.

At vero, cum in omnibus & per omnia 23
meum reducam intellectum in præſenti tractatu, ad declarationem Sacræ Congregationis, & Breuis S.D.N. Innocentij X. non audeo ab eis recedere, cum igitur ibi declaratum fuerit; in prædictis caſibus conueniendos eſſe Regulares coram ſuis Conſeruatoribus, ſi ad præſcriptum Bullæ Gregorij X V. fuerint nominati, ita decidendam eſſe hanc quæſtionem iudico, vt patet ex ſexta declaratione prædicti Breuis, de quo *ſupra in initio*, in hæc verba: *Reſpondit; Regulares in cauſis prædictis, coram Ordinario loci eſſe conueniendos, ſi ad præſcriptum Conſtitutionis ſan.me.Greg.XV. Conſeruatores elegerint, ipſumque electionis documentum intra præfinitum tempus, in actis curiæ ipſius Ordinarij non exhibuerint ac dimiſerint*, &c. Ergo ſi ad præſcriptum

Conſtitutio



conſtitutionis Gregorianæ, Conſeruatores fuerint electi, & nominati, coram ipſis conueniendi ſunt Regulares ex prædicta declaratione.

24 Quod ipſum etiam fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione quoad debita, vel contractus teſtatur Narbona, relatus *à Barboſ. in collect.ad cap*.14. *Trident.ſeſſ*.7. *de reformat.num*.2. *in impreſſis Lugduni de anno* 1642. in hæc verba. *Et ſic Regulares pro contractibus, vel debitis, ſi intra Monaſteria maneant conueniendi ſunt coram Superioribus ſuis, vel Conſeruatoribus, non autem coram Ordinariis, aut alibi, ita à Sacra Congregatione deciſum fuiſſe refert Narbona*, &c. quam declarationem intelligere debes, provt in præcedenti, ſcilicet ſi ad præſcriptum Conſtitutionis fuerint nominati tales Conſeruatores, & non aliàs, aliter, nec alio modo.

25 Quæ videntur de mente Bordoni, qui *in ſuis variis reſolutionibus, ſiue Conciliis Regularibus tom*.1.*reſol* 7 *q*.36.*n*.112.quærit, an quando Regulares carent Conſeruatore, conueniantur coram Ordinariis loci & ita ait. Reſpond. conueniuntur, vt poſtremo ſtatuit Gregorius X V. Conſtitutione, *Sanctiſſimus*. Vide Barboſam *ad cap*.5.*ſeſſ*.14. vbi quàm plures DD. more ſuo citat; ſed de Conſeruatoribus alibi dicam. Olim ex indulto Pauli V. incipiente. *Religioſum ſub graui*: Religioſi Camelitæ in Regnis Hiſpaniarum, in defectum conſeruatoris conueniebantur coram ſuo ſuperiore, & non Epiſcopo; ſed intelligitur nunc ſublatum, &c. Hæc Bordonus, ex cuius doctrina interpretatur declaratio Sacræ Congregationis, proximè traditæ, & à Narbona relatæ, quatenus dixit, Regulares conueniendos eſſe coram ſuperiore ſuo, vel Conſeruatore, non autem coram Ordinario, aut alibi, quia hoc eſt ſublatum, vt teſtatur Bordonus, & ita ſtandum eſt declarationi, & decreto S.D.N.Innocentij X. ſuperius relato *n*.23.

26 Quod idem videtur inſinuare Ioannes Gutierrez *lib*.3.*quæſt practicarum q*.10.*n*.1. *&* 2. *vbi n*.4. ponit praxim obſeruandam, contra Regulares Religioſos, conuentos coram Ordinario pro debito ciuili, cui iunge D. Felic. à Vega Epiſcopum Pacen. *in cap. cauſam, quæ, nono, de iudiciis*, quos omnino videbis, quia latè de hoc articulo agunt, ad eoſque remitto lectorem ne longius in hoc immoremur.

## QVÆSTIO VII.

### An Regulares, Conſeruatores, ſiue ad iura ſiue ad priuilegia tuenda aſſumente, teneantur ante exercitium commiſſionis præſtare cautionem coram Ordinario, ſiue alio Iudice competente, de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, caſu quo in lite, ſiue cauſa ſuccubuerint.

SVMMARIVM.

*Cautio de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo peti poteſt, non ſolum pro damno præterito, ſed etiam pro futuro.n.*2.

*Filius familias, & fœminæ tenentur præſtare cautionem de Iudicio ſiſti, & indicatum ſoluendo.n.*3.

*Carcerari, qui non poteſt pro ſolutione ſententiæ Iudicis, tenetur fideiubere, tam pro ea, quam pro expenſis in Iudicio faciendis.n.*4.

*Sententia Iudicis ſi timeatur, quod poteſt eſſe eluſoria, debet Iudex inducere partibus, vt præſtent cautionem fideiuſſoriam de Iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo.n.*4.

*Iuriſdictio Iudicum Conſeruatorum ſolum ſe extendit ad manifeſtas iniurias, & violentias.n* 5.

*Iudex qui male iudicat, vel propter malitiam, vel ignorantiam, quibus pœnis puniendus ſit.n.*5.

*Cautionem de Iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, tenetur præſtare, qui immobilia bona non habet.n.*6.

*Poßidens immobilia non tenetur præſtare cautionem de Iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, dummodo ſint ſufficientia ad litis æſtimationem.n.*7.

*Regulares in particulari non poſſunt habere bona immobilia.*8.

*Satisdatio idem importat, quod ſatisfactio. num.*8.

*Conſeruatores ſunt iudices delegati.n.*9.

*Cauſæ Regularium, & aliorum exemptorum, qui conſeruatoribus gaudent, coram eis actitandæ ſunt, etiam in prima inſtantia, & non coram Ordinariis.n.*10.

*Cautio de Iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo debet dari, non ex legis neceſſitate, ſed*

*arbitrio*

*arbitrio Iudicis, quoties videt, ſubeſſe cauſam.n.*11.

*Regulares, & alij exempti non tenentur præſtare cautionem de Iudicio ſiſti,& iudicatum ſoluendo, quando aſſumunt Conſeruatorem ad iura, ſeu priuilegia tuenda.n.*12.

1 HAnc quæſtionem apud neminem, ex his quos viderim, inuenio in terminis agitatam, & quamuis ſemper ſequar in hoc tractatu ideam, & reſolutionem Sacræ Congregationis, & Breuis. S.D.N.Innocentij X. (vt dixi *in q.antecedenti n.*23.) nihilominus, in medium proponam rationes, quæ meo paruo intellectui ſe offerunt pro vtraque parte, vt veritas melius eluceſcat, & pro affirmatiua faciunt.

2 Nam talis cautio peti poteſt, non ſolum pro damno præterito, ſed etiam pro futuro ex *l ſi finita* §.*eleganter* 25.*ff. de damno infecto* in hæc verba: *Eleganter quæritur, ſi dum Prætor, de danda ſtipulatione deliberat, damnum contigerit, an ſarciri poſſit? & miſſio quidem ceſſabit. Prætor tamen decernere debet, quidquid damni contigerit, vt de eo quoque caueatur, aut ſi putat, quod vtiliter actionem daturus ſit, decernat*, &c. ergo talis cautio admitti debet, vt tradunt Molina *de Hiſpan.primogen.lib.*3.*cap.*14. *lib.*5. Monte Alegre *in ſua praxi ciuili c.*2.*n.*29. Vnde infertur, Regulares, & alios exemptos teneri ad talem cautionem præſtandam pro damno, quod contingere poteſt, ſi fortaſſe aſſumerent Conſeruatores, in caſibus, in quibus de iure locum habere non valerent, vel etiam propter illud incommodum, quod ex ipſa aſſumptione ſequi poterat Iudici, contra quem Conſeruatorem aſſumunt.

4 Secundò, quia Filius familias, & fœminæ tenentur talem cautionem præſtare, vt cum Caſtrenſi *conſ.*408. *lib.*1. tradit Card. Tuſcus *tom.*2. *lit.C. concl.*168.*n.*1. vbi *n.*2. reddit rationem in hæc verba. *Qui non poteſt carcerari, tenetur fideiubere de expenſis in iudicio, quia vbicunque ſubeſt cauſa timendi, quod ſententia ſit eluſoria, in expenſis, Iudex poteſt inducere cautionem fideiuſſoriam, Caſtenſis dicto conſil.*408. *per totum lib.* 1. &c. ergo à fortiori in noſtro caſu idem dicendum eſt, cum maiora priuilegia in iure reperiantur præſeruata pro Filiis familias, & fœminis, quam pro Regularibus, & aliis exemptis, eſto quod non poſſint carcerari ipſi, pro debitis ciuilibus; debet eadem iuris diſpoſitio in vtroque caſu procedere, & exinde teneri ad talem cautionem præſtandam.

Quod maximè ſuaderi poteſt in Regu- 5
laribus, & aliis exemptis, cùm in eis, iudicium, & inſtantia timeri poſſit eluſoria, & inanis, ſi attendamus, quod cum iuriſdictio Conſeruatorum ſolum ſe extendat ad manifeſtas iniurias, & violentias, vt ſæpè diximus *ſupra in prima parte clauſ.*4.*n.*3. & *clauſ.*10.*n.* 17.*& ſequen.* & in aliis pluribus; ſequeretur, quod ſi vltra ſe extenderent, poſſent iniuriam ſenſibilem, & nocibilem inferre partibus, vel propter malitiam, vel propter ignorantiam Conſeruatoris, in quo caſu licet Iudex tunc pœnam ſuſtinere debeat, de qua latè per Menoch. *de arbitrariis, lib.*2. *centuria* 4. *caſu* 339. Card. Tuſc.*tom.*4.*lit.*1.*concl.*404. & paſſim per Doctores: Attamen partem, quæ fortaſſe ad id, cauſam præbere poterat, compellendam fore ad talem cautionem præſtandam æquitas ſuadere videtur, & ita in præſenti, Regulares ad illam dandam non poſſe excuſari.

Tertiò facit, nam qui immobilia non 6
habet, tenetur præſtare cautionem de Iudicio ſiſti, iudicatumque ſoluendo, ex *l. ſciendum* 15.*ff. qui ſatisdare cogantur* ibi: *ſciendum eſt, poſſeſſores immobilium rerum ſatisdare non compelli*, &c. vbi aduertit 7
gloſ. verbo, *compelli*, in fine intelligi, non de quolibet poſſeſſore immobilium, ſed de illo, qui habeat immobilia ſufficientia, ad litis æſtimationem, etiamſi de alia re conueniatur, nam ſuccedit poſſeſſio loco ſatisdationis, & ideo debet pro qualitate rei petitæ eſſe poſſeſſio, quod etiam probat Bartholomæus Soccinus *in ſuis regul. & fallentiis, regul.*45. quas etiam inuenies *tom.*1. *tract.* vbi ita ait. *Cauere de iudicio ſiſti tenetur ille, qui mobilia non poßidet l. ſciendum ff. qui ſatisdare cogantur*, &c. idemque probat Card. Tuſcus *lit. C. concluſ.*168.

Sed Regulares non habent immobilia, 8
ſaltem in particulari, & plures Religiones nec in communi ex ſuomet inſtituto, ergo tenebuntur ad prædictam cautionem, quæ æquitati, & optimo iuri congrua videtur ex *l.*1.*ff. qui ſatisdare cogantur*, ibi: *Satisdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio. Nam vt ſatisfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus: ita ſatisdari dicimur aduerſario, noſtro, qui pro eo, quod à nobis petiit, ita cauit, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fideiuſſoribus*, &c. Cuius legis diſpoſitio admitti debet, nam aliàs daretur anſa, vt pro libito voluntatis, Regulares, & alij exempti indicium coram Conſeruatoribus intentarent, certi quod ſi ſuccumbant, nullum, aut minimum damnum





num patientur; in graue præiudicium Ordinariorum, quod fortaſſe euitaretur, ſi certo ſcirent, ad talem cautionem præſtandam adſtrictos eſſe.

9 Pro contraria autem opinione ponderari poteſt; nam cum Conſeruatores ſint Iudices delegati, vt annotauimus *ſupra parte* 1. *clauſul.* 10. *numero* 9. *&* 13. cum tali qualitate, vt in cauſis, in quibus ipſi procedere valent, non ſint comprehenſi in decreto Tridentini *ſeſſ.*24. *capite* 20. *de reformatione*, taliter, quod in prima inſtantia cauſæ exemptorum in quibus procedere poſſunt debeant coram ipſis Con-
10 ſeruatoribus, & non coram Ordinariis agitari iuxta declarationem Sacræ Congregationis, vt cum Aldrete, & Riccio tradit Barb. *in Paſtor. allegat.* 81.*num.*13: & in collect. ad Trident. *ad d. caput* 20. *numero* 9. *in impreßis Lugduni de anno* 1642. quibus iunge Ceſpedes, in tractatu *de exempt. Regul. capite* 24. *dub.*403. *numero* 5. Salgado de retent Bull. *parte* 2. *cap.*11. *numero* 1. *& ſequentib.* vbi latiſſimè agit de hoc articulo, & refutat Barboſam allegantem pro contraria Nauarrum, Sayrum, Mari. Antonin. quos expendit & probat, non contradicere, immo idem ſentire, & *numero* 75. aſſerit, prædictam opinionem veriſſimam, & amplectendam eſſe.

11 Ex quibus ſequitur, quod cum talis cautio debeat dari, non ex legis neceſſitate, ſed ex iudicis arbitrio, quoties videt, iuſtam cauſam ſubeſſe, vt expreſſe tradit Caſtrenſis in *dicto conſil.* 408. *in fine lib.*1. vbi dicit, ita facere bonos Iudices, & ita vidiſſe ſeruare, & ipſum ita ſeruaſſe, quod etiam probat Card. Tuſcus *lit. C. in dict. concluſ.* 168. *numero* 4. inde eſt, quod cum coram Conſeruatoribus litigant Regulares, illi videbunt, & arbitrio eorum relinquendum eſt, an ſit, nec ne præſtanda cautio de Iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, & poſito, quod ipſi iudicent, præſtandam fore coram eis, & non coram Ordinariis, vel aliis Iudicibus facienda eſt, & ideo dicendum, non teneri Regulares & alios exemptos ad eam ſubeundam ceſſante præcepto Conſeruatoris.

12 Quod quidem ex hac fortaſſe cauſa Sacra Congregatio, & Breue Sanct. D. N. Innocentij X. de quibus ſupra in initio huius ſecundæ partis declarauerunt, & decreuerunt, ad talem cautionem præſtandam non teneri Regulares, & alios exemptos vt patet ex 7. *declarat.* cui in omnibus, & per omnia ſtandum eſſe iudico, &c.

---

## QVÆSTIO VIII.

### An quando Epiſcopi, iura vel decimas Cathedralium, aduerſus Regulares, dote ſua ſpoliantes Eccleſias, coram Iudice competente tuentur, libroſque, memorialia, & allegationes producunt, ius Eccleſiarum Cathedralium exprimentes, & acquiſitiones Religioſorum, aliáque id generis adnumerantes, huiuſmodi ſcriptorum occaſione, poſſint Regulares nominare Conſeruatores, prætendentes, iniuriam ſibi inferri, in referendo immoderatas acquiſitiones.

SVMMARIVM.

*Iudices Conſeruatores non poſſunt procedere, niſi in manifeſtis iniuriis, & violentiis.n.*1.

*Productio, ſeu manifeſtatio librorum, vel memorialium, aut allegationum, declarantium Religioſorum acquiſitiones, ex quarum cauſa, Eccleſiæ prætendunt, iure decimarum fraudari, poteſt impediri per illorum Iudicem Conſeruatorem.*2. *& ſequentibus ſed contra* 8. *& ſequentibus quod intellige vt numero* 22. *& ſequentibus.*

*Iniuria dupliciter conſideratur in iure; primo pro omni eo, quod non iure fit. Secundo pro contumelia, & conuitio, quod verbis exequitur.n.*3.

*Iniurians verbo, vel ſcripto, de iure ciuili fit inteſtabilis.n.*4.

*Libellum famoſum, aut Chartulam iniuriantem, qui compoſuit, vel publicauit, capitali pæna plectendus eſt. numero* 5.

*Conuitium fieri poteſt, non ſolum præſenti, ſed etiam abſenti.n.6.*

*Recurrere poſſunt ad Iudicem Conſeruatorem illi, quibus impeditur perceptio decimarum.7.*

*Iniuriam non facit, qui vtitur iure ſuo numero.8.*

*Capitula Eccleſiarum, & Epiſcopi, tenentur, tueri iura decimarum, ad eos pertinentia. n.9.& 10.*

*Iniuriam non facio tibi, ex eo, quod meæ indemnitati conſulam.n.10.*

*In dubio potius præſumitur, quod quis ius ſuum tueatur, quam quod iniuriam committat.n.10.*

*Ius ſuum, vt quis defendat ſcripturis, & aliis modis, non excedentibus limites naturalis defenſionis, potius ſanè laudandum quam vituperandum eſt. numero.11.*

*Epiſcopi, & Capitula Eccleſiarum non debent decimis fraudari, vt tribuantur nouis Oratoriis.n.12.*

*Religioſi grauantes, vel fraudantes Eccleſias, decimis, eis debitis, excommunicantur, ſi requiſiti non deſiſtant intra menſem.n.13.*

*Decimarum dominium, ipſo iure transfertur in Eccleſias, ad quas, illa pertinent. numero 14.*

*Decimarum cauſa eſt realis, & exequtiua. num.14.*

*Decimæ ſi ſint ſeparatæ à toto aceruo fructuum, poteſt ille ad quem pertinent, eas ſibi applicare per iniectionem manus. n.15.*

*Decimæ debentur de iure, Eccleſiis, & Epiſcopis.n.15.*

*Doctor D. Ioannes de Solorzano & Pereira laudatur.n.16.*

*Caſus Limæ, circa Conſeruatorum Iuriſdictionem refertur.n.16.*

*Conſeruatores nominari poſſunt pro iniuriis manifeſtis, non ſolum realibus, ſed etiam verbalibus, factis Religioſis, aut Religionibus.17. quod intellige vt num.22.& ſequen.*

*Verba iniurioſa, dicta contra aliquem publice, & coram frequenti populo, non ſolum detractionem, ſed manifeſtam iniuriam inducunt,n.18.*

*Iniuria verbalis contra Clericos, & Religioſos non facit incurri in pœnam cap. ſi quis ſuadente, & à Iudice ſeculari puniri ſolet n.19.*

*Conſeruator bene procedere poteſt, pro iniuria verbali, facta Religioſis, licet aliàs Iudex Eccleſiaſticus non poſſit; & quare. 20. quod intellige vt num.22. & ſequen.*

*Conſeruatorum iuriſdictio non reſtringitur ad ſolos caſus expreſſos, in cap. ſi quis ſuadente, aliàs nullum peculiare priuilegium haberent.n.21.*

*Deciſio Senatus Limani in Indiis refertur, contra quemdam Correctorem, qui Religioſos vnius Ordinis, grauibus iniuriis verbalibus affecerat, qui declarauit, non poſſe propter eas, ad Conſeruatorem recurrere.n.22.*

*Aduocati defendentes, & ſcribentes allegationes iniurioſas, puniuntur in iure. num.23.*

*Aduocatorum munus eſt honorabile, etſi modeſtè, & vrbaniter defendant partes, laudandi ſunt tales Aduocati, & præmiis afficiendi.n.24.*

*Epiſcopi, pro tuendis iuribus Cathedralium Eccleſiarum, coram Iudice competente, poſſunt producere libros, allegationes, & memorialia, modeſte, & veraciter declarantia, immoderatas acquiſitiones, prætendentium contrarium, & ex eo non poſſunt ad Conſeruatorem recurrere.n.25.*

MVltoties in hoc tractatu reſolutum 1
reliquimus, non poſſe Iudices Con-
ſeruatores procedere, niſi in manifeſtis
iniuriis, vel violentiis, vt diximus *ſupra in*
*prima parte clauſ.4.numero 3. & clauſ.10.*
*numero 17. & ſequen. & in 2. parte quæſt.*
*1. numero 3. & quæſtione 2. numero 5. aliiſ-*
*que pluribus in locis*, eſtque notorium, in
vim iuris in *cap.1.& finali de offic.& poteſt.*
*Iudicis delegati in 6.* & ex conſtit. Gre-
gorij XV. de qua *ſupra in 1. parte in ini-*
*tio.*

Ex quibus tota præſentis quæſtionis dif- 2
ficultas pendet, in perquirendo, an pro-
pter productionem, & manifeſtationem
librorum, memorialium, & allegatio-
num, declarantium, & exprimentium
acquiſitiones Religioſorum, ex quarum
cauſa Epiſcopi, & Eccleſiæ prætendunt,
fraudari iure decimarum, talis illis iniu-
ria, & violentia inferatur, vt ad eam eli-
dendam, poſſint Conſeruatorem nomina-
re; præcipuè ſi prædicta ſcripta extraiu-
dicialiter ſint publicata.

Et primò videtur dicendum, in tali ca- 3
ſu poſſe vti Conſeruatoribus, cum per
hæc ſcripta, iniuria notoria, & manife-
ſta violentia talibus exemptis inferatur;
dupliciter enim in iure, conſidera-
tur iniuria. Primo pro omni eo; quod
non



iure fit, vt diximus *ſupra quæſt. 1. nu-*
*mero 34. & q.2. num.5.* Secundò pro con-
tumelia, & conuitio; quod verbis, vel ſcri-
4 ptis fit, vt patet ex *l. lex Cornelia. 5. §. ſi*
*quis librum, & §. ſequenti.ff. de iniuriis*, in
hæc verba. *Si quis librum, ad infamiam*
*alicuius pertinentem ſcripſerit, compo-*
*ſuerit, ediderit, doloue malo fecerit, quo*
*quid eorum fieret, etiamſi alterius nomine,*
*ediderit, vel ſine nomine, vti de ea re agere*
*liceret; etſi condemnatus ſit, quid fecit,*
*inteſtabilis ex lege iubetur. Eadem pœna*
*ex Senatus conſulto tenetur etiam, qui in-*
*ſcriptiones, aliudve, quod ſine ſcriptu-*
*ra in notam aliquorum produxit, item,*
*qui emendum, & vendendum curauerit*,
&c.

5 Idem probatur ex *l. ob carmen 21. ff. de*
*teſtibus*, quæ ita ait. *Ob carmen famoſum,*
*damnatus, inteſtabilis fit*, &c. & ex *l. vni-*
*ca. C. de famoſis libellis*, vbi: *ſi quis famo-*
*ſum libellum, aut chartulam eius, quæ opi-*
*nionem alterius lædat, compoſuerit, non*
*ſolum ille, ſed qui in ſuo poſſe habuerit, &*
*ſtatim atque ad manus eius peruenerit, non*
*corruperit, aut in igne conſumpſerit, ſed*
*in publico, in quocumque loco manifeſtaue-*
*rit, Capitali pœna plectitur.*

6 Tertio facit lex, item apud Labeonem
15. §. *conuicium ff. de iniuriis* ibi. *Conui-*
*cium, non tantum præſenti, verum abſen-*
*ti quoque fieri poſſe Labeo ſcribit. Proin-*
*de, ſi quis ad domum tuam venerit te ab-*
*ſente, conuicium factum eſſe dicitur*, &c.
Plura alia iura, tendentia ad eundem fi-
nem allegari poſſent, ex quibus colligi-
tur, iniuriam ex verbis induci poſſe, &
exinde facultatem Conſeruatorum, ad
eam eligendam, locum habere, Regula-
reſque ad illos recurrere poſſe pro iniu-
ria, ſeu conuicio verbali, aut ſcripto, vt
tradunt Gutierrez *lib. 3. practicar. quæ-*
*ſtione 9. numero 16.* & latè eruditiſſimus,
DD. Ioannes de Solorzano in *loco infra*
*citando n.16.*

7 Conducit prætereà ad intentum, quod
datur recurſus ad Conſeruatorem quo-
ties impeditur perceptio decimarum ei,
qui ius ad illas habet, vt probat Cochier.
*in tractatu de iuriſdic. ordin. in exempoos*
*tom.2. part.2. quæſt.39. numero* 8. Ergo ſi
Regulares per priuilegia fuerint exem-
pti, & impediantur per libros, & memo-
rialia, & allegationes, vt non poſſint de-
cimas percipere, poterunt recurrere
ad Conſeruatorem, ad eas recuperan-
das.

Pro contraria tamen opinione plura 8
faciunt, nam non infero iniuriam, vten-
do iure meo; *l. iniuriarum. §. 1. l. iure-*
*iurando ff. de iniuriis l. quod & lex. §. is*
*tamen ff. de libero homine exhibendo l. Flu-*
*minum. §. item videmus ff. de damno infe-*
*cto*, ibi: *Neque enim exiſtimari operis mei*
*vitio damnum tibi dari in ea re, in qua iure*
*meo vſus ſum*, &c. *capite cum Eccleſia 31.*
*de electione*, ibi: *Quia non videtur iniu-*
*riam facere, qui vtitur iure ſuo*, &c. &
tradunt Flaminius Pariſius *de reſignat.*
*tom.2. lib.13. quæſt.1. numero* 164. Marian.
Anton. *variar. lib.3. reſol. 12. numero 2.*
vbi citat. Farin. *quæſt. 105. numero* 130.
Franciſc. Leo. *in theſauro fori Eccleſiaſti-*
*ci parte 2. cap. 3. numero* 75. Cum igitur
teneantur Epiſcopi, & Capitula ius Ec- 9
cleſiarum circa decimas & alia ipſis vtilia,
tueri, vtuntur iure ſuo, manifeſtando il-
lud, quod habent, producendo, & ma-
nifeſtando memorialia, & allegationes
& his ſimilia: vnde cum iniuria non in-
feratur, ſequitur, recurſum ad Conſer-
uatorem ceſſare. Præterea quia nemini
iniuriam fieri dicitur ex eo, quod ſuæ in- 10
demnitati conſulat. *l. Filio Pater ff. de*
*legatis 1. l. ſi in meo ff. de aqua pluuia ar-*
*cen.* Et in dubio præſumitur ius ſuum
quemque tueri, non iniuriam commit-
tere, dicta *l. Fluminum in fine, & l. Pro-*
*culus. ff. de damno infecto*, late Menoch.
plures caſus referens. *De præſumpt. tom.2.*
*lib.6. præſump. 19.* Vnde cum Epiſcopis,
& Capitulis Eccleſiarum pertineat defen-
ſio decimarum, vt diximus ſupra, &
probatur ex Concilio Moguntinenſi apud
Gratian. in capite *decimas 7. 16. quæſt. 7.*
vbi. *De decimis, quas populus dare non*
*vult, niſi quolibet munere ab eo rediman-*
*tur, ab Epiſcopo prohibendum eſt, ne fiat*,
&c. ſequitur, potius laudandum, quam 11
vituperandum eſſe, quod ſcriptis, &
aliis modis, non excedentibus limites na-
turalis defenſionis, illud procurent, &
ita effecere D. Auguſtinus *ſerm. 219. de*
*tempore*, vt habetur in capite *decimæ tri-*
*buta 16. quæſtione 1.* & in capite *Maiores.*
*16. quæſtione 7.* Sanc. Clemens *lib.2. con-*
*ſtit. Apoſtol. capite 29.* Sanct. Ioannes Chry-
ſoſtomus *Homil.18. in actus Apoſt.* S. Am-
broſ. *ſermon. 58. in die Aſcenſionis Domini*
*tom.5. operum pag.79.* & alij plures Sancti
Patres.

Maximè cum non debeant Domini E- 12
piſcopi, & Capitula Eccleſiarum frauda-
ri decimis, ex eo, quod plurimis aliis
loeis

locis piis, & oratoriis tribuantur, vt decreuit concilium Moguntinum tempore Ornulphi Imperatoris, & Steph. VI. dicti. V. Papæ, *anno Domini* 888. & habetur *tom.* 4. *Concil. in impreſsis Venetiis de anno* 1585. *cap.* 13. *pag.* 22. *ſub titulo de decim.* vbi ita ait. *Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ, nec decimis, nec aliis poſſeſsionibus priuentur, ita vt nouis Oratoriis tribuantur,* &c. ergo licitum erit Epiſcopis, & capitulis Eccleſiarum hoc ius tueri manifeſtando illud per libros, memorialia, & allegationes.

13 Enim vero cum in iure canonico cautum reperiatur, in Clementina, Religioſi, de decimis, Religioſos grauantes, vel fraudantes Eccleſias decimis, eis debitis excommunicatos eſſe, ſi requiſiti per illos, quorum intereſt, non deſiſtant infra menſem, vel de fraudatis, aut retentis infra duos non fecerint integram ſatisfactionem vt cum pluribus tradit Barb. *in paſt. allegat.* 50. *num.* 122. Sequitur ergo, illam interpellationem ſcriptorum, vim requiſitionis habere, ex qua Epiſcopi, & Capitula Eccleſiarum præſeruant ſuas decimas, ergo nullam iniuriam, aut violentiam ex tali manifeſtatione irrogant Religioſis, & exinde dicendum videtur, non poſſe recurrere ad Conſeruatores.

14 Præterea, quia decimarum dominium transfertur ipſo iure in Eccleſias, & ideo illarum cauſa eſt realis, & exequutiua, vt cum Rebuff. *tractat. de decim. quæſt.* 15. *numero* 23. & Moneta *in eodem tractat. cap.* 8. *n.* 56. tradit Cochier *de iuriſdict. ordin. in Exemptos tom.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 39. *n.* 2. *&* 4.

15 Vnde ſtatim atque decimæ ſunt ſeparatæ, poterit ille, ad quem pertinent, per manus iniectionem, eas ſibi applicare. Aufrerius *ad Capellam Tholoſanam, quæſtione* 433. Moneta *vbi proxime capite* 6. *numero* 4. & aliis penes Cochier. *vbi ſupra in d. quæſt.* 39. *numer.* 2. Cum igitur decimæ de iure debeantur Eccleſiis, & Epiſcopis, (vt eſt notum) ſequitur, propter illam iuris aſſiſtentiam, debere potius conſiderari, vt bona illarum, quam Religioſorum, & ideo fortiori iure legitimoque titulo, manifeſtare libros, memorialia & allegationes, declarantes ſuum ius, ſine incurſu iniuriæ, & violentiæ.

16 Sed quia quæ ſunt huius difficultatis, omnia quæque in multis ſparſa leguntur; reperiuntur collecta planè plene, in vno D. D. Ioanne de Solorzano, & Pereira (liceat mihi hoc dicere, & hanc diſgreſſionem efformare in laudem honorandi mei Magiſtri) volo in hunc locum aurea eius verba refundere, cum tantus Doctor firmiſſimum fundamentum poſſit eſſe cuiuſcumque doctrinæ (dicam aliquando quod ſentio, & doctrinam tantam vera & debita laude rependo) tantus ad omnes ſapientes, præſertim apud eos, qui ad iuris prudentiam, animum, ſtudiumque contulimus, vt ne nominare eum poſſimus ſine acerrimi ingenij admirandi acuminis, profundæ doctrinæ, altiſſimique iudicij commendatione, & vtique commemoratione laudabili eruditiſſimorum, tanti ingenij monumentorum, de quibus merito, & ex voluntate illa cecinerim.

*Sunt hæc ingeniis Celeuma pigris.*
*Sunt hæc ingeniis Celeuma Gnauis.*
*Sunt Cinnus Sophiæ nouæ, & vetuſtæ.*
*Sunt Phenix noua lucubrationum.*
*Sunt merum prope Corculum Mineruæ.*
*Baræ deliciæ viris peritis.*
*Pantheon celebre eruditionis.*
*Sunt plena, & Cenei Iouis Cerebro.*

Teſtantibus, clamantibus, & proclamantibus, & *Iô Triumphe* canentibus Pœcyli Salmanticenſi olim primario, in hoc noſtro Occidenti, & in Orienti, procul remoto Senatu Limenſi, Conſiliario; Vnde progreſſa fama lucidiſſima Heroa, literatiſſimum, ad ſupremum Indiarum Fiſcalem, conſiliariumque euocauit. Tantus igitur Magiſter *in ſua Politica Indiana lib.* 4. *c.* 26. *verſ. pero eſtos recurſos pag* 737. & *de Indiarum iure tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 26. *n.* 116. in hæc prorumpit.

Et ita Limæ ſenſi, & iudicaui, in cau 17
ſa Religioſorum cuiuſdam vrbis, qui contra eius Prætorem, Conſeruatorem nominauerant, eo quod aduerſus dictos Religioſos, & totum Conuentum in communi, graues, & ſcandaloſas iniurias publice, & in media vrbe dixiſſet: Etenim cum Conſeruatores nominari poſſint, non ſolum pro iniuriis, & violentiis manifeſtis contra bona, verum, & contra perſonas Religioſorum illatis, vt docent iura & Auctores *ſupra citati,* præcipuè Molina *dicta diſputatione* 29. Armilla & ſylueſt. *verb. Conſeruator, numero* 3. & iniuria perſonæ non ſolum fiat, re & facto, verum etiam verbis *l.* 2. *de iniuriis* §. 1. *Inſt. eod. cum aliis*: Et hæc de qua loquimur fuerit publica, & manifeſta.



feſta. Dixi abſque dubio, Conſeruatori deferri debere, & allegaui in terminis Gutierrez, per alios ita docentem, & in verbalibus iniuriis grauibus, & manifeſtis loquentem *d. libro* 3. *practic. numero* 17. *&* 18.

18 Neque his obſtare, quod quidam ex Collegis obiiciebat, nempe, dicta verba à Prætore illo, in abſentia affata eſſe, & ſic magis detractionis, quam iniuriæ ſpeciem referre, iuxta ea, quæ tradunt Sūmiſtæ verbo, *Detractio.* Nam vbi adeo grauia fuerint, & publicæ pronuntiata, etiamſi in abſentia dicantur, iniuriam irrogant. *l.* 22. *de iniuriis l. item apud* §. *conuicium. D. eodem l.* 1. *tit.* 9. *partit.* 7. & poteſt pars, vbi eorum notitiam habuerit, iniuriarum agere iuxta ea, quæ latè tradit Couar. 1. *var. capit.* 11. *num* 4 & Parlad. *lib.* 1. *quotid. cap.* 17. *num.* 14.

19 Rurſus nihil me etiam ab hac ſententia dimouit, alterius Collegæ conſideratio, dicentis, per verbalem iniuriam non incurri ſententiam Canonis, *ſiquis ſuadente*, neque Eccleſiaſtici Iudicis iuriſdictionem contra ſecularem prorogari, qui potius taliter delinquens, coram ſeculari accuſandus, & ab eo puniendus eſt, vt in cap. *ſi quis contra Clericum, de foro compet. lib.* 6. cum aliis, quæ nouiſſimè adducit Velaſcus *in tractat. de priuileg. pauper. quæſt.* 9. *num.* 69. *& ſequent.*

20 Reſpondi namque, id verum eſſe, & practicari debere in Eccleſiaſtico, qui via Ordinaria procedit, non autem in Conſeruatoribus, qui tamquam delegati, & ob ſpeciale priuilegium Religionum, pro vindicandis manifeſtis eorum iniuriis procedunt, qualem hanc fuiſſe probauimus. Alioqui, ſi Conſeruatores ſolum procedere poſſent in caſibus expreſſis in d. cap.
21 *ſi quis ſuadente*, Vtique nec contra inuaſores, aut latrones rerum Religioſorum procedere valerent, cum hoc delictum in Canone illo non exprimatur. Nec deciſio d. cap. *ſi quis*, contra Clericum, aliquod eius priuilegium afferret, cum illius deciſio de omnibus Clericis loquatur, & in iure communi claudatur.

22 Sed his non obſtantibus, ſocij cum Prorege cenſuerunt, Conſeruatori, dicto in caſu, obuiam iri oportere, ne hoc exemplo Religioſi facile ad eos nominandos, & Prætores Regios inquietandos incitarentur, & hunc, qui hæc verba protulit, in Regiam Curiam ad reprehenſionem audiendam venire iuſſerunt, vt hoc pacto à Religioſorum oculis remoueretur, eiſque hæc ſatisfactio in aliquale ſolatium cedere poſſet, & in Politica ita concludit. *Pero todauia ſe reſolutio por maior parte, que ſobreſeieſe el Conſeruador, por parecer, que con eſte exemplar cadadia los Religioſos los nombrariam contra los Corregidores, y los intimidarian, y inquietarian con eſte medio. Y ſe tuuo por mejor, el de mandar llamar al corregidor a la Corte, para multar le, y reprehender le ſegun ſu culpa, con loqual, y apartarle de los ojos de los Religioſos, ſe les daba algun conſuelo, y ſatisfaccion.* Huc vſque D. Solorzano *in locis ſupra allegatis.*

Verùm hæc controuerſia diſtinctionis 23
fœdere decidenda iudico; aut enim Libri, memorialia, allegationes, vel ſcripta ita ſint iniurioſa, vt ſummopere lædant opinionem, & reputationem Religionum, ſeu Religioſorum; aut aliorum exemptorum, & tunc procedere poteſt prima opinio, vt detur recurſus ad Iudicem Conſeruatorem, pro tollenda illa iniuria; tale enim genus defenſionis non ſolum admiſerunt leges, ſed imo potius grauiter reprehenderunt, & ſeuere punierunt, vt patet ex decreto Imperatorum Valentiniani, & Valentis *in l. quiſquis* §. 1. *C. de poſtulando*, ibi. Ante omnia autem Aduocati, ita præbeant patrocinia iurgantibus, vt non vltra quam litium poſcit vtilitas, in licentiam conuitiandi, & maledicendi temeritatem prorumpant. Agant quod cauſa deſiderat; temperent ſe ab iniuria. Nam ſi quis adeo procax fuerit, vt non ratione, ſed probris putet eſſe certandum, opinionis ſuæ imminutionem patietur, &c. Et Ammianus Marcel. *lib.* 30. *Hiſtoriæ* ita ait, *Cum enim ad inopiam muniendarum allegationum, ad effrenatam deflectunt conuiciandi licentiam, quo nemine ob aſsidua in perſonas honorabiles probra; Diebus dictis aliquoties ſunt damnati,* &c. ad idem Symmach. *lib.* 5. *epiſtol.* 39. *& lib.* 9. *Epiſtol.* 28. Franciſcus Pollet. *lib.* 2. *Hiſtor. for. cap.* 9. *pag.* 159. Marquard. Freherus *lib.* 3. *de infamia capite* 13. *numero* 3. *&* 4. Petrus Gregorius 3. *parte Syntagmatum libro* 49. *capite* 6. *numero* 29. & latè de materia agit Machado *in ſu perfecto confeſſor tom.* 2. *libro* 6. *parte* 3. *tractat.* 1. *docum.* 2. erudite & latiſſimè Salzedo *in commentar. ad ll. recopil. ad l.* 34. *titul.* 16. *lib.* 2. *recopilat. à numero* 9. *cum pluribus ſequentib.* vbi videre poteris *folio.* 100.

Si vero id fiat veraciter, & moderatè, 24
declarando quoquomodo ad terminos re-

ctæ iuriſprudentiæ, iura, & actiones, pertinentes ad Epiſcopos, & Eccleſias, ne tales acquiſitiones fiant, aut permittantur, non poſſe recurri ad Conſeruatorem dicendum eſt, cum videamus, quod quando pars, & aduocatus modeſtè, vrbaniter, & veraciter declarant iuſtitiam, & ius, non ſolum damnandi, ſed imo laudandi ſunt, vt *in l. laudabile 4. 6. de aduocatis diuerſorum iudicum*, ibi: *Laudabile, vitæque hominum neceſſarium, Aduocationis officium, maxime principalibus præmiis oportet remunerari*, &c. Vndè lepide exclamat Caſſiodorus *lib. 1. varir. epiſt. 12. Nihil eſt Aduocationis officio, ſi pure impendatur, ornatius*, &c. Ad idem Gaill *lib. 1. obſeruat. 43. n. 4.* latè Tiraquel *de nobilitat. c. 29. num. 11* Maſtrillus de Magiſtratibus *lib. 2. cap. 12. n. 4* Perez de Lara *in compend. vitæ hominis cap. 30. num. 14.* Amaya *in l. 1. n. 87. C. de infamibus*; latè Salzedo *ad d. l. 34. n. 1. & ſequen.* & in hunc ſenſum procedere poſſe ſecundam opinionem fatendum eſt.

25 Quæ videtur de mente Sacræ Congregationis; & Sanctiſ. D.N. Innocentij X. vt patet ex Breui de quo ſupra in initio huius ſecundæ partis in octaua declaratione per hæc verba *Reſpondit: Si Epiſcopi, pro tuendis iuribus Cathedralium Eccleſiarum, coram Iudice Competenti, huiuſmodi ſcripta producant, & Regularium immoderatas acquiſitiones veraciter, & modeſte referant, non licere Regularibus ob eam cauſam, ad Conſeruatores recurrere*, &c. *ex quibus ita concludendum videtur*, &c.

---

## QVÆSTIO IX.

### Vtrum Regulares, etiam Societatis Ieſu, poſſint adminiſtrare Sacramenta Pœnitentiæ ſecularibus, abſque licentia Epiſcopi diœceſani, etiamſi in aliena diœceſi approbati ſint.

### SVMMARIVM.

*Regulares omnes, vt audire poſſint ſecularium Confeſſiones, neceſſario prius debent habere examen, & approbationem, ab illo Epiſcopo, in cuius diœceſi, actu commorantur. numer. 2. & 3. & ſequentib.*

*Curatus alterius diœceſis non poteſt audire confeſſiones aliorum feligreſium, quoties abeſt à ſua n. 4.*

*Regularis, vel Secularis approbatus in vna diœceſi ad audiendas confeſſiones, non cenſetur approbatus in altera, ſed requiritur noua. n. 5. & 8.*

*Approbatio Epiſcopi ad audiendas confeſſiones non tribuit Ordinis poteſtatem, ſed tantum declarat, confeſſarium, habilem ad illud miniſterium, per examen. n. 6.*

*Confeſſiones factæ cum Confeſſario non approbato per Epiſcopum, vbi actu fit confeſſio, ſunt nullæ & inualidæ. n. 7.*

*Secularium Confeſſiones audire prohibitum fuit Regularibus aliquo tempore. n. 8.*

*Miniſterium audiendi Confeſſiones antiquitus à ſolis Epiſcopis exercebatur, donec curſu temporis quilibet eorum elegit vnum Pœnitentiarium in ſua Cathedrali, tanquam coadiutorem. n. 9. & 10.*

*Diuinum, & vltra humanam naturam cognoſcitur eſſe, non peccare. n. 9.*

*Peccantibus, & pænitentiam agentibus, veniam Deus dare præcepit. n. 9.*

*Qui confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt. n. 9.*

*Epiſcopi antiquitus, Regularibus prorogarunt facultatem audiendi confeſſiones, quæ eis erat interdicta. n. 10.*

*Religiones Dominicana, & Franciſcana obtinuerunt indulta Apoſtolica, vt in ſuis conuentibus, libere poſſent. fidelium Confeſſiones audire, quæ moderauerunt alij Pontifices. n. 11. Aliique poſtea ampliauerunt. n. 12.*

*Concilium Tridentinum reduxit omnia priuilegia, quæ Regulares habebant, pro libere audiendis confeſſionibus, & decreuit, vt id efficere non valerent, niſi præuio examine, & approbatione Epiſcopi, illius diœceſis, vbi illud exercere intendunt. n. 13.*

*Concilium Prouinciale non poteſt concedere permiſſionem pænitenti, ſuffraganeo Epiſcopi, vt poſſit eligere confeſſarium, non examinatum, & approbatum à ſuffraganeo. n. 14.*

*Epiſcopus extra ſuum Epiſcopatum non poteſt confiteri Sacerdoti non ſibi ſubdito, ſi non ſit approbatus à ſuo Ordinario. 14. quod extende etiam ad Cardinales. numero. 15.*

*Confeſſiones Secularium non poteſt aliquis audire ſine approbatione Epiſcopi diœceſis, etiamſi reperiatur in loco exempto. n. 16.*





*Indecorum videtur reprobare ſubiectum, quod ſemel legitime fuit approbatum. n. 17 quod intellige, vt n. 18.*

*Medicus propter periculum ſalutis corporalis poteſt reprobari, & ſuſpendi, etiamſi ſemel fuerit approbatus. 19 quod extende ad medicos ſpirituales, ſcilicet confeſſarios. n. 20. & 21.*

*Salus animæ tanto eſt pretioſior ſalute corporis, quanto diſtat corpus ab anima. numero 20.*

*Anima eſt dignior cunctis rebus corporalibus. n. 21.*

*Religiones aliquæ obtinuerunt priuilegia, audiendi ſecularium Confeſſiones, vna obtenta approbatione, ab Epiſcopo, nec alia indigere, etiamſi ſe transferant in diuerſam diœceſim. 22. quæ reuocata exiſtunt per Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 15. de reform. n. 23.*

*Patres Societatis Ieſu audire poſſunt ſecularium confeßiones, dummodo ab Epiſcopis per examen approbationem obtineant. n. 23.*

*Patres Societatis Ieſu habent priuilegium audiendi confeſſiones, & prædicandi verbum Dei, quoties iter agunt, tam in Mari, quam in terra; habita vna approbatione, dummodo in locis vbi Epiſcopi exiſtunt, licentiam ab eo obtineant, & in aliis non renuant Parochi. n. 24.*

*Vrbanus. VIII. reuocauit omnia priuilegia, & indulta, quibuſuis conceſſa, etiam per modum communicationis, audiendi ſecularium Confeſſiones abſque examine, & approbatione Ordinariorum. numero. 25. & 26.*

*Priuilegium conceſſum alicui Religioni, vt Regulares ſemel approbati in Vrbe à Vicario, cenſerentur approbati in toto Orbe, abſque nouo examine reuocauit Vrbanus VIII. per ſuam ſpecialem Conſtitutionem n. 27. & ſequen.*

*Famuli, & actu ſeruientes Monaſteriis confiteri non poſſunt cum Regularibus, ibi exiſtentibus, qui approbationem ab Ordinario non habeant. n. 29.*

*Regulares quando ab Epiſcopo examinantur, ſtare debent; nec conqueri poſſunt ex eo, quod non ſedeant. n. 32.*

*Religioſus examinandus pro audiendis confeſſionibus, quoad illum actum, eſt ſubditus Epiſcopi, etiam ſi ſit Doctor, aut Magiſter. n. 33.*

*Sacerdos, & Confeſſarius poteſt aliquis exiſtere, etiam ſine Magiſterio, aut Doctoratu. n. 34.*

*Perſona priuata dicitur illa, quæ dignitate caret. n. 34.*

*Maiores honorandi ſunt à minoribus, à quibus obſequium præſtandum eſt. n. 34.*

*Carcerari poteſt ab Ordinario Regularis; ſi in examine ad audiendas confeſſiones eum iniuriauerit verbo, vel opere. numero. 35.*

*Nullus poteſt punire iniuriantem ſibi, ſed hoc fallit quando iniuria redundat in dignitatem, ſeu officium, iniuria affecti. n. 35.*

*Confeſſarius approbatus in vna diœceſi, an virtute Iubilei, vel Cruciatæ, poſſit in altera ſine noua approbatione audire confeſſiones ſecularium. n. 36.*

*Confeſſarius approbatus ab eius Ordinario poteſt eligi in alia diœceſi, virtute Iubilæi, vel Cruciatæ, ſed alij tenent, ſufficere approbationem Ordinarij pænitentis, & alij, quod ſit approbatus à quocumque Antiſtite. n. 37. & ſequen.*

*Approbatio Ordinarij requiritur pro confeſſario, vbi actu Pænitens confitetur, ad hoc vt abſolute poßit virtute Iubilei, vel Cruciatæ confeſſiones audire. n. 40. & ſequen.*

*Regula immediata ad valorem Confeſſionis non eſt Ordinarius pænitentis, ſed cui confeſſarius ſubordinatur, in ordine ad tale miniſterium. n. 42.*

*Pænitens aliquando nullum habet Ordinarium, potentem approbare Confeſſarium, ex vi priuilegij ipſius Pænitentis, quales ſunt Regulares, & Peregrini. n. 42.*

*Peregrini ſunt ſubiecti Ordinario loci, vbi actu commorantur. n. 43.*

*Priuilegium Bullæ Cruciatæ vel Iubilei eſt ad tempus, quo finito de nouo conceditur, & prorogatur. n. 46.*

*Clauſula*, ſublata, & decretum irritans, *operantur, vt annullent quidquid in contrarium fuerit prouiſum, etiamſi ſecunda conceſſio fuerit facta ad inſtantiam partis, vel motu proprio, ſiue iuſte, ſiue iniuſte, vel non cognita cauſa. n. 47.*

*Decretum* irritans; *ſi ſit appoſitum in lege Conciliari, vel generali, ligat manus Papæ vſque dum expreſſe ipſemet illud non derogauerit. n. 48.*

MAgnam aggredimur nauigationem 1
in hac quæſtione tentandam, in qua quia (vt ait Barboſ. *de vniuer. iure Eccleſ. lib. 1. cap. 43. n. 210.*) hac de re plures ſopitæ fuerunt controuerſiæ, per Breue Vrbani VIII. *infra citando num. 25. & 26.* ſequitur, varias ante illud exortas fuiſſe lites, doctorumque ſententias eſſe diſcordes, & vtrumque anſam dediſſe, vt plures de materia agerent; cum igitur in hoc tractatu breuitati conſulam, remitto

Lectorem ad Barboſ. *in Paſtor.p.2.allegat.* 25. *& in collect. ad Trid.ſeſſ.23. cap.15. de reform.* vbi innumeros pro vtraque parte refert, ſolumque agemus de vera reſolutione iuxta præſentem ſtatum, ex declarationibus Sacræ Congregationis, & Breuibus ſummorum Pontificum.

2 Et antequam ad vlteriora procedamus, libet verba Tridentini, tanquam baſis, & fundamentum dicendorum referre, ait enim ſeſſ.23.cap.15. de reformat. *Quamuis Præsbyteri in ſua Ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus, nullum etiam Regularem, poſſe confeſſiones ſecularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem (quæ gratis detur) obtineat; priuilegiis, & Conſuetudine quamcumque, etiam immemorabili, non obſtantibus*, &c.

3 Ex quo decreto colligunt communiter Doctores, neceſſario Regulares indigere approbatione Epiſcopi, illius Diœceſis, in qua actu morantur, cum ſecularium Confeſſiones, (quamuis Sacerdotum) audire cupiunt, vt tradit Graphis *in ſuis aureis deciſionibus p.1.lib.3.cap.5.tit.de Regul. n.*109. per hæc verba: *Si Regularis ab Epiſcopo in ſua diæceſi approbatus, confeſſiones ſecularium audierit in altera abſque approbatione alterius Epiſcopi, cum nullo modo poſsit, facit Concilium Tridentinum ſeſſ.23. cap.15. nam dum dicit, quod Regulures approbari debeant ab Epiſcopis, intelligit ab vnoquoque Epiſcopo illius diæceſis, in qua habitat. Nauarrus cap.2.n.*268.&c.

4 Miranda in manuali *Prælatorum tom.1. quæſt.45.articul.8. verſ.penultimo*, ita ſcribit: Quæ ſupradicta omnia mihi videntur vera, & quæ dicenda forent de iure, etiam ante Concilium Trid. at poſt ipſum, non eſt aliquis dubitationis locus cum ſeſſ.23. cap.15. id habeatur expreſſe, vbi adnotare oportet, verbum illud, Epiſcopus, poſitum in plurali, quo planè ſignificatur, ac datur intelligi, quod non ſufficit approbatio vnius, vel alterius Epiſcopi, ſed generaliter, atque in vniuerſum requiri approbationem illorum Epiſcoporum, in quorum diœceſibus Regulares prædicti ſuorum ſubditorum confeſſiones volunt audire, & licet ſupra dixerimus, Clementinam, *dudum*, poſitam in titulo de ſepulturis, reuocatam non eſſe per præfatum decretum Concilij Tridentini, ipſa tamen quoad hoc nullum continet ſpeciale priuilegium, aut cuiquam fauet, nam licet concedat ibi Summus Pontifex Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus facultatem, vt nolentibus Epiſcopis eos ſine cauſa admittere auctoritate Apoſtolica ſuum munus & officium exercere poſſint, non tamen concedit ipſis eandem ſuam iuriſdictionem pro aliis diœceſibus, in quibus non ſint approbati, quin verò nec præſentati. Immo verò ex eadem Clementina contrarium expreſſe colligitur, cùm concedatur ibi iuriſdictio ad modum Curatorum, & certum eſt quod curati alterius diœceſis confeſſiones audire minime poſſunt, quamuis in ſua diœceſi ſint approbati, videatur de hac re Suarez 4. *tom.ad 3. p. D. Thomæ diſput.28.ſect.7.* &c.

5 Vgolinus *de officio, & poteſt, Epiſcop. cap.20. in princip.* varias declarationes Sacræ Congregationis, & Summorum Pontificum refert, & *n.6.* quærit, an approbatus in vna diœceſi, in omnibus aliis diœceſibus approbatus exiſtat, & n.7. ita ſcribit. Pro certo habendum eſt, approbatum Regularem ab vno Ordinario non intelligi approbatum ab omnibus Ordinariis, nam per Clementinam dudum §. in Eccleſiis autem, de ſepulturis, præſentatio, & approbatio fieri debet Ordinario eius diœceſis, vbi Sacramentum hoc adminiſtratur, & diſpoſitio Tridentini ſeſſ.23. de reformat.cap.15. quæ declarat ius antiquum, & coarctat ſecundum ius antiquum accipi debet, atque ſic aſſeruit Hieronymus à Soruo in com.priuileg.

6 Frat. Minor in verbo, *abſolutio*, Quoad ſeculares *pag.* 54. contra Cordubam qui contrarium aſſerit, & male. Probatio autem prædicta non tribuit Ordinis poteſtatem, vt ſenſit Trident. Synodus *ſeſſ.23. de reformat. cap.*25. ſed ſolum per examen, probatum habilem declarat: ita Confect. *in ſum. priuil. Mendicantium in tit.17.c.4.* Hæc Vgolinus; cui iunge Trullench. *in loco ſtatim citando dub.2. n.1.* in tantum vt dixerit Nouar. *in ſum. Bull.4. tom.2. tit. de Regularibus*, audientibus Confeſſiones ſecularium *n.9.* Epiſcopum non poſſe dare Regularibus licentiam audiendi Confeſſiones, quin prius examini ſe exponat, vbi fundat ſuam doctrinam in *prædicto cap.*15. Trident. quem licet optimè confutet Diana *tom.7.reſol. moral. tract.11. reſol.33.* cui aſſentio, at ad noſtrum intentum colligi poteſt, quam vrgens requiſitum ſit, vt voluerit Nouarius obſeruandum etiam in illo actu externo, &c. De quo vide eundem Dianam *tom.8. tract.1. reſol.84.* & Ludouicum à Cruce *in expoſit.Bull. diſp.1.cap.2. dub.23.*



*dub.23.n.2.&* 3 quem ſequitur Trullenc. *in eadem expoſit. Bull. lib.1. §.6. n.1. dub.1. num.5.* qui tenent prædictam approbationem eſſe de neceſſitate ſacramenti, & conditionem ſine qua; taliter quod non tenet Sacramentum pœnitentię & ibi cum Suarez variis rationibus, & fundamentis illud probat

Sed quia longum eſſet recenſere omnes prædictam opinionem ſequentes, conſulto omitto, & videre poteris Lezanam *tom.5. Summæ* in Mari Magno Minorum *§.50. num.*148. & Vincentium Candidum *tom.2. diſquiſition. moral.diſp.24. artic.63. dubit.1. & ſequen.* Piaſecium *in praxi p.2. c.1. art.2. titulo, in quibus poſsit abſoluere ipſius* Epiſcopus. Torreblanca *iuris ſpiritualis lib.14.c.2.* allegatos copioſe per Barb. *vbi ſupra, & in collect. ad c.15.ſeſſ.23. Tridentini de refor.numer.31. & in paſto. alleg. 25.n.50.& ſeq.* & Ioannem Valer. *de differentia inter vtrumque for. verbo, nullitas, different.5.* vbi *num.2.* cum Suarez tenet, prædictam opinionem contra Enriquez, & Nauarro eamque tuentur Diana *tom.3. reſol.moral.tract.2.reſol.21.* & *tom 8.tract 1. reſol.85.verſ. ſed nunc talem opinionem*, vbi reſoluit ita eſſe neceſſariã ipſi approbationem, etiam in Regularibus, vt quamuis iniuſtè neget illam, nec licitè, nec validè poſſe confeſſiones audire, & pro hac ſententia plures DD. & argumenta tradit, reſpondetque contrariis, vbi videre poteris, optimè & late Tamburinus *de iure Abbatum tom.2. diſp.6.q.12. per totam,* & *tom.3. diſput.5. q.11. num.75.* Ferro Manriquez *in ſuis reſol. & quæſt. vicarial q.21.n.10.& ſequen.* vbi allegat Ioann. Gutierrez *can. quæſt. lib.1. q.27.* qui late agit de hoc articulo, & Nicol. Garc. *de benef. 5. p. cap.8.* qui *num.* 87. varias declarationes adducit in vna Abulen. *ad 4.dubium, & num.*132. in alia Valent. & alij plures penes Barb. *in collect. ad d.cap.15. Trident.n.2. & ſequent.* Trullench. *in expoſitione Bullæ Cruciatæ lib.1. §.6.cap.1.dub.1.n.5.*

7 Ipſeque Manrique reſpondet Ioanni de la Cruz tenenti, ex priuilegiis Nicolai V. Leonis X. & Sixti IV. & altero Gregorij XIII. pro Patribus Societatis Ieſu, poſſe Regulares audire Confeſſiones, vbi non ſunt approbati, & *num.12.* ſatisfacit ad ea, quæ tradit Diana *dicto tom.3.reſol.moral.tract.2.reſol.21.* vbi in toto illo tractatu late de materia huius quæſtionis agit, quem videbis, & *tom.5. tractat. 13. reſolut.*45.

Quod quidem (iuxta à nobis tradita) ita declarauit Sacra Congregatio, teſte Aldano, quem refert Barb. *Apoſtolicarum deciſ. collect.38. num.12* per hæc verba. *Approbatus clericus, tam ſecularis quam Regularis, ad audiendas perſonarum ſecularium Confeſſiones in vna diæceſi non poteſt in alia, eaſdem Confeſſiones audire abſque Epiſcopi diæceſis approbatione*, &c.

Et exinde infero, tales confeſſiones eſſe nullas, & inualidas, Barboſa de vniuerſ. iure Eccleſi. plures referens *lib.1. cap 34. n.35.* & 36. provt & etiam declarauit eadem Sacra Congregatio, vt ipſemet Barb. teſtatur *Apoſtol. deciſ. collect. 202. n.5.* ibi. Confeſſariis non approbatis confeſſiones factæ ſunt nullæ, Sacra Congregatio Concilij, teſtibus Campanil. *de caſibus reſeruatis cap.3. q.1.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. cap 1. num.9.* & aliis pluribus per me citatis de officio, & poteſtate Epiſcopi *p.2.alleg.25. num.3.* & nouiſſimè eadem Sacra Congregatio poſt dictam conſtitutionem 18. Gregorij XV. *declaratione 12.* &c. & in aliis declarationibus patet ibidem penes ipſum Barboſ. *collect 365.num.4. & collect. 636.num.1. & 2.* late Diana *tom 8. reſol. moral.tract.1.reſol 84.* & nouiſſimè Thomas Hurtado *in ſuis var. reſol. moral p.2. tract 12.c.1.dub 4.n.*2068.

8 Sed quia in hoc articulo varia reperiuntur aſſerta plurium Doctorum non immorabor in illis refutandis, cùm hodie fixa debeat eſſe reſolutio; vt neceſſaria ſit & præciſa approbatio Epiſcopi; illius diœceſis, in qua actu Confeſſarius ad tale miniſterium reperitur, nec ſufficere aliam obtentam in altera, quidquid dicat Tamburinus, & alij penes eum, *de iure Abbatum tom.2. diſp.6.quæſt.27.n.3.*

Vtque id clarius fiat, notandum eſt, aliquo tempore prohibitum, & interdictum fuiſſe Regularibus, ſecularium Confeſſiones audire, vt patet ex Conſilio Pariſienſe III. tempore glorioſiſſimorum Imperatorum Ludouici, filiique eius Lotharij, celebrato *anno Domini* 829. & habetur *tom.3. Concil. in impreſsis Venetiis* 1585. vbi *cap.46. pag.793. in verſ. Nec etiam*, ita ait: *Nec etiam illud nobis videtur congruum, vt clerici, & laici, Epiſcoporum, & Presbyterorum canonicorum iudicia declinantes Monaſteria Monachorum expetant, vt ibi Monachis Sacerdotibus confeſſionem peccatorum ſuorum faciant, præſertim cum eiſdem ſacerdotibus Monachis id facere fas non ſit; exceptis his dumtaxat, qui ſub Monaſtico Ordine ſecum in Monaſteriis degunt*, &c.

9 Enim vero hoc miniſterium illis temporibus, ſoli Epiſcopi exercuere, donec

diſcurſu

diſcurſu temporis, quilibet eorum in ſua Eccleſia Cathedrali ſegregauit, & elegit vnum Sacerdotem pœnitentiarium bonæ conuerſationis, laudatæque vitæ tamquam ipſius Coadiutorem, vt tradit Caſſiod. Senator *lib.9. Hiſtoriæ Tripartitæ c.35.* per hæc verba. *Quoniam omnino non peccare diuinum, & vltra humanam naturam eſſe cognoſcitur: Peccantibus autem, & pœnitentiam agẽtibus veniam Deus dare præcepit, qui vero confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt; propterea viſum eſt antiquis Pontificibus, vt velut in Theatro ſub teſtimonio Eccleſiaſtici populi delicta pandantur. Et ad hanc rem presbyterum bonæ conuerſationis, ſeruantemque ſecretum, ac ſapientem virum ſtatuerunt, ad quem accedentes hi, qui deliquerant, delicta propria fatebantur*, &c.

10 Quam quidem auctoritatem poſtea ipſi Epiſcopi delegarunt, & prorogarunt Monachis Sacerdotibus, teſte Cardinali Baronio *tom.1. annal. Eccleſ. anno Domini 56. num.36.* ibi. *Certe non tantum publice peccantes, ac pœnitentes, Eccleſiæ reconciliare, ſed & ſecreto confitentes audire, muneris fuiſſe Epiſcoporum ſcribit Nicephorus Cartophilax; additque illos immenſe pertæſos laboris, eandem functionem delegaſſe poſtea Monachis Sacerdotibus*, &c. Ex quibus teſtimoniis colligitur, omnes tam Seculares, quàm Regulares, volentes ſe exponere pro audiendis confeſſionibus teneri, obtinere prius licentiam, & approbationem Epiſcopi, tamquam ipſius ſubſtituti, & coadiutores, ab eiſdem dati, quoad exercitium talis Sacramenti.

11 Curſu tamen temporis, aliquæ Religiones, veluti Dominicana, & Franciſcana obtinuerunt Bullas, & indulta Apoſtolica, vt in ſuis Conuentibus libere poſſent audire Confeſſiones fidelium, ad id recurrẽtium, vt tradit Suarez *in 3. p. D. Thomæ tom.4. diſput.28. ſect.5. num.11.* quas facultates, ſiue indulta Bonifacius VIII. reſtrinxit, vt patet in extrauag. ſuper Cathedram §. ſtatuimus, de Sepulturis inter communes, vbi decreuit, quod perſonæ electæ à Superioribus ad audiendas confeſſiones tenerentur, illas præſentare Epiſcopis, vt de eorum licentia, beneplacito, & gratia, in Ciuitatibus, & diœceſibus audire poſſent eorumdem Confeſſiones.

12 Poſtmodum vero Benedictus XI. reuocãdo prædictam Bonifacij moderationem, ampliſſimam Religioſis conceſſit facultatem, prædicandi verbum Dei, & audiendi confeſſiones, nulla coram Epiſcopo facta præſentatione, nec obtenta nec petita licentia, vt patet ex extrauaganti inter cunctas, de priuilegiis. At vero Clemens. V. in Concilio Viennenſi, relato in Clement. dudum, de ſepulturis, reuocauit prædictum decretum Benedicti XI. & renouauit illud Bonifacij.

13 Quæ omnia poſtea Concilium Tridentinum *in dicto cap.15. ſeſſ.23.* declarauit, & expreſſe decreuit, quidquid obſeruandum foret, vt declarauit Sacra Congregatio teſte Garcia *de benef.3. p. c.2. n.258.* quem refert Barboſ. *Apoſtol. deciſ. collect.602. n.15.* & late tradunt Miranda *in manuali Prælat. tom.1. quæſt.45. artic.4 per totum*, accuratè Bordonus *in ſuis reſolut. ſeu conſil. moral. tom.1. reſol. 36. fere per totam*, vbi *q.1.* ita ait. *Primo reſpondeo, requiri approbationem ad valorem huius Sacramenti, nec ſufficit reſponſio legitime data ad examen, quod probatur ex citato cap. 15. ſeſſ. 23* &c. *Ex quibus verbis ad meum propoſitum duo colligo; vnum eſt, in quolibet Sacerdote, ſiue ſeculari, ſiue Regulari requiri actualem acquiſitionem approbationis; alterum, ea non habita, ſequi nullitatem abſolutionis*, &c. Hæc Bordonus, qui plura fundamenta, & varias quæſtiones, conducentes ad noſtrum intentum adducit. Cui iunge Pelliz. *in manuali Regular. tom.2. tract. 8. cap.3. ſect.2. ſub ſect.1. pag. 489.* vbi *num.* 10. ita ſcribit. *Quamuis olim ad hoc vt Regulares poſſent audire confeſſiones ſecularium, requireretur ſolum, vt à ſuis Prælatis præſentarentur Epiſcopis, & hoc ex indulto Bonifacij VIII. in extrauaganti ſuper Cathedram; Immo eas audire poſſent etiam ſine tali præſentatione, & abſque licentia Epiſcoporum, ex conceſſione Benedicti XI. in extrauaganti, inter cunctas, de priuilegiis; quamuis poſtea in Concilio Viennenſi reuocatum fuerit decretum Benedicti, & renouatum fuerit decretum, quod iam ediderat Bonifacius VIII. in præſentia tamen, poſt Concilium Tridentinum requiritur neceſſario, vt ſint approbati ab Epiſcopo, & eſt communis Doctorum*, &c. quod etiam probat ipſemet Pelliz. *in eodem tract.8. cap.6. ſect.1. q.25. & 51.* eamque ſequuntur communiter Doctores, provt Graphis, & alij relati *ſupra numero 3. & ſequen.*

14 Prædicta adeo vera ſunt, vt pro certo habendum ſit, quod nec Concilium Prouinciale poſſit concedere permiſſionem pœnitenti, ſubdito Epiſcopi ſuffraganei, vt poſſit eligere Confeſſarium, ab eo nõ examinatum, & approbatum, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij 16. *Martij* 1581. teſte Barb. *Apoſtolicarum deciſ. collect.198. num.8.* per hæc verba. *Concilium Prouinciale*



*tiale non poteſt dare facultatem pœnitenti, ſubdito Epiſcopi ſuffraganei, eligendi confeſſarium, non approbatum ab ipſo ſuffraganeo. Sacra Congregatio Concilij ſub die 16. Martij* 1581. *cuius meminit Proſper de Auguſtino in addit. ad Quarantam in ſumm. Bull. verbo, Concilium Prouinciale, quæſt.36. in fine*, &c.

15 Et quod magis eſt, vt nec ipſe Epiſcopus extra ſuum Epiſcopatum poſſit confiteri Sacerdoti ſibi non ſubdito, niſi ſit approbatus ab Ordinario loci vbi confitetur, vt infinitos referens tradit Barb. *in collect. ad d. cap.15. Trident.* vbi varias refert declarationes Sacræ Congregationis, quibus iunge nouiſſime Carolum Antonelum de regim. Eccleſiæ Epiſcopalis *lib.7. cap.12. n.10. & ſeq. p.2.* & Vincentium Candidum *tom. 2. diſquiſit. mor. diſquiſit.24. arti.65. dub.10.* & optime conſiderauit Eminentiſ. Card. Lugo *tom. de pœnitentia diſput. 21. ſect.2. num.38.* ibi. Vnde duo infero. Neque ipſum Epiſcopum Hoſtienſem, dum eſt Neapoli, poſſe confiteri Sacerdoti non ſubdito, niſi ſit approbatus à ſuo Ordinario. Quia ſicut non dat illi approbationem pro tempore præſenti pro ſuis ouibus, ſed pro tempore quo fuerit in Epiſcopatu, ſic nec poteſt dare pro ſe, ad hoc tempus, cum nunc ille Sacerdos non ſit approbatus ab vllo ſuo Ordinario. Hæc Lugo, quem omnino videbis, quia late agit de hac materia, & Diana *tom.8. reſol. moral. tract.1. reſol.85.* Quam doctrinam extende etiam ad Cardinales, vt cum Azor refert Barb. *de vniver. iure Eccleſiaſt. lib.1. cap.4. num.78.* Sacram Congregationem cenſuiſſe, non poſſe iam Cardinalem eligere Sacerdotem ad audiendas ipſius Confeſſiones; non ſubditum, ſi à proprio Epiſcopo non ſit approbatus, de quo Diana vbi proxime *in d. reſol.85. verſ.* Tertius caſus erit. Antonellus *vbi ſupra in d. cap.12. num.9.* & ibi aduertit, licere Cardinalibus ſibi, & familiæ de Confeſſario prouidere, quia quodammodo ſunt quaſi illius Paſtores, & hoc ex tacita voluntate ſummi Pontificis, ad quod allegat Comitolum *reſpon. mor. lib.1. q.101. num.4.* Naldum in ſum. verbo Cardinalis, *num.8.* & alios penes Barboſ. *in Paſtor. alleg.25. n.20. & 21.*

16 Ratio autem prædictorum deſumi poteſt ex eo, quod tradit Stephanus de Albin. *de poteſt. Epiſcopi & Abbat. cap.19. num.6. pag.105.* quia quoties aliquis reperitur intra limites diœceſis, etiam ſi exiſtat in loco exempto, non poteſt audire Confeſſiones ſecularium ſine approbatione Epiſcopi illius diœceſis, & in parocho dicitur quod ex vi parochialitatis tantum cenſetur approbatus ad audiendas Confeſſiones in ciuitate, vel oppido vbi ſita eſt Parochia, & non vltra, vt cum pluribus tradit Barb. *in paſtor. alleg.25. num.18.* & *de officio parochi p.2. cap.19. num.3.* & *in collect. ad d. cap.15. Trident. num.19.* vbi teſtatur, ita fuiſſe declaratam à Sacra Congregatione.

17 Neque prædictis obſtat, iniuriam inferri approbato in vna diœceſi, ſi in altera indigeat noua approbatione, vel ſine eadem, ab eodem Epiſcopo, vel à ſucceſſore non admittatur, ex regula iuris, non deberi, nec eſſe decorum, reprobare ſubiectum quod iam ſemel fuit legitime approbatum, ex *l. quod ſi nolit, §. in factum ff. de edilitio edicto. l. Pomponius de negotiis geſtis. l. ſi vxor §. ſi qua ad legem Iuliam, de adulteriis*, Beccius *conſ.3. n.39.* Surdus *conſ.18. num.2. lib.1.* Menoch. *conſ.364. numero 17. vol.4.* quem refert Marius Giurba *deciſ. 24. numero 29.*

18 Quia reſpondetur, prædictam regulam præcedere, & habere locum, quando circa ſubiectam materiã verſatur intereſſe particulare, ſecus tamen quando bonum publicum, vt dicitur in *l.2. cap. de profeſſoribus & Medicis* ibi. *Grammaticos, ſeu Oratores decreto Ordinis probatos, ſi non ſe vtilius ſtudentibus præbeant, denuo ab eodem Ordine reprobari poſſe incognitum non eſt*, &c. & ſuadetur ex gloſſa in Canone dilectiſſimi verbo, *Iudicari*, 8. *q.2.*

19 Quæ quidem reſponſio adaptatur, & habet præcipuè locum in Medico propter periculum ſalutis corporalis; enim vero etiamſi ſit approbatus, reprobari poſtea poteſt. *l. vt gradatim ff. de muneribus, & honoribus* ibi: *Reprobari poſſe Medicum à Republica, quamuis ſemel probatus ſit, Diuus Magnus Antoninus cum Patre reſcripſit*, &c. Idem probatur ex *l. ſi duas §. ſed & probari ff. de excuſationibus Tutorum*; quæ iura cum id ita diſponant in Medico corporali, quanto vrgentius idem ſuaderi debet in Medico ſpirituali; cum ſalus animæ tanto ſit pretioſior, quanto diſtat corpus

20 ab anima, vt conſiderauit Concilium Cabilonenſe ſecundum ſub Leone III. Pontifice, & Carolo Imperatore, celebrato *anno Domini* 803. & habetur *tom. 3. Concil. pag.686.* vbi *canone* 34. ita ait. *Multo magis id ipſum obſeruandum eſt, qui non corporum, ſed animarum Medici exiſtunt*, &c. & de hoc articulo agemus *infra, q.20.*

21 Idem probatur ex cap. præcipimus 12. *q.1.* cap. *cum infirmitas, de pœnitentiis, & remiſſionibus*, gloſſa *in cap. cum ſit*, verbo. *ars*

*ars artium, de ætate, & qualitate.* Mantica *de tacitis, & ambiguis tom.2.lib.13. tit.28. num.10.* Maſcar. *de probat. concl.* 1171.*n.*5. Stephan. Gratian. *tom.5. diſcep. forenſ. cap.* 935.*num.*36.ibi. *Cum anima ſit dignior cunctis rebus l. ſancimus C. de ſacroſanctis Eccleſ.* &c. ergo à fortiori Epiſcopi tenentur inquirere peritiam Medicorum ſpiritualium, ad ſalutem ouium, eis commiſſarum, optime ad intentum Oldradus *conſ.* 18. *num.* 1. in hæc prorumpit. *Eſt enim ſpeciale in Medico, qui ſemel approbatus, poteſt adhuc reprobari, propter periculum, quod vertitur in exercitio artis ſuæ: Conſtat autem, quod maius periculum vertitur in imperitia Medici animarum, quam in imperitia Medici corporum*, &c. ergo legitime Epiſcopi hoc prouidere debent, imo ad id exequendum tenebuntur, & quos iudicent ineptos, & inhabiles, ſuſpendere fas erit: Quamuis enim tempore habitæ primæ approbationis, in tali approbato reperiantur ſcientia, & virtus; at cum propter noſtram fragilitatem hæc mutari poſſint Suarez *tom.4. in 3.p.diſp.* 28. *ſect.8.num.3. Reginal. lib.1. cap.16. num.2.* merito Epiſcopis licita erit reprobatio, ſi id ita iudicauerint expedire.

22 Tum & etiam, nam in primo examine accidere poterit, tam illud, quam & approbationem non fuiſſe legitimam, vel propter errorem, vel aliam legitimam cauſam, quæ omnia præ oculis habere debent Epiſcopi, vt tradunt Hurtado *de pænitent. diſp.10. difficult.19.* Ochagauia *tract.2. de confeſſ. q.40. num.7.* Ergo proprium erit Epiſcopi hoc inuigilare. An autem ſine cauſa id efficere valeat dicemus *infra quæſt.20.*

Nec ſimiliter obſtat, aliquos Regulares obtinuiſſe indulta, & priuilegia audiendi ſecularium Confeſſiones, vna tantum habita approbatione, nec noua indigere, vt aliqui colligere voluerunt ex illa ampliſſima Bulla, conceſſa Patribus Societatis Ieſu à Paulo III. quæ habetur in Bullario Cherubini *tom.2. in Conſtit. eiuſdem; conſt.*48. & tradit Barb. *lib.1. de vniuer. iure Eccleſ. cap.41.num.*195. Molpheſ. *in ſum. tract.7. cap.16.n.25.* Campanil. *in diuerſ. iuris Canonici, Rubr.12.cap.13.n.7.* Miranda *in manuali Prælat. tom.1.quæſt.45. artic.8.* & exinde omnes, cum eis communicantes, prædicto priuilegio gaudere poſſe.

23 Quia fuit reſponſum, reſtrictum, & reuocatum eſſe per decretum Tridentini in dicto cap.15. vt expreſſe declarauit Sacra Concilij Congregatio ſub die 20.Iulij 1619. teſte Barb. *in collect. ad d. cap. 15. Trident. num.8. & Apoſtolicar. deciſ. collect.169. n.11.* per hæc verba. *Clerici Regulares Societatis Ieſu, confeſsiones ſecularium audire poſſunt, idem Paulus III. dicta conſtitutione 48. dummodo tamen ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur neceſſarium, vt alias idonei iudicentur, & approbationem obtineant, quia cum comprehenduntur decreto Concilij c.15. ſeſſ.23. de reformat. Sacra Congregatio Concilij ſub die 20. Iulij 1619. teſte Sellio in ſelectis Canonicis cap. 81.n.6.* &c. de quo latè videndus eſt Bordonus *in ſuis conſil. & reſol. moral. tom.1. Reſol. 36. n.51.* Ioan. Sanch. *in ſuis ſelec. diſp.48.n.6. & ſequen.*

24 Nec inficit prædicta, quod poſt Tridentinum, fuit conceſſum à Gregorio XIII. prædictis patribus Societatis Ieſu, vt quoties iter agerent, tam in mari, quam in terra, poſſent prædicare verbum Dei, confeſſioneſque audire in Regionibus, quas peragrarent, habita vna tantum approbatione, videndus Bordonus *in dicta reſ.36. num.52.* Enim vero ipſamet conceſſio reſtrinxit illam facultatem, vt ea non vterentur in locis, vbi Epiſcopi exiſterent, & in alteris, ſi Parochi renuerent, vt ex compendio priuilegiorum Societ. *verbo, Confeſſarius* §.2. & Miranda tradit Diana *to.3. reſol. moral. tract.2.reſol.123.* & Filliucius *in quæſt. moral. tom.1. tract.7.cap.9. n.263.* vbi ita ait. *Religioſi Societatis Ieſu poſſunt: Modo in eo loco, vbi Confeſsiones audiunt, non ſit Epiſcopus: Tunc enim requiritur etiam eius approbatio*, &c. Idem probat Cardinalis Lugo *de pænit. diſp.21. ſect.2. num.32.* Fagundez *in præcept. Eccleſiæ lib.7. præcept.2.num.85.* Barb. *in Paſtor. alleg.25. num.15.* optime D. Ioan. de Solorzano *de Indiar. guber. tom.2. lib.3. cap.18. num.29.* ergo ex prædicta Conceſſione, potius deducitur; Gregorij mentem ſemper reſpexiſſe, vt nouam reciperent approbationem, quandoquidem, id non permittit in locis, vbi reperiuntur Epiſcopi, vel Parochi renuunt.

25 Et hodie non datur locus dubitationi, cum SS. D. N. Vrbanus VIII. per ſuam ſpecialem Conſtitutionem ſub dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die 12. Septemb. 1628. quæ incipit: *Cum ſicut accepimus*, aliquibus Religioſis, reuocauerit omnia indulta, & priuilegia, etiam per modum communicationis conceſſa Militiis, Hoſpitalibus, Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & ordinibus, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, cæteriſque locis piis, & eorum, ſiue earum reſpectiue perſonis, audiendi ſecularium

Confeſſio



Confeſſiones abſque Ordinarij examine, & approbatione, quam quidem Conſtitutionem reperies penes Cherubinum in Bull. *tom.4. conſt.92.p.103.* eamque etiã referunt Barboſa *in collect. ad Clement. dudũ, de ſepulturis n.25. in fine*, & Peirinus *tom.3. in additam. priuileg. ſui ordinis pag.558. & in* §.1. ita ait: *Nos huic malo oportune prouidere volentes, de venerab. Frat. noſtrorum, S. R. E. Cardinalium, negotiis Regularium Propoſitorum conſil. omnia, & ſingula indulta huiuſmodi audiendi ſeculariarium Confeſsiones, abſque Ordinarij examine, & approbatione, quibuſuis Collegiis, Capitulis, Religionibus, & ſocietatibus, & etiam Societati IESV, Congregationibus, & Ordinibus tam mendicantium, quam non Mendicatium, quorumcumque etiam S. Benedicti, Ciſtercien. & Carthuſien, ac etiam quibuſuis Militijs, etiam Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, ac quibuſcumque Eccleſiis etiam Patriarchalibus, ac Metropolitanis, Monaſteriis, cæteriſque locis Piis, ſiue eorum, & earum reſpectiuè Abbatibus, & Præpoſitis, Decanis, Magiſtris, Miniſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus etiam Generalibus, vel Prouincialibus, Capellanis, Confeſſariis, aut aliis, quocumque nomine nuncupatis, Superioribus, & perſonis quibuſcumque, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis, cuiuſcũque dignitatis, præeminentiæ, & conditionis exiſtentibus, & quouis priuilegio munitis, & tam ad ſupplicationem partium, quam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hactenus, quandocumque, & qualitercumque, ex quauis etiam de neceſsitate exprimenda cauſa, & aliàs quomodolibet conceſſa, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, viribuſque, & effectu euacuamus, ac reuocata, caſſata, ſublata, abrogata, & annullata, viribuſque, & effectu vacua eſſe, & forè, nec Religionibus, & Societabus, etiam Societati IESV, Congregationibus, Ordinibus, ac Militiis, & Eccleſiis, Monaſteriiſque prædictis, eorumque ſuperioribus, & perſonis quibuſcumque in poſterum vllomodo ſuffragari, minuſque illos & illas, etiamſi de iis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio habita foret, indultis huiuſmodi vti poſſe, &c.*

26 Ex qua Conſtitutione liquido patet, omnia priuilegia, & indulta, vſque tunc conceſſa, fuiſſe reuocata, annullata, & caſſata, ad dictum effectum audiendi Confeſſiones ſecularium ſine approbatione Ordinariorum, vt probat Eminentiſſ. Cardinalis Lugo, *de pænitentia diſputatione 21. ſect.2. numero 19.* vbi ita ait. *Cæterùm, quidquid ſit de huius ſententiæ probabilitate tempore præterito: Nunc iam non videtur poſſe habere locum, poſt decretum SS. D. N. Vrbani VIII. edito anno 1628. quo reuocauit omnia priuilegia, & licentias audiendi Confeſsiones ſine approbatione ab Epiſcopis diæceſanis, & abſque examine facto ab Ordinario, & ſi quæ erant priuilegia contraria cuiuſlibet Ordinis, vel Congregationis, omnino abſtulit. Quia aliqui fortaſſe prætendebant, per communicationem ſe habere tale priuilegium, vt ſemel approbati in Vrbe à Vicario cenſerentur approbati in toto Orbe abſque nouo examine. Quod quidem priuilegium apud neminem inueni*, &c. Hæc Lugo.

27 Cui conſentit Pellizzar. *in manuali Regular. tomo ſecundo, tractatu octauo, capite tertio, ſectione ſecunda, ſubſectione prima, numero vndecimo*, in hæc verba. *Hodie nullum, quoad hoc extare priuilegium; cum Vrbanus VIII. in ſua conſtit. de anno vigeſimo octauo, & in ordine 92. reuocauerit omnia, & ſingula priuilegia quibuſcumque Religionibus, & ſocietatibus quoad audiendas Secularium confeſsiones abſque nouo examine, & approbatione*, &c.

28 Bordonus *in ſuis Conſiliis, & reſolutionibus regularibus tomo primo, reſolutione trigeſima ſexta, quæſtione decima quinta, numero quinquageſimo ſecundo, in fine* ita ſcribit; *Sed quicquid ſit de his priuilegiis, quæ modo ſunt, modo euaneſcunt. Nunc extat conſtitutio Vrbani VIII. condita decima ſeptima Septembris 1628. per quam reuocantur omnia indulta audiendi confeſsiones ſecularium abſque præuia Ordinariorum approbatione, & in caſu hoc ita aſſerit Boſsius ſectione tertia, caſu vigeſimo primo, numero trigeſimo quarto, & de hac reuocatione immerito dubitat Alphonſus de Leone in tractatu de poteſtate confeſſorum tomo ſecundo, recollect.10. n.50.* &c.

29 Quam Leonis Doctrinam refert Diana *tomo tertio reſolutionum moral. tractatu ſecundo, reſolutione 123.* & licet ibi ſuam non proferat ſententiam, & noſtram contra alios latè defendat, etiam quoad famulos, & actu ſeruientes, & commorantes in Monaſteriis, *at in tomo ſexto, tractatu ſeptimo, reſolutione quinquageſima*, poſtquam varia fundamenta,

& Doctores contrariæ ſententiæ retulit, in calce ita concludit. Sed omnia ſupradicta corruunt per Cōſtitutionem Vrbani VIII. quam ego adduxi *in part.3. tract. 2. reſol.* 123.& *in tom.9.tract.9.reſol.36.* Expreſſe aſſentit noſtræ ſententiæ vbi ita ait. *Conſtat enim ex Concilio. Tridentino ſeſſ.* 23. *cap.*15. *nullum, etiam Regularem, poſſe confeßiones Secularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen*, &c. *idoneus iudicetur.* Deinde Vrbanus VIII. in Bulla, quæ incipit, *Cum ſicut accepimus*, & refertur in Bullario *tom.* 4. *Bulla.*92. reuocat omnia priuilegia aliàs conceſſa, quoad audiendas confeſſiones Secularium perſonarum, ſine examine, & approbatione Ordinarij, &c.& ibi reſpondet fundamentis contrariæ opinionis:idem tenent Barboſa *Apoſtolicar. deciſ. collect.* 602.*num.*6.Vincentius Candidus *tom.2.diſquiſit. moral.diſquiſit.24.artic.65. dubit.7.* & de hoc articulo vide nouiſſime Thomam Hurtado Clericum Regularem *in ſuo tractatu var. reſol. moral.p.2.tract.*12. *cap.*1. *dub.*5.*num.*2007.*& ſequent.* vbi cum pluribus hanc eandem ſententiam defendit,quem omnino videbis,nam acurate, & conciſſe materiam agit,& optime *n.*2005. reprehendit Torreblancam *lib.4.Iuris ſpecialis cap.2. à n.*10. *& ſequent.* dicentem, aliquos Auctores ſenſiſſe, Sacerdotem ſecularem ſemel approbatum vbique poſſe excipere confeſſiones, quod indiſtincte Auctores citati ab ipſo Torreblanca non ita aſſeruere, ſed provt idem Hurtado tradit, ad quem remitto Lectorem, & in *d. tract.*12.*c.*1.*dub.*7.*n.*2025. probat, Concilium derogaſſe omnia priuilegia, & conſuetudines, & vide quæ dicemus *infra q.*21.*n*...

30 Quæ omnia roborantur; nam ante editionem prædictæ Conſtitutionis Vrbani VIII. idem fere obtentum fuerat pro Ciuitate,& diœceſi Gienen. per viam Breuis *die* 17. *Octobris* 1627. ad inſtantiam Eminent. D. Cardin. Sandoual. tunc Epiſcopi Gienen. quam conſtitutionem refert Barboſa *de vniuerſ. iure Eccleſiaſt.lib.1.cap.43. n.*210.& *in Paſtor.3.p. poſt tract.conſtit.*67. *pag.*118. *in impreſſ. Lugduni de anno* 1649. & ita ait. *Vrbanus Papa VIII. Dilecte fili noſter, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem; Cum ſicut nuper nobis exponi feciſti, in tuis Ciuitate, & Diæceſi Gienen, multi diuerſorum Ordinum Religioſi ſub prætextu, quo ad ſacras confeſſiones audiendas, & verbum Dei prædicandum, ſemel approbati fuerint, abſque tua licentia confeſſiones prædictas audiant, & verbum prædicent non ſine graui Chriſti fidelium ſcandalo, & eorum ſalutis animarum detrimento; & licet per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, contra eoſdem proceſſeris, ij tamen vigore cuiuſdam priuilegij fel.record.Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, ad fauorem Mendicantium emanati, ſe ab alio, quam à Romano Pontifice, pro tempore exiſtente excommunicari minime poſſe prætendant. Nos inconuenientibus huiuſmodi iuxta creditum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium*, &c. *de Venerabilium fratr. noſtrorum. S.R.E. Cardinalium, negotiis Regul. Præpoſitorum Conſilio, Tibi Religioſis prædictis ne abſque expreſſa tua licentia ſacras Confeſſiones de cætero audire, minuſque verbum Dei prædicare, audeant, & præſumant, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas inhiberi, eoſdemque ad exhibendum tibi licentias, quas illi deſuper à te, ſiue à Prædeceſſoribus tuis Eccleſiæ Gienen. Præſulibus, vel Adminiſtratoribus obtinuerunt, ad hoc, vt eas, vel confirmes vel reuoces, provt ad diuini cultus augmentum, & animarum Ciuitatis, & diæceſis prædictarum ſalutem, & confirmationem in Domino expedire iudicaueris, cogendi, & compellendi facultatem, dicta auctoritate, tenore præſentium concedimus, & impartimur, non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiā iuramento*, &c. Simile Indultum, & Breue obtentum fuit ab Illuſtr. DD. Chriſtoforo de Lobera, Epiſcopo Cordubenſi pro illa Ciuitate, & diœceſi ſub dat. Romæ apud S.Petrum ſub annulo Piſcatoris *die* 30.*Ianuar.* 1629.& incipit: *Vrbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam, Aliàs emanarunt*, &c. Quod quidem Eminent. Cardinalis Cæſar Montius, tunc in Hiſpaniarum Regnis cū poteſtate Legati de latere Nuntius, &c. per ſuum ſpeciale decretum obſeruari mandauit, conceſſitq; litteras more ſolito Matriti Toletanæ diœceſis Kalendis Auguſti 1630. vt late ad literam refert vtrumque Torreblanca, *iuris ſpiritualis lib.14.cap.3.n.23.* vbi eiſdem fere verbis idem decreuit; ac in cæteris, SS.D.N. Vrbanus VIII. & ad vnguem obſeruatum fuit.

Quibus Conſtitutionibus obtentis, cum 31
ante eam plures exiſterent controuerſiæ, & lites circa prædictam materiam; illis conſequutis, & publicatis, infinitæ fuerunt ſopitæ, vt tradit Barboſa *in dicto.num.*210. *in principio*; ex quo fortaſſe, idem Vrbanus VIII. *anno ſequenti.* motus fuit, vt tales controuerſiæ per prædictum Breue, ſeu Conſtitutionem extinguerentur, ad talem generalem promulgationem efficiendam,



ciendam, & etiam, vt tollerentur abuſus, qui quotidie experiebantur, audiendo exempti ſecularium Confeſſiones vna tantum habita approbatione, ſub prætextu priuilegiorum; Et notandum eſt, quod reuocando generaliter omnia, nihil de nouo Vrbanus introduxit, ſed tantum reſtituit decretum Tridentini *in d. cap.* 15. ad verum intellectum, quem Regulares obſeruare deberent, vtque non daretur locus dubitationi, imo potius omnes tenerentur ad talem ſubiectionem, tam ampliſſimam diſpoſitionem, tamque prægnantiſſimas, & exuberantiſſimas clauſulas, denotantes ſuam innixam voluntatē adiecit.

32 Quæ quidem ſubiectio adeo admittenda, & conſideranda eſt, vt quoties Regulares, ſeu alij exempti recurrunt ad examen, vt approbationem obtineant ab Epiſcopo, & coram eodem, vel eius Vicario Generali, non poſſint conqueri, quod in illo actu, ſtent, & nō ſedeant, vt tradunt Bordonus *in ſuis Conſil. & reſol. Regularibus tom.1.reſol.36. quæſt.34. & 92. & ſequent.* vbi late probat, Religioſum examinādum; coram Ordinario examināte ſtare debere.

33 Quia in tali caſu ſe formaliter habet, vt ſubditus, & ex eo ad illud obſequium præſtandum obnoxium remanere, etiamſi eſſet Doctor, aut Magiſter, cum tunc conſideretur & habeatur pro priuata perſona, & ob alias plures rationes à Bordono optimè conſideratas, quas admittunt, & ſequuntur Ceſpedes *de exemptione Regularium dub.* 223. & eis relatis Pelliz. *in manual. Regul. tom.2. tract.8.cap.3.ſect.2.ſub ſect.1.n.11. verſ. addit Bordonus*, vbi ita ait: *Regulares poſſe cogi ſtare coram Epiſcopo dum examinantur: tum quia examinandus ſe habet, ac*
34 *ſi eſſet ſubditus, ideoque nullum ius habet ad honorem ſeßionis, etſi Doctor ſit, & Magiſter; Poteſt enim quis eſſe Sacerdos, & Confeſſarius abſque Magiſterio: Tum quia etſi Religioſus Doctor, ſit perſona publica (cum priuata perſona ſit, quæ caret dignitate gloſ. verbo priuati cap. qui contra 24. quæſt.1.) tamen in examine expectatur, vt perſona priuata, tum quia maiores honorandi ſunt à minoribus, à quibus obſequium præſtandum eſt. l.1. cap. de officio Rectoris. Cum ergo Regularis in examine ſit minor, debet ſtare.*

35 *Vnde infert Bordonus, quemdam Vicarium potuiſſe carcerare Regularem, qui illum in examine iniuriauerat, volens ſedere, licet enim nullus poſſit punire ſibi iniuriantem, cum nemo ſit Iudex in propria cauſa, tamen id fallit, quando iniuria redundat in dignitatem, ſeu officium, iniuria affecti vt notatur in cap.1. de offic. delegati cap.1. de pœnis in 6. Alexander volum.1. conſil.33. aliique, penes ipſum Bordonum*, &c. Hæc Pellizz. Ceſpedes, & Bordonus. Ex quorum doctrina liquido infertur, quanta Superioritas, quantaque maioritas, quoad hunc effectum, reſideat penes Ordinarios, quas quidem hodie nullatenus Regulares ſub quolibet prætextu priuilegiorum, indultorum, aut aliàs, quouis modo, cauſa & ratione effugere valent, & ſequendo prædictam reſolutionem, ita nouiſſime declarauerunt, & decreuerunt Sacra Congregatio, & Sanct D N. Innocentius X. in ſupra relato Breui *in initio huius ſecundæ partis* adducto, *in 9. declaratione* per hæc verba, *Reſpondit: Regulares, etiam Societatis Ieſu, in vna diæceſi ab Epiſcopo approbati, ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas, nequaquam poſſe in alia diæceſi, huiuſmodi Confeßiones audire, ſine approbatione Epiſcopi Diæceſani, & ita etiam declarauit Rota in vna Calagurritana Iuriſdictionis de Nagera* 20. *Martij* 1615. *coram Vbaldo, & habetur in poſthum. Farin. tom.1. deciſ.655. eſtque tenoris ſequentis.*

Fuerat in hac cauſa reſolutum vſque de anno 1611. *die.* 6. *Iunij* coram Reuerend. Attrebaten. dandum eſſe mandatum de manutenendo Epiſcopo Calaguritano in quaſi poſſeſſione approbandi Confeſſarios in Eccleſiis S.Crucis, & S.Michaëlis, oppidi de Nagera & cum pro parte moderni Reuerendiſſimi Epiſcopi inſtaretur pro relaxatione mandati prædictis Abbas, B. Marię de Nagera Ordinis S Benedicti, Aduocatus petiit, & obtinuit iterum audiri ſuper eiſdem. Et DD. vnanimiter præſtiterunt in deciſis; fuit enim iam per plures deciſiones firmatum, dictum monaſterium S. Mariæ de Nagera eſſe in diœceſi Calaguritana, videlicet 4. *Iulij* 1603. & 16. *Ian.* 1604. coram bon. mem. Penia, habetur *in recollect. Penæ* per me *tom.2.deciſ.*1052. & 1072. & rurſus 26. *Iunij eiuſdem anni*, & 5. *Maij* 1608. coram Reuerend. Attrebaten. & id etiam fuit pro ratione adductum corā eodem 12. Ian. 1609. quod vlterius confirmabant Domini, tū ex enuntiatiua Benedicti Papæ in confirmatione ſententię Roberti, data pro parte Monaſterij, in qua expreſſe enunciatur prior, & cōuentus B Mariæ de Nagera, Cluniacenſis Ordinis Calaguritanæ diœceſis. Tū quia prætenſio Monaſterij eſt fundata ſuper priuilegiis, & exemptione, vt in dicta ſententia num.19. quæ exemptio præſupponit, dictum Monaſterium eſſe in diœceſi, vt bene per Rot. *deciſione* 207. *num.*2. & 3.*p.*2. *diuerſ.*

& fuit dictum in Conſtantienſi Iuriſdictionis 18. *Maij* 1601. coram Reuerend. Attrebaten. & in Sipontina Iuriſdictionis 24. *Maij* 1613. & in eadem 14. *Martij* 1614. coram Reuerend. Damaſceno.

Hoc igitur ſtante, quod dictum Monaſterium ſit in diœceſi Calaguritana, Epiſcopus habet intentionem fundatam de iure communi. *C. omnes baſilicæ* 16. *q*.7. *c. cum Epiſcopus de offic. Ordin. in* 6. *c. conquerente extra eodem titulo*. Verall. *deciſ.* 306. *p.* 1. *& deciſ.* 201. *p.* 2. & in ſpecie quoad approbationem Confeſſariorum eſt tex. in Clement. *Dudum*, §. *ac deinde*, & ibi. Vital. & alij *de ſepult.* & eſt expreſſum in Sacra Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reformat.* Cuius diſpoſitio eſt clara, quod nemo admitti poſſit ad confeſſiones ſecularium audiendas, niſi ſit approbatus ab Epiſcopo, quocumque priuilegio, & conſuetudine, etiam immemoriali non obſtante, & fuit declaratum per Sacr. Congregationem Concil. Triden. intorpretum, vt fuit dictum in hac cauſa 26. *Iunij* 1604. coram Reuerend. Attrebaten. vnde ex ſola hac aſſiſtentia iuris certum eſt, Epiſcopo competere manutentionem, abſque alia probatione poſſeſſionis capit. cum perſona, vbi Doctores omnes *de priuileg. in* 6. Verall. *deciſ.* 306. *part.* 1. *& deciſ.* 201. & *ſequen. part.* 2. Rot. *deciſ.* 145. *numero* 6. *parte* 2. *diuerſ.* & fuit dictum in hac cauſa 12. *Nouemb.* 1609. coram Reuerend. Attrebaten. & prius. 5. *Maij* 1608. in eadem cauſa coram eodem, & fuit reſolutum *in vna Veronen. iuriſdictionis* 18. *Martij* 1596. coram bo. mem. Card. Pamphilio, & in aliis.

Nec videbatur applicari Limitationi, quæ adducebatur pro monaſterio; videlicet, quod aſſiſtentia iuris non ſuffragetur, quando per actus contrarios redditur turbida, & ideo ſit omittendum iudicium poſſeſſorium, vt Rota ſeruauit in pluribus cauſis, & præſertim in Lucen, ſeu nullius 4. *Maij* 1598. coram Seraphino, & in alia montis Regalis 4. Nouemb. eiuſdem anni coram Peñia habetur impreſſa *in recollectis Peñæ* per me *tom.* 1. *deci.* 720. Quia reſpondetur, quod iſti actus non probantur, & quatenus probarentur, etiam ad inducendam immemorialem cenſentur ſublati per Conc. Triden. per quod derogatur etiam cõſuetudini immemoriali, vt dictum eſt, præſertim cum Abbas non doceat ex dict. actibus acquiſiuiſſe quaſi poſſeſſionem, ſciente, & patiente Epiſcopo, provt requiritur, *l.* 2. *vbi gloſ. C. de ſeru. & aq. c. cum Eccleſia*, vbi Ripa *num.* 64. *de cauſ. poſſ. & prop.* Put. *deciſ.* 360. *num.* 10. *lib.* 1. Rota *in d. Sipontina iuriſdictionis* 14. *Martij* 1614. coram R. Damaſceno, & quatenus probaretur, confeſſarios habuiſſe licentiam ab Abbate, non tamen inde infertur, quod non habuerint, etiam ab Epiſcopo, vt in ſimilibus terminis fuit reſolutum in vna Bonon. *iuris concedendi licentiam* 7. *Iunij* 1585. coram Orano. Nec obſtare videbatur præcipuum fundamentum informandi pro Abbate, quod Sacr. Concil. licet derogauerit conſuetudini immemoriali, non tamen videtur ſuſtuliſſe ius quæſitum Abbati, vigore concordiæ, vel arbitralis ſentẽtiæ Roberti, & à Sede Apoſtolica ex certa ſcientia, cõfirmata, propter duplex vinculum iuxta not. in Clement. dudum, in ver. pacta, de ſepult. cum aliis adductis in vna Seguntina iuriſdictionis 27. *Nouemb.* 1587. coram Gipſio. Quia vltra in dicta ſententia nullum verbum legitur de approbatione Confeſſariorum, vt iam deciſum eſt coram Reuer. Attrebaten. reſpondebatur etiam, dictam ſententiam, & inde ſequutam confirmationem fundari in prætenſa immemoriali conſuetudine, & priuilegiis, quibus cum fuerit derogatum per Concil. vt ſupra dictum eſt, ſequitur, vt ceſſet etiam quodcumque ius ex dicta ſententia confirmata quæſitum, vt in ſimili materia fuit data declaratio Illuſtr. Sacr. Congr. Interpretum in vna Baren. Iuriſdictionis *de anno* 1559. *verſ. & ita in ſimili.* Nec etiam obſtat, quod diſpoſitio Sac. Concil. non procedat, vbi Abbas habeat quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem, quia quicquid ſit de hoc, reſpondebatur; ex iuribus datis pro parte Abbatis non probari, eum habere ſimpliciter omnia iura Epiſcopalia, ſi non oſtendat priuilegium Apoſtolicum, cum ſolus Papa illa poſſit concedere, Abb. *in c. cum contingat. num.* 18. *de foro compet.* poſt Ioan. Andr. *in cap. cum Epiſcopus, de offic. Ordin. in* 6. & dixit Rot. *in hac cauſa* 26. *Iunij* 1640. coram Reueren. Attrebaten. ex quibus, & aliis deductis in aliis deciſionibus huius cauſæ, & nunc per informantes; DD. præſtiterunt *in deciſis die* 6. *Iunij* 1611. coram eodem Attrebaten. ex qua deciſione & ex ſupra allegatis ita concludendum eſt.

36 Sed difficultas reſultat ex ſupra dictis; an per Iubilæum, vel Bullam Cruciatæ, Confeſſor approbatus ab Ordinario in vna diœceſi, poſſit in altera in confeſſarium eligi ſine noua





noua Ordinarij, illius loci approbatione: In qua tres reperiuntur ſententiæ, vt tradunt Villalobos *to.* 1. *Summæ de pœnitentia tra.* 9. *difficul.* 56. Trullench. *in expoſ. Bullæ Cruciatæ lib.* 1. §. 7. *c.* 1. *dub.* 2. *n.* 5. *& ſequen.* Diana *tom.* 5. *reſol. moral. tract.* 12. *de indulgentiis, & Iubileo, reſol.* 52. Eminent. Card. Lugo *tom. de Pœnitent. diſputat.* 21. *ſect.* 2. *numero* 28. *& ſequentibus*, & alij plures.

37 Prima ſententia requirit approbationem Ordinarij ipſius Confeſſarij, quam late defendunt Suarez *in* 3. *p. diſp.* 28. *ſect.* 6. *n.* 10. *& ſect.* 7. *n.* 3. *&* 8. Coninch. *de ſacram. diſp. de miniſtro pœnitentiæ dub.* 7. *n.* 5. Filliucius, & Fagundez penes Dianam *in dict. reſol.* 52. *verſ. tertia opinio*, quam alij etiam ſequuntur, & nouiſſimè Thomas Hurtado *in ſuis var. reſol. moral. tract.* 12. *cap.* 1. *dub.* 2. *n.* 2047. *p.* 2.

38 Secunda ait, requiri approbationem Epiſcopi ipſius pœnitentis, volentis vti priuilegio Bullæ Cruciatæ vel Iubilei, quamuis Confeſſarius non ſit approbatus, ab Ordinario loci, vbi confeſſio facienda eſt, quã defendunt Gutierrez, Lopez, Rodriguez, Villalobos, Ludouicus à Cruce, & alij penes Trullench. *Vbi ſupra in dicto dub.* 2. *n.* 6. quibus iunge Boſſium *de Iubileo ſect.* 3. *caſu* 2. § 6. *n.* 202. *&* §. 7. *& num.* 212. & alij penes Hurtado *vbi ſupra in d. tract.* 12. *c.* 1. *dub.* 2. *n.* 2043. *& in ſequent. num.* 5. plura fundamenta & Doctores allegat, tenentes hanc opinionem, quam lato calamo diſputat Fragoſo *de regim. Chriſt. Reip. tom.* 2. *p.* 2. *lib.* 2. *diſp.* 6. §. 5. *n.* 40. *& ſequen.*

39 Tertia ait neceſſariam eſſe approbationem, ſiue ab Ordinario pœnitentis, vel Confeſſarij, vel alterius cuiuſque, taliter quod habita vna legitima, à quocumque Antiſtite, ſufficiat ad hoc, vt vti poſſit priuilegio Iubilei, vel Cruciatæ, quam tuentur late, & diffuſe Ioannes Valerius *de vtroque foro, verbo, abſolutio, differentia prima numer.* 7. & alij plures penes Dianam *tom.* 1. *reſol. moral. tract.* 11. *de Bulla Cruciatæ reſol.* 7. *& tom.* 3. *tract.* 4. *de ſacrament. reſol.* 110. & alij plures penes Hurtadum *vbi ſupra n.* 2031. *& ſequen.* latè agendo de hoc articulo, *& numero* 2050. quartam opinionem efformat, ſed coincidit cum prima ab ipſo relata *numero* 2031. & plures quæſtiones ad intentum conducentes diſputat Leander *de SS. Sacramento tom.* 1. *tract.* 5. *diſp.* 11. *q.* 68. *vſque ad* 74. & Candidum *tom.* 2. *diſquiſitionum moral. diſquiſition.* 24. *artic.* 63. *&* 64. vbi varias quæſtiones tradit de hac materia agentes.

40 Quas quidem tres opiniones probabiles iudicarem, tum propter auctoritatem illorum, qui eas ſequuntur, tum, & etiam propter rationes, quibus fulciuntur. Hodie tamen exiſtimo, requiri approbationem illius Ordinarij, vbi actu pœnitens confitetur, nam præſuppoſitis prædictis Breuibus, ſeu Conſtitutionibus S. M. Vrbani VIII. *ſuperius relatis numer.* 25. *&* 30. Continentibus clauſulas ampliſſimas, & exuberantes, reuocatorias, quorumcumque priuilegiorum, Indultorum, ſeu Conceſſionum, ex eis ſuadetur dicendum, non poſſe vti aliis interpretationibus, contrarium ſuadentibus, quod videtur innuere, & ſentire Eminentiſ. Card. Lugo *tom. de pœnitentia in dicta diſput.* 2. *ſect.* 2. *numero* 45. Et quia verba tanti Magiſtri complectuntur omnia, quæ ſparſa reperiuntur apud Doctores prædict. trium opinionum, pro eneruandis ſuis ſententiis, libet illius verba, provt iacent; referre, & talia ſunt.

41 *Huic doctrinæ noſtræ obiici adhuc poſſe videtur declaratio illa congregationis, ſupra adducta, qua dicitur, poſſe tempore Iubilei confiteri approbatis ab Ordinario: Quia in Bulla non fit mentio niſi de Ordinario eorum, qui audituri ſunt confeßiones, non autem de Ordinaria pænitentium. Quibus verbis ſignificatur, quando Concilium petit in Confeſſario, quod ſit approbatus ab Ordinario, non eſſe ſermonem de Ordinario pænitentis*, &c. *Reſpondetur, veriſsime ita reſponſum fuiſſe, quia Bulla Iubilei, & Concilium non loquuntur immediate de Ordinario Pænitentis, ſed Confeſſarij, quando petunt approbationem Ordinarij, cum hoc tamen ſtat, quod ex diuerſitate pænitentium oriatur, tamquam ex radice, quod hic potius, quam ille dicendus ſit Ordinarius Confeſſarij, ad talem actum.*

42 *Regula tamen immediata ad valorem confeſsionis non eſt Ordinarius Pænitentis; ſed Ordinarius cui Confeſſarius ſubordinatur, in ordine ad tale miniſterium. Prudenter autem, & merito dictum eſt, non fieri, ibi mentionem de Ordinario Pænitentis: Quia ſæpe pænitentes nullum habent Ordinarium, potentem approbare, quales ſunt, pænitentes Regulares, & exempti.* 43 *Aliquando habent Ordinarium non proprium, ſed æquiualenter ad pænitentes Peregrini, quorum proprius Ordinarius abeſt, ſubrogatur eius loco Epiſcopus illius loci. Non poterat ergo per illa verba ſignificari proprie Ordinarius Pænitentis: Maxime cum aliquando eius approbatio non ſufficeret, vt videmus, quando Regularis approbatus ab Epiſcopo Oſtienſi, cuius iam non eſt*

*ſubditus, vult, & non poteſt audire confeſſiones Ciuis Oſtienſis, Tuſculi, vbi non eſt approbatus ab Epiſcopo Tuſculano. Melius ergo fuit, loqui de ſolo Ordinario Confeſſarij, qui ſemper habet proprium Ordinarium, cui proprie ſubditur, in ordine ad talem Confeſſionem audiendam; tamquam proprio Iudici, & gubernatori, in deſignandis*
44 *Confeſſariis pro ſuis ouibus. Dices adhuc, verba Bullæ, vel Iubilei ſolum exigere, & quod ſit approbatus à ſuo Ordinario illius, qui eligendus eſt, ſed Regularis, vel Sacerdos Oſtienſis, qui adhuc manet ſubditus Oſtienſi Epiſcopo, vere eſt approbatus à ſuo Ordinario, ſi approbatus eſt ab Epiſcopo Oſtienſi; Cui adhuc eſt ſubditus: Ergo poterit eligi Tuſculi, à Ciue Tuſculano, virtute Iubilei, abſque alia approbatione, cum habeat totum, quod Bulla requirit. Reſpondetur ex dictis, illum in caſu propoſito habere duos Ordinarios, quibus ſubeſt; Nempe Oſtienſem, cuius ſubditus eſt ratione Domicilij, & Tuſculanum, cui ſubeſt, tamquam ſuo Superiori, quando commoratur Tuſculi, in Ordine ad omnia, quæ concernunt bonum Tuſculanorum; Atque ideo in ordine ad audiendas eorum confeſſiones*, &c.

45 Quod probat Card. Lugo variis exemplis, vbi videre poteris, & tandem ita concludit. *Sic ergo lex Eccleſiaſtica prohibens, ne aliquis audiat Confeſſiones ſine approbatione Ordinarij, intelligitur de Ordinario Confeſſarij; Qui ſi habeat plures, eo quod commoretur in alieno territorio, debet intelligi de illo Ordinario, qui eſt eius ſuperior, in illo actu, & ad quem pertinet gubernare, quod expediat circa talem actionem; Qualis eſt Epiſcopus Tuſculanus circa Tuſculanos, & vterque Epiſcopus Oſtienſis, & Tuſculanus circa Ciues Oſtienſes, Tuſculi commorantes.* Hæc Lugo.

46 Ex cuius doctrina liquido noſtra confirmatur ſententia, quam tutiorem cum pluribus appellat Barb. *in paſtorali alleg.* 25. *num.* 33. *licet num.* 34. *in fine* dicat, contrariam non reiiciendam, & eam latiſſimè amplectitur, & defendit nouiſſime Andreas Mendoſe, Societate Ieſu *in expoſitione Bullæ Cruciatæ diſp.* 22. *cap.* 3. *per totum*, vbi *num.* 52. tamquam veriorem noſtram amplectitur ſententiam, & *cap.* 4. *per totum* refert argumenta, quibus nituntur contrarium ſentientes, eiſque docte, & accuratè reſpondet, vbi videre poteris, & non te pigebit, cui iunge Thomam Hurtado *vbi ſupra in dicto tract.* 12. *cap.* 1. *dub.* 2. *n.* 2056. vbi poſtquam late diſſeruit dictas opiniones, ſuperius allegatas, ita concludit. Hæ ſunt opiniones in hac perdifficili quæſtione, à Doctoribus repertæ, & qua potui claritate, & diſtinctione relatæ. Quid autem ego ſentiam, difficile eſt explicatu, vndique enim cingunt me anguſtiæ argumentorum, ſed horum vi æqua lance perpenſa, exiſtimo, hanc tertiam ſententiam, quæ eſt eadem cum prima, efficacius probari, & habet Auctores grauiores, antiquiores & plures numero. Quare illi adhærere quis poterit abſque ſcrupulo. Tertia tamen ſententia aſſerentium, approbationem petendam neceſſario eſſe ab actuali Epiſcopo Confeſſarij, qui eſt Epiſcopus loci, aut diœceſis in qua Sacerdos habitat, & domicilium, aut quaſi domicilium habet, conformior eſt praxi hodiernæ virorum timoratæ conſcientiæ, & Religioſorum, qui in Hiſpania pro quolibet Epiſcopatu, nouum ſubeunt examen, & nouam approbationem. Hæc Hurtado, qui in principio, & *num.* 2061. acriter inſurgit, contra Card. Lugo; ſed an id merito faciat, videant Lectores, cum ex ſupra relata doctrina Card. potius videatur ſe conformare cum praxi, quam conſulit Hurtado ſequendam; quam quod videatur contradicere, & in hoc articulo non immoror, vt ad vlteriora præſentis tractatus me conferam. Nec contra prædictam opinionem opponi, poteſt vltra ea quæ adducit Mendo. *vbi ſupra in d. cap.* 4. quod cum priuilegium Bullæ Cruciatæ concedatur ad tempus, eo tamen finito, de nouo conceditur, & prorogatur, & exinde videtur dicendum, per nouas conceſſiones Bullæ Cruciatæ, vel Iubileorum, factas poſt annum 1628. vbi Vrbanus VIII. decreuit prædictas Conſtitutiones, eis iam fuiſſe derogatum per poſteriores Bullas, & Iubilea, ac per conſequens licere, vti opinionibus, ſuadentibus, ſufficere vnam tantum approbationem, à quocumque Antiſtite obtentam, vel ab Ordinario Confeſſarij, ſiue pœnitentis.

Nam reſpondetur, quod cum in dictis 47
Conſtitutionibus Vrbani VIII. ſit appoſita clauſula, *ſublata, & decretum irritans*, operantur, vt annullent quidquid in contrarium fuerit prouiſum, etiamſi ſecunda conceſſio fuerit facta motu proprio, vel ad inſtantiam partis, ſiue iuſte, ſiue iniuſte, vel non cognita cauſa, vt cum Moneta *de commutationibus vltimar. volunt. cap.* 7. *num.* 233. & aliis, probaui *in meo foro conſcientiæ, ſiue Paſtorali interno p.* 1. *tract.* 4.
*q.* 2. *num.* 10. Præcipue ſi decretum irritans 48
ſit appoſitum in lege conciliari, aut generali, nam tunc afficit, & ligat manus Papæ, vſque dum ipſemet expreſſe non derogauerit



uerit prædictam clauſulam, *ſublata, & decretum irritans*, vt cum pluribus annotaui in dicto foro conſcientiæ vbi proxime *numero* 11. ergo cum poſteriores conceſſiones Bullæ Cruciatæ vel Iubileorum non faciant expreſſam derogationem prædictæ clauſulæ, & decreti, imò nec mentionem prædictæ Conſtitutionis Vrbani VIII. quoad reſtrictionem, & declarationem eligendi confeſſarios ex approbatis ab Ordinario; & præterea ſit lex generalis, ſequitur, non eſſe derogatam illius diſpoſitionem per poſteriores conceſſiones Cruciatæ, vel Iubilei: Quibus adiungitur, quod cum in dicta Conſtitutione Vrbani, tales reperiantur clauſulæ præuentiuæ, reuocatiuæ, & declaratiuæ mentis ipſius Pontificis, ex eis notorie inducitur firmitas, & voluntas, vt ex priuilegiis Iubileorum, & Cruciatæ, nihil contra ſua decreta exequi poſſit, vt patet ex clauſulis contentis in dictis Conſtitutionibus vbi videre poteris, in quibus explanandis non immoramur, vt ad alia deuenire poſſimus. Ex quibus omnibus ita dicendum iudico.

---

## QVÆSTIO X.

### Vtrum Epiſcopus poſſit procedere contra Regulares, audientes ſecularium Confeſſiones vel concionantes in ſua diœceſi, abſque approbatione, vel licentia intra vel extra proprias Eccleſias, remouendo eos à talibus miniſteriis, & coërcendo præceptis, & aliis Iuris remediis.

### SVMMARIVM.

*Nullus Regularis ſub quouis prætextu, aut priuilegio, aut conſuetudine, etiam immemorabili, poteſt audire ſecularium Confeſſiones, ſine approbatione illius Epiſcopi, vbi confeſſio facienda eſt. numero* 1. *&* 2.

*Regulares, & alij exempti ſubiiciuntur Epiſcopo, vt ſine eius approbatione, non poſſint audire ſecularium Confeſſiones. numero* 3.

*Regulares ſubditi ſunt Epiſcoporum, in his, in quibus non ſunt exempti, & comprehendunt eos pœnæ contra tranſgreſſores præceptorum, ab illis impoſitorum, ſicut & cæteri, quia in his æquales ſunt. n.* 3. *&* 4.

*Epiſcopus poteſt compellere Regulares, etiam cum cenſuris Eccleſiaſticis, in caſibus in quibus in eos iuriſdictio attribuitur, iure communi, Sacris Conciliis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis. n.* 5. *&* 6.

*Regulares, & alij exempti ſunt ſubiecti Epiſcopis, vt non poſſint ſecularium Confeſſiones audire, ſi ab illis idonei non fuerint iudicati, non obſtante Clementina, Dudum, de ſepulturis. n.* 6.

*Ordinarius poteſt punire, etiam cum cenſuris, Regulares, & alios exemptos, audientes ſecularium Confeſſiones, ſine eius approbatione. n.* 7.

*Regulares audientes Secularium Confeſſiones ſine Epiſcopi approbatione, an propter inobedientiam poſſint ab ipſo excommunicari anceps eſt quæſtio, & reſoluitur affirmatiue. n.* 8.

*Miniſterium prædicandi verbum Dei à Chriſto Domino originem habuit. n.* 9.

*Pater Æternus, inter alia miſit in mundum Chriſtum Dominum, vt hominibus doceret veram doctrinam, per prædicationem verbi ipſius. n.* 10.

*Apoſtoli, poſt Reſurrectionem Chriſti Domini ſucceſſerunt ei, in miniſterio prædicationis verbi Dei. n.* 11.

*Miniſterium prædicationis verbi Dei ex Apoſtolis fuit deriuatum in Epiſcopos, tamquam illorum ſucceſſores. n.* 12.

*Prædicationis miniſterium, Epiſcoporum præcipuum eſt munus. n.* 12.

*Epiſcopi antiquitus delegauerunt miniſterium prædicationis in aliquos præsbyteros, cum id per ſe complete efficere non poſſent, quia fidelium numerus fuit auctus, obtenta tamen illorum benedictione, & approbatione. n.* 13.

*Prædicator verbi Dei vti debet Sacerdotali tonſura, & benedictionem ſuſcipere canonicè à ſuo Paſtore, & ſi contra fecerit deponi debet. n.* 14.

*Antiqui Canones prohibuerunt Monachis prædicationis munus, licet poſtea varia obtinuerunt priuilegia à ſummis Pontificibus, vt illud exercere valerent, cum prætextu tamen, quod tenerentur ſe Epiſcopis ſubiicere, tamquam ipſorum coadiutores. n.* 15.

*Concionantes propria authoritate, ſine Epiſcopi approbatione, vel ab ipſo non miſſi, innodari poſſunt vinculo excommunicationis. n.* 16. *& ſequen.*

*Præsbyter, aut Diaconus non poſſunt prædi-*

*care verbum Dei, ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ, vel Catholici Antiſtitis. numero 17.*

*Epiſcopis competit, tamquam Ordinariis, concedere, vel denegare licentiam, & approbationem prædicandi verbum Dei. numero 18. & 42.*

*Epiſcopus volens prædicare in aliena diœceſi, extra ſuam, illud efficere non valet, ſine approbatione Epiſcopi proprij, vbi prædicare intendit vel ſaltem ipſo non contradicente. n. 19.*

*Regulares prædicare volentes in ſuis Eccleſiis tenentur ſe, coram Epiſcopis præſentare, vt ab eis benedictio concedatur, & extra illas, approbatio, & licentia eſt neceſſaria, at in vtroque caſu, ſi Epiſcopus contradicat, prædicare non poſſunt. n. 20. & 23. & ſequen.*

*Epiſcopus poteſt coërcere, & punire, etiam cum cenſuris Eccleſiaſticis, Regulares concionantes ſine illius benedictione, & licentia. n. 21. & 34. & ſequen.*

*Regulari interdicere poterit Epiſcopus, ne prædicet non petita licentia, & approbatione, etiam non reddita cauſa. numero 22.*

*Regulares an poßint prædicare in propriis Eccleſiis non obtenta Epiſcopi licentia, petita tamen benedictione, imo ipſo contradicente? Reſoluitur negatiue n. 23. & ſequen.*

*Gregorius XV. & Vrbanus VIII. decreuerunt, non poſſe Regulares, contradicente Epiſcopo prædicare, etiam in propriis Eccleſiis 23. & 44. & ſequen. licet aliqui velint, illa decreta eſſe reuocata, ſed non bene, n. 24. & ſequen.*

*Intellectus ad cap. 2. ſeſſ. 5. Tridentini, quod videtur repugnare cap. 4. ſeſſ. 24. de reformatione, n. 27. 28. & 33.*

*Differentia adhibenda eſt, an Regularis prædicet in Eccleſia ſui Ordinis ſine licentia Epiſcopi, vel eo contradicente, & repugnante. n. 28. & 36.*

*Nouitas ſecum affert admirationem, & turbationem. n. 30.*

*Innouare aliquid, quod non eſt in vſu, perturbat animos, etiam ſi aliqua vtilitas expectetur, maxime cum de cultu, & gloria Dei agitur. n. 30.*

*Lex recepta præſumitur, ſi de contrario non doceatur per actus poſitiue contrarios numero 32. & 62.*

*Epiſcopus poteſt vbicumque, & in alia diœceſi prædicare, dummodo Epiſcopus, in cuius diœceſi prædicat, non contradicat, numero 33. & 34.*

*Epiſcopus ſi publice velit prædicare in alia diœceſi, non indiget benedictione illius Epiſcopi, in cuius diœceſi prædicat, & ſi contradicat, non poterit prædicare, niſi illius præcedat conſenſus. n. 34. & 35.*

*Epiſcopus tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus habet facultatem coercendi Regulares, & alios exemptos, ſi prædicent verbum Dei ſine ipſius licentia, vel eo contradicente. n. 27. & 46. & ſequent.*

*Capitulum Sede Vacante an poßit punire Concionantes ſine ipſius licentia, vel eo contradicente. n. 37. 38. & ſequent. præcipue. n. 54.*

*Vicarius Generalis Sede Vacante ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione Ordinaria. numero 40.*

*Facultas prohibendi, competens Epiſcopis, ne aliquis prædicet verbum Dei ſine ipſorum approbatione, procedit ex iuriſdictione Ordinaria. n. 41. & 54. & 58.*

*Iuriſdictio quando conceditur Epiſcopo, vt procedat authoritate Apoſtolica, & tamquam eius delegatus, non ſuccedit in illa Capitulum Sede Vacante 42. quod intellige vt. n. 43.*

*Epiſcopus poteſt coërcere pœnis, & cenſuris, Regulares, concionantes ſine ipſius benedictione, & approbatione, ex quadam Conſtitutione Gregorij XV. & altera Vrbani VIII. n. 47.*

*Lex ſolum obligat eos, ad quos dirigitur. 48. quod intellige vt n. 62.*

*Priuilegium ſeu gratia, ſolum his conceſſa videtur, qui expreſſe in conceßione nominantur, vel ad ſummum, perſonis habentibus connexionem cum illis, 49. quod intellige vt. n. 62. & 63.*

*Priuilegium, aut gratia reſtricta, certis perſonis, & locis, non poteſt ad alias, vel alios extendi. n. 50.*

*Lex habens generalem rationem, etſi ſit ſpecialis, fit generalis. n. 51.*

*Conſtitutio, ſeu lex generaliter diſponens, habenſque generalem rationem, etſi ſpecialiter concedatur, non reſtringitur ad ſpecialem conceſsionem. n. 51.*

*Ratio legis vbi eſt eadem, eandem legem adeſſe dicitur, non extenſiue, ſed comprehenſiue. n. 52.*

*Reſcriptum Principis, etiam in cauſis particularibus, habet vim legis. n. 53.*

*Epiſtola, vel reſponſum Pontificis ad aliquam conſultationem, priuatæ perſonæ datum, vim Decretalis habere, plures Doctores tuentur. n. 53.*

*Iuriſdictio quando competit Epiſcopo, non iure ſpeciali, ei attributo, ſed iure generali, omnibus Epiſcopis, tamquam annexum dignitati Epiſcopali, dicitur ordinaria; quamuis ſit vigore delegationis, & ideo ſuccedit in ea Capitulum Sede Vacante n. 54. 55. & ſequen.*



*Capitulum Sede Vacante non ſuccedit in his, quæ competunt Epiſcopo, iure ſpeciali. 55. quod intellige in his, quæ competunt iure gratioſo, veluti priuilegio, aut particulari commiſſione Pontificia. n. 55. & 56.*

*Iuriſdictio, quæ muneri Epiſcopi, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegato in perpetuum committitur, vt deinceps ex officio, Epiſcopis competat, non delegata, ſed ordinaria dicitur. n. 57.*

*Epiſcopi poſſunt punire Regulares, & alios exemptos, pœnis, & cenſuris, ſi contraueniant decretis Tridentini, quoad eos diſpoſitis, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis. n. 59.*

*Priuilegia & omnes exemptiones conceſſæ Regularibus ceſſant, quoad ea, quæ reſpectu illorum, diſpoſita ſunt in Concilio Tridentino. n. 60.*

*Lex vniuerſalis comprehendens omnes, ab omnibus obſeruari debet. n. 61.*

*Lex vt non recepta dicatur, neceſſario probandi ſunt actus contrarij, cum ſemper pro obſeruantia præſumendum ſit. numero 62.*

1 HAnc quæſtionem in duas diuidam partes, in prima agemus, quoad audiendas ſecularium Confeſſiones, & in ſecunda quoad concionandum, ſeu prædicandum verbum Dei, & vt opere impleamus, ſupponendum eſt, quod late deduximus in quæſtione antecedente, ſcilicet, nullum hodie Regularem, ſub quouis prætextu, ſiue priuilegio poſſe Secularium Confeſſiones audire, ſine approbatione Epiſcopi, illius diœceſis, vbi actu confeſſiones fidelium audire vult.

2 Quod extende etiam, non obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemorabili ex Tridentino *ſeſſ. 23. cap. 15. de reformatione*, vbi *in eius collect. num.* 54. plura refert Barb. & ita declarauit Rota in vna Calagurritana iuriſdictionis 20. *Martij* 1615. *coram Vbaldo*, & habetur *in poſthumis* Farinacij *tom. 1. deciſ.* 655.

3 Ex quo infertur, Regulares, & alios exemptos in hoc, ſubiectos eſſe Epiſcopis; Vnde cum in his in quibus nõ ſunt exempti ſubiecti maneant pœnis, & cenſuris, ab ipſis Epiſcopis impoſitis, ſicut, & cæteri ſubditi, contra tranſgreſſores præceptorum, ſequitur, incurrere tales exemptos, & Regulares in pœnis, & cenſuris impoſitis, tranſgredientibus præcepta, vel mandata Epiſcoporum, cum nulla poſſit dari exemptio, quæ eos liberet; & ſicut in aliis ſubditis negari non poteſt, ita neque in illis, vt tradunt Henriquez *in ſumma lib. 7. cap. 25. §. 7.* Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici p. 1. cap. 8. num. 18. in fine* & alij plures penes Barboſam *in Paſtorali allegat.* 105. *num.* 13. quibus iunge relatos à Ioanne Valerio *de vtroque foro, verbo, abſolutio num.* 2. & Campanilis *diuerſo. iur. Canon. Rubri.* 12. *cap.* 13. *num.* 55. *& ſeq.* &
ita declaratum fuiſſe à Sacra Congregatio 4
ne in Neuien. 1633. teſtantur Nouarius *in Lucerna Regul. verbo excommunicare, n.* 1. Barboſa. *Apoſtol. deciſ. collect.* 297. *num.* 4. Lezana *p. 3. verbo. Exemptio Regularium,*
*num.* 13. per hæc verba. *Epiſcopus poteſt,* 5
*etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, compellere Regulares in iis caſibus, in quibus in eos iuriſdictio illi tribuitur à Iure communi, & S. Concilio, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis,* &c. optime Cochier *de iuriſdictione ordinaria in exemptos tom. 1. p. 2. q. 45. num.* 82.
ibi. *Septuageſimus ſextus, ſubiiciuntur Re-* 6
*gulares, quoad Confeſsiones obeundas, nempe vt non obſtante Clementina, Dudum, de ſepulturis, non exponant ſe audiendis confeßionibus, niſi ab Epiſcopo ſint iudicati idonei ſeſſ. 23. cap. 15. Flaminius Pariſius tract. de reſignatione benefic. lib. 3. q. 11. n. 8. verſ.* 14. &c. quibus iunge dicenda *infra q.* 22. vbi late de hoc articulo agemus.

Ex quibus deducitur, poſſe Ordinarium 7
punire Regulares, audientes ſecularium Confeſſiones, ſine eius licentia, & approbatione, ex his quæ late diximus in quæſt. antecedente; quibus iunge nouiſſime Carolum Antonellum *de regimine Eccleſiæ Epiſcopalis lib. 8. cap. 12. num.* 2. vbi ita ait: Vnde Regulares, abſque expreſſa licentia Epiſcopi, ſacras confeſſiones audire præſumentes, ab eodem Epiſcopo puniri poſſunt, etiam Eccleſiaſticis cenſuris, per conſtitutionem Vrbani VIII. incipit. *Alias à nobis*, quam refert Barb. *poſt. 3. part. tract. de offic. & poteſt. Epiſcopi conſt.* 67.

Et quamuis Barboſa, & Lezana vbi pro- 8
xime dixerint, Regulares habentes priuilegia, vt contra eos cenſuræ ab Epiſcopis promulgari non poſſint, nullo modo excommunicari poſſe ab illis, vt late probat ipſe Lezana *vbi ſupra n. 9. & ſequen.* attamen videtur dicendum, poſſe cum cenſuris procedere, nam cum iam ſupra dixerimus, *in quæſt. antecedenti num.* 13. & fore per totam, Concilium Trident. reduxiſſe omnia priuilegia, quæ Regulares habebant, pro libere audiendis Confeſſionibus &c. ſequitur, vigore Tridentini, omnes

eſſe adſtrictos ad obtinendam approbationem Ordinarij, vt munus confeſſariorum exercere valeant; ex quo ſequitur, quod ſi inobedientes fuerint, quoad hunc effectum, poſſe excommunicari, non obſtantibus priuilegiis, quibus cauetur, non poſſe Regulares ab Ordinariis excommunicari, vt declarauit Rota Prouinciæ Marchiæ penes Gratianum *deciſ.*232. *num.*14. *&* 15. cuius verba referemus *infra q.*22. quæ valde conducit ad intentum, & quia de veritate huius doctrinæ agemus in dicta *q* 22. & patebit ex declaratione Sacræ Congregationis, & Breui Sanctiſſimi D.N. Innocentij X. de quibus *infra in calce præſentis quæſtionis*, & de aliis à nobis referendis *in d.q.*22. ideo in hoc articulo non immoramur, vt ad ſecundum deuenire poſſimus, in quo ex profeſſo diſſeremus materiam, cum quotidie inter Epiſcopos, & Regulares, de ea variæ ſuſcitentur controuerſiæ.

9 Ad rem igitur deueniendo notandum eſt primo, à Chriſto Domino hoc prædicationis miniſterium originem ſumpſiſſe. S. Matthæus *cap.* 13. *verſ.* 2. Sanct. Marc. *cap.*4.*verſ.*2. S.Lucas *cap.*8. *verſ.*1. S.Ioan. *cap.*18. *verſ.*20. D. Hieronymus, & Theodoretus *in caput* 9. *Danielis*, D. Ignatius *Epiſt.*5.*ad Trallianos*, Euſebius Cæſarienſis *lib.*8. *de demonſt. Euangel. cap.* 2. *circa finem*, B.Beda *lib. de ratione tempor. cap* 45. Nicephor. Calliſt. *lib.*1. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap.*29.

10 Ad quod inter alia, miſit illum in mundum Pater Æternus vt ſcilicet omnibus doceret veram doctrinam, Iſaias Prophetiæ *cap.* 55. *verſ.*4. *Ecce teſtem populis dedi eum ducem, ac præceptorem gentibus*, S. Gregorius Papa *parte* 1. *Paſtor. cap.* 3. *Suarez tom.*2. *in* 3. *part. quæſtione* 32. *diſp.*30. *ſect.*1.

11 Secundo notandum eſt, poſt Chriſti reſurrectionem, Apoſtolos ei ſucceſſiſſe in miniſterio prædicandi verbum Dei, Canone, *Proprie*, §. *ad cuius, de conſecratione diſtinct.* 4. *Canone recurrat*, §. *his ita* 32. *q.*4. *Canone loquitur* 24.*q.*1.

12 Tertio notandum eſt, tale munus ex Apoſtolis deriuatum eſſe in Epiſcopos, eiſque tanquam immediatis ſucceſſoribus principaliter pertinere, D. Gregorius *in canone ſi Rector, verſ. hinc Paulus* 43. *diſtinct.* Anacletus Papa *Epiſt.*2. *ad Epiſcopos Italiæ in canone finali.* 45. *diſtinct. Canone Epiſcopus nullam* 88. *diſtinct.* & patet ex pluribus Conciliis, & nouiſſime ex Tridentino *ſeſſ.* 5. *de reformat. cap.*2. *ibi. Hoc eſt præcipuum munus Epiſcoporum*, &c. & *ſeſſ.*24.*cap.*4. *ibi, Prædicationis munus, quod Epiſcoporum præcipuum eſt*, &c. Campan. *in diuerſ. iuris Canonici, rubr.*12. *cap.*13. *num.* 13. Barb. *in Paſtorali. p.*1. *tit.*2. *gloſ.* 10.*num.*13. & *allegat.* 76. *num.*1. *&* 2. *in impreſſis de anno* 1650. & late *de vniuerſ. iure Eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 1. *& ſequent.*

13 Verum cum populi Chriſtiani augerentur, & vt fideles pabulo ſpirituali alerentur neceſſarium fuit, quod Epiſcopi illam delegarent facultatem certis præsbyteris, vt ſi aliquo legitimo impedimento detenti fuiſſent Epiſcopi, per illos ſuppleri poſſet, vt patet ex *Concilio Moguntino primo cap.*25. (quod incipit, *De officio prædicationis*) celebrato ſub Leone III. & Carolo Magno Imperatore *anno Domini* 813. & habetur *tom.*3. *Concilior. in impreſſis Venetiis de anno* 1585. *pag.*698. & exinde fuit deriuatum, vt omnes tale miniſterium exercentes ab eo Epiſcopo, vbi verbum Dei diſſeminabant, benedictionem & approbationem acciperent, vt patet ex

14 Concilio VI. *generali Canone* 33. per hæc verba. *Nulli liceat, ex omnibus eorum, qui ſunt in clericorum ordinem relati, Populo in ſuggeſtu diuinas ſcripturas explicare, niſi is ſacerdotali tonſura vſus fuerit, & benedictionem à ſuo paſtore, canonice ſuſceperit. Si quis autem Præsbyter hæc facere deprehenſus fuerit, deponatur*, &c.

15 Quod, quidem munus prædicandi verbum Dei Antiqui Canones Monachis prohibuerunt, vt deciditur in cap. *adiicimus*, cap. *Monachus*, & cap. *iuxta cum aliis* 16. *q.*1. At poſtea ex variis priuilegiis conceſſum, & permiſſum fuit Regularibus prædicationis miniſterium; primo, Ordinibus Prædicatorum, & Minorum, vt tradit Barb. *de vniuerſ. iur. Eccleſiaſtico lib.*1. *cap.*13. *n.*9. Sed ſemper fuerunt illis conceſſa talia priuilegia cum limitatione, & prætextu, quod tenerentur ſe Epiſcopis ſubiicere, tanquam ipſorum coadiutores, vt aduertunt Emanuel Rodriguez *tom.*3. *quæſt. Regular. q.*31. *articulo* 4. *ad ſecundum Argumentum*, Hieronymus Rodriguez *in compend. quæſt. Regul. reſol.*112. *num.*1. vbi ita ait. *Vnde bene affirmare auſi ſunt quidam, quod proprius actus Fratrum Prædicatorum, & aliorum Religioſorum non eſt, prædicare, ſed ſubuenire Epiſcopis in prædicationis miniſterio, quibus non incumbit prædicare, niſi miniſterialiter*, &c.

16 Patet igitur ex prædictis, deriuatum eſſe hoc exercitium ab ipſo Chriſto Domino, & exinde teneri, qui illud exercent, tanquam coadiutores, & miniſterialiter, ad

hoc



hoc obſequium, hancque debitam reuerentiam, petendi approbationem, & licentiam, & approbationem prædicandi, illis, quibus ex initio naſcentis Eccleſiæ naturaliter, & inſtrinſece competit, vt ſunt Epiſcopi, quod ita declarauit illud celeberrimum generale Concilium Lateranenſe ſecundum, ſub Innocentio III. *anno Domini* 1215. & habetur *tom.*4. *Concilior. in impreſſis Venetiis de anno* 1585. vbi *in cap.* 3. *verſ. antepenultimo pag.*214. ita ait. *Quia vero nonnulli, ſub ſpecie pietatis, virtutem eius (iuxta quod ait Apoſtolus) abnegantes, auctoritatem ſibi vendicant, prædicandi; cum idem Apoſtolus dicat, quomodo prædicabunt niſi mittantur? Omnes qui prohibiti, vel nō miſſi, præter authoritatem, ab Apoſtolica ſede, vel Catholico Epiſcopo loci ſuſceptam, publice, vel priuatim prædicationis officium vſurpare præſumpſerint, excommunicationis vinculo innodentur, & niſi quantocius reſipuerint, alia competenti pœna plectantur*, &c. Quod quidem eiſdem fere verbis diſpoſitum reperitur in cap. *excommunicamus* 13. §. *quia vero, de Hæreticis.*

17 Vnde tranſgredientes, expreſſe contraueniunt decretis prædicti Concilij Lateranenſis, & diſpoſitioni Iuris in can. *interdicimus* 16. *q.* 1. can. *Scriptum, & ibi* gloſ. *verbo admonendi* 6. *q.*3. dic.cap. *excommunicamus* §. *quia vero*, Cap. *ex iniuncto, de Hæreticis.* Vnde in Concilio Conſtant. *ſeſſ.*8. condemnatus fuit Ioan. Vvicleff. aſſerens, licere alicui Diacono, vel Præsbytero, prædicare verbum Dei abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ, vel Epiſcopi Catholici, vt habetur, *tom.*4. *Concil. pag.* 270. in decima quarta propoſitione dicti Vvicleff. damnata.

Quod etiam ſtatutum videtur in Trid. *ſeſſ.*5. *cap.*2. *& ſeſſ.*24. *cap.*4 *de reformat.* & tradunt communiter Doctores, vt per Mirandam *in manuali Prælat. tom.*1. *q.*50. *artic.*1. *concl.*1. vbi *in fine* alios citat, quibus iunge Campanil. *in diuerſ. iur. Canon. rubr.*12. *cap.*13. *num.*6. *& ſequen.* Barboſ. *de vniuerſ. iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.*12. fere *per tot.* & alios *infra allegandos.*

18 Quibus ſic annotatis, liquido patet, competere Epiſcopis, tanquam Ordinariis, concedere vel denegare licentiam prædicandi verbum Dei, taliter quod ipſo renuente, nullus id efficere valeat, vt patet ex dicto cap. *excommunicamus*, §. *quia vero, de Hæreticis*, & ex Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*4. *de reformat.* & tradunt Cardin. *in Clement. dudum, verſ. ab olim, q.*3. *num.*7. *de ſepult.* & *ibi* communiter Doctores, Gratianus, *tom.*2. *diſcep. forenſ. cap.*393. *num.*11. & alij plures.

19 Quod adeo verum eſt, vt etiam ſi Epiſcopus velit prædicare in alia diœceſi, extra ſuam id efficere non poſſit ſine approbatione illius Epiſcopi, vbi prædicare intendit, ſi ipſe contradicat, *Canone Epiſcopum* 9.*q.*2 Gloſſa *in Canone Scriptum, verbo monendo*, 6.*q.*3. Riccius *in praxi fori Eccleſiaſt. collect.*543.*n.*4. vbi in facti contingentia refert, declaratum fuiſſe per Clementem VIII. cum Epiſcopo Aliſano, volente prædicare Neapoli ſine licentia illius Epiſcopi, late Barboſa plures referens *in Paſtor. p.*3. *alleg.*76. *n.*2 *&* 3. Gratianus vbi proxime *num.*9. *& ſequen.* Tuſcus *de viſitatione lib.*2. *cap.*20. *num.*13. *in fine*; Si ergo cum Epiſcopis, quibus ex natura dignitatis tale miniſterium competit, tantaq; excellentia pollentibus, hoc obſeruandum eſt, quanto vrgentius idem dicere debemus in inferioribus Regularibus, & exemptis.

20 Quæ omnia ſtabilita, & decreta repeņiuntur per ſpeciale Breue Sanct. Memoriæ Gregorij XV. ſub dat. Romæ apud S. Petrum *Nonis Februarij* 1622. *Pontificatus ſui anno ſecundo*, & incipit. *Inſcrutabili Dei prouidentia*; quod reperies penes Loterium, *de re benef. lib.*1. *q.* 24. *num.*54. & Barb. *in Paſt. in fine tract* & apud Cherub. *tom.*3. *Bullarij in Conſtitutionibus eiuſdem, Conſt.*18. *pag.*296. vbi *in* § 3. ita ait. *Atque vt Regulares in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare volentes, ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, In Eccleſiis vero quæ ſuorum Ordinum non ſunt, nullo modo prædicare poſſint ſine Epiſcopi licentia: Contradicente autem Epiſcopo, nulli, etiam in ſuorum Ordinum Eccleſiis prædicare præſumant*, &c. Et in §.6. proſequitur: *Ac demum, habeat Epiſcopus, tanquam dictæ Sedis delegatus, auctoritatem coërcendi, & puniendi quoſcumque exemptos, tam ſeculares, quàm Regulares, qui in alienis Eccleſiis, aut quæ ſuorum ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint: Ita vt Epiſcopi in ſupraſcriptis caſibus, in prænominatas perſonas, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, aut circa ea, quoquomodo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem, per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, vti eiuſdem ſedis delegati procedere, omnemque iuriſdictionem exercere liberè, & licite valeant*, &c.

20 Ex quibus verbis ad oculum patet, in

omnem

omnem euentum requiri benedictionem, & approbationem Epiſcopi, vt Regulares id munus exercere valeant, & prius ſtatutum erat in Tridentino, *in dicta ſeſſ.* 24. *cap.*4.*de reformat.*vt tenent Lotter.*vbi ſupra in dict.q.*24.*num.*84. late Barboſ. plura referens, *in Paſtor.allegat.*76. *num.*18. *cum pluribus ſequen.* & *de vniuerſo iure Eccleſiaſt. lib.*1.*cap.*12.*n.*10.*& ſequen.& Apoſtol. deciſ.collect.*449. *n.*3. *& in collect. ad cap.*2. *ſeſſ.*5. *Trident.num.*22. vbi aduertit; fuiſſe declaratum per SS.D.N. Vrbanum VIII. in quadam Conſtitutione, in forma Breuis, directa Epiſcopo Gienen. *ſub dat. Romæ* 30. *Ianuarij* 1629. poſſe Epiſcopum coërcere, & punire, etiam cenſuris Eccleſiaſticis, Regulares concionantes ſine licentia,& approbatione Epiſcopi, illius territorij, vbi prædicare intendunt, Cochier *de iuriſdict. ordin. in exemptos tom.*2. *p.*2. *quæſt.*45. *n.*83. optime Diana *tom.*3. *reſol. moral. tract.*2. *reſol.*111. *& tom.*9. *tract.*9. *reſol.*42. vbi late agit de materia, reſpondetque Pellizar.& aliis, contrariam tenentibus, & nouiſſime Carolus Antonellus *de regim.Eccleſiæ Epiſcopalis lib.*7. *cap.*13.*n.*5. per hæc verba. Regularem prædicantem abſque Epiſcopi licentia non ab Epiſcopo, ſed à ſuo ſuperiore puniendum eſſe, &c. Hodie tamen, per dictam Conſtitutionem Gregorij XV. Epiſcopus quoſcumque Exemptos, tam ſeculares quam Regulares, qui ſine eius licentia, aut non petita illius benedictione, aut illo contradicente prædicare præſumpſerint, cenſuris Eccleſiaſticis,aliiſque pœnis punire poteſt, vt notat etiam Bulp. *in praxi Iudic. cap.*42. *num.*3. Lezana *in ſum. tom.*1. *c.*20. *n* 3. Diana *p.*3. *tract.*2. *reſo.*111.&c. Idem probat Barb. *Apoſtol. deciſ. collect.*637.*n.*1.
22 *& 2. vbi num.*7. aduertit, ita fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione ibi. Regulari interdicere poteſt Epiſcopus, ne prædicet,licentia non petita,etiam non reddita cauſa. Sacra Congregatio apud Franc. Leon. *dict.p.*1.*cap.*8.*num.*9. Piaſec.*in praxi Epiſcop.p.*2. *cap.*3.*n.*41. *verſ.item*, &c. & vide dicenda *infra q.*22.

23 De quo articulo late Pellizzar. *in manuali Regul. tom.*2.*tract.*8.*cap.*4.*ſect.*1.*q.*1. & præcipue *q.*3. *n.*4. *& ſequen.* deque eo non eſt dubitandum, & ſolum difficultas exurgit, an idem dicendum ſit, in Regularibus prædicantibus in propriis Eccleſiis, & quia non facile ad manus omnium Auctoris opera perueniunt, eius verba referam, quæ talia ſunt. Quæres tertio, an Regulares poſſint prædicare in propriis Eccleſiis non obtenta Epiſcopi licentia,petita tamen,immo etiam ipſo contradicente. Reſpondeo non poſſe, & probatur ex decreto Concilij Tridentini *ſeſſ.*24. *cap.*4. *de reformat.* dicentis. Nullus autem, ſiue ſecularis, ſiue Regularis, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo prædicare præſumat,tum ex Bulla Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis, edita *anno* 1622. in qua ſtatuitur, Epiſcopos, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatos habere auctoritatem coërcendi,&puniendi quoſcumque exemptos, tam Seculares quam Regulares, qui in alienis Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia; & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente prædicare præſumpſerint. ita Suarez *ſupra, n.*9. contra Peyrinum *tom.*3.*priuil. cap.*2.*num.*9. & alios *infra citandos* oppoſitum ſuſtinentes, ex quodam Breui Vrbani VIII. ſub *die* 30. *Ianuarij* 1629. quod ait: Quod dicitur, Regulares non poſſe verbum Dei prædicare ſine Epiſcopi licentia, id locum ſibi vendicat, in his tantum Eccleſiis, quæ ſui Ordinis, non ſunt: Cum in aliis Eccleſiis ſui Ordinis ſufficiat benedictio Epiſcopi petita, licet non obtenta: Ita tamen, vt ſi Epiſcopus non modo benedictionem ſimpliciter non conceſſit, verum etiam Regularibus prohibuerit, quo minus prædicent, tunc illo contradicente, in ſui quidem Ordinis Eccleſiis liceat illis prædicare,quemadmodum Sacri Concilij Tridentini decretis ſalubriter cautum eſt.

Verum præfati Doctores,pro ſe imme- 24
rito adducũt hoc Breue,cum in eius exemplari, ante verba illa, *liceat illis prædicare*, extet particula,*non*,& dicat, *Non liceat illis prædicare*, vt mihi teſtatus eſt Reuerend. P. Magiſt. Hippolytus Bazzan. tunc Ordinis Seruorum meritiſſimus Generalis, ex ipſomet exemplari, ei in contingentia facti exhibito, & attente lecto;cum Peyrino ſentiunt Barboſ. *de officio Epiſcopi allegat.*76.*num.*19. Tamburinus & Enriquez relati apud Dianam *p.*3.*tract.*2.*reſol.*58. ſuam ſententiam inde confirmantes, quod Concilium Trident.*ſeſſ.*5.*cap.*2. *de reformat.* dicit, De Regularibus concionaturis in Eccleſiis ſuorum Ordinum, & ab eis (id eſt ab Ordinariis locorum) benedictionem petere teneantur: Non autem dicit, vt hi ad id licentiam obtineant: Quod tamen expreſſiſſet ſi intendiſſet, ſicut exprimitur in cap. *omnis vtriuſque ſexus, de pænitentiis & remiſſion.*cap. *ſuper Cathedram.* Extrauag. *de ſepultur.*§.*in Eccleſiis*, & alibi,quæ vtique facerent probabilem





bilem illorum ſententiam, niſi obſtaret Breue Vrbani VIII. ſupra allegatum, & praxis Sacræ Congregationis ſuper Epiſcopos,& Regulares, quæ iudicat de facto iuxta tenorem dicti Breuis, & mihi teſtatus eſt idem Pater Bezzanus, mihi amiciſſimus, &c. Hæc Pellizzar. qui licet poſtea.*n.*5.*in verſ.cæterùm*;velit cum Paſqualigio illud reſtringere ad diœceſim Gienenſem,non vero vltra; profecto non bene conuenit huic reſtrictioni,quod ipſe teſtatur ex P. Bazzano, ſcilicet ſacram Congregationem indiſtincte de facto iudicare iuxta tenorẽ prædicti Breuis Vrbani VIII. & quod ſolum intelligatur pro Diœceſi Gienen.& dicemus *infra*, illam reſtrictionem ſuſtineri non poſſe, ſed vbiq; obſeruandũ eſſe, ſaltem ex vi Breuis Greg.XV.

25 Ex ſupra adducta doctrina Pellizzarij conueniendus eſt Bord. *in ſuis conſiliis,ſeu reſol.moral.tom.*1.*reſ.*7.*n.*21.vbi ita ait. *Sexto,quãuis olim Epiſcopi non potuerint punire Regulares in alienis Eccleſiis, ſine eorum licẽtia prædicantes, vt deciſum referũt Quaranta, verbo Priuilegium Regularium, Portel.verbo Prædicatores n.*1.*Compendium reſol* 112.*n.*3.*cũ aliis citatis à Barboſa ad c.*2. *ſeſſ.*5.*n.*21.*& c.*4.*ſeſſ.*24.*n.*21. *Tambur. tom.*2.*de iure Abbatum diſp.*11.*q.*2.*n.*3.*Cãpanil. in diuerſ. iuris Canonici rubrica* 12.*c.*13.*n.*10.*quos refert Diana. Nunc autẽ poſt Conſtitutionẽ Inſcrutabili,Greg.XV.puniri poſſunt, etiã per cẽſuras Eccleſiaſt.ab Epiſcopo,vt ſtatuit in eadẽ Cõſtitut.illis verbis:Statuit*,&c.

26 *Difficultas autem oritur ex dicto decreto, quia ex eo conſtat,non ſolum punire poſſe illos, quando ſine licentia prædicant in alienis Eccleſiis;verum etiam in propriis ſine petitione benedictionis eo contradicente, ergo nõ ſufficit petere benedictionem,ſed illa obtinenda eſt; contra id quod dixi ſupra* § 1. *Sed dico, ſufficere petitionem benedictionis, licet non obtineatur,ſed contradicat Epiſcopus,quia illa clauſula,contradicente Epiſcopo, explicatur in caſu, quo Epiſcopus ipſe vult prædicare,vel facere coram ſe ſolemniter prædicare, vel propter aliam cauſam, vt dixi,*§.3.*in his enim caſibus poteſt inobediẽs Prædicator puniri ab Epiſcopo, quibus nõ extantibus,non poteſt puniri, modo petierit benedictionem; licet non obtinuerit,& ita declarauit Vrbanus VIII.in quodam ſuo Breui, directo ad Epiſcopum Gienen. quod ex parte refert Barboſa ad cap.*4.*ſeſſ.*24.*n.*24. *Poteſt autẽ Epiſcopus interdicere Religioſo,ne prædicet virtute dictæ Conſtitutionis,cauſa etiã nõ reddita,referunt deciſum Leo in ſuo Theſauro p.*1.*c.*8.*n.*9.Piaſec.*p.*2.*cap.*3. *n.*41. §.*ſi item; apud Barb ad cap.*4. *ſeſſ.*24. *& ad caput* 2.*ſeſſ.*5.*num.*23. Hæc Bordonus.

27 Qui cum ſuã funder opinionẽ in d. Breui Vrbani VIII. 30. *Ianuarij* 1629. nõ poteſt locũ habere, nã in relatione facta per Barb. & alios, qui eum ſequuntur,idemq; referunt; deficit illa particula, *non*, vt patet ex traditis à Pellizz. in loco allegato ſupra *n.*23.*& ſequen.*ita vt Vrbanus.VIII.in prædicto Breui contrarium declarauerit, quod aſſerunt Barb.Bordon.& alij; & potius dicat, *Nõ liceat illis prædicare*,&c.Nec prædictis obſtat ex dicta reſolutione videri contrariari decretũ Trid.*in dic. ſeſſ.*5. *c.*2. cum illo *ſeſſ.*24.*c.*4.*de refor.*quæ decreta cõcordare intendunt Tambur.*de iure Abbatũ to.*2.*diſp.*11.*q.*2.*n.*3.*& ſeq* & poſt eum Bord. *in d.reſ.*7.*n.*21.*verſ.difficultas*, & alij Doctores dicẽtes,*dictũ c.*4.intelligendum fore in illa clauſula,*Cõtradicẽte Epiſcopo*,in caſu quo ipſe Epiſcopus vult prædicare, vel facere corã ſe ſolẽniter prædicare;at in aliis caſibus,etiã cõtradicẽte Epiſcopo, ſi benedictionẽ petierit Regularis, licet non obtinuerit,poſſe in propriis Eccleſiis prędicare.

Sed profecto hæc ſolutio,vel diſtinctio 28
nullo modo ſuſtineri poteſt, cum nec ex verbis Tridentini nec ex mente id colligi poſſit,præcipue cum vtatur illo verbo,*nullus*,quod de ſui natura eſt vniuerſaliter excluſiuum,vt notant Doctores per *text in c. prædicandũ eſt in fine* 22.*q.*1.ibi,*vt nullus cũ eo cõmendet,oret*, &c.Ergo cum prædictum verbum ſit vniuerſaliter excluſiuum, non poteſt intelligi diſpoſitio Tridentini de tẽpore quo Epiſcopus prædicat. Quare, vt prædictum *c.*2.*ſeſſ.*5.nõ contradicat noſtræ ſententiæ, intelligendum eſt; quando Regularis prædicat in propria Eccleſia ſine licentia, vel benedictione Epiſcopi;eoq; nõ contradicente; at vero ſi contradicat,tunc nec in propriis Eccleſiis prædicare poteſt, & ſi effecerit,puniri poteſt,&ita intelligendum eſt *prædictũ c.*4.*ſeſſ.*24.itaq; differentia cõſtituitur,an prædicetur ſine Ordinarij licentia in propria Eccleſia, eo tamen non contradicente, & tunc præcedit diſpoſitio *c.*2.*ſeſſ.*5.at vero ſi cõtradicat, & repugnet Ordinarius, tunc locum habet diſpoſitio *c.*4.*ſeſſ.*24.etiam in propriis Eccleſiis,quam diſtinctionem cum plurib. ſequitur Cãpanil.*rub.*12 *c* 13.*n.*7. quibus iunge ea, quæ dicemus *infra n* 33. *& ſeq.* ex allegatione ibi relata, quæ valde conducunt ad hunc articulum, ex quibus ſatis videtur colligi intellectus ad *d.c.*2. *&* 4. quæ videbantur contrariari; ex quo ceſſat inconueniens conſideratum à Bordono *ex d.cap* 2.

Et ne iacula fugiamus pro elucidanda 29
hac veritate,neceſſarium duxi,aliqua principaliora annotare, quæ inter plures Doctores inueni, ex quadam allegatione R.P D.Auguſtini de Bellis, Hiſpano idiomate typis mandata, de qua mentionem

facit diligentiſſimus P.Diana *to.7. reſol.mo-
ral.tract.*12.*vbi reſol.*23.*cum duobus ſequent.*
aliqua illius fragmenta refert, & poſt eum
Ceſpedes *de exempt.Regul. dub.*196.*n.*1. vbi
ex prædicta allegatione,&atteſtatione prę-
dicti P.de Bellis colligunt,prædictam Con-
ſtit.Greg XV.fuiſſe reuocatam ab Vrbano
VIII.12.*Maij* 1625.ad inſtantiam omnium
Regularium,Regnorum Hiſpaniæ;& quã-
uis ipſe Diana aliquatenus dubitet de dicta
reuocatione,ex eo quia Auctores , vt ſunt
Barboſa,Lezana,Gauãtus,& Tamburinus,
Romæ tunc ſcribentes de dicta Bulla reuo-
catoria Vrbani nullã mentionem faciunt;
poſtea tamen aduertit;Ioan.Anton.Noua-
rium de illa meminiſſe quibus adhæret
Ceſpedes *vbi ſuprà*,licet *n.*4.dicat,ſe voluiſ-
ſe videre Conſtitutionem Vrbani , ante-
quam ſuam exponeret ſententiam.

30 Verum enim vero,quia contentio quæ
motiuum dedit prædictæ allegationi acci-
dit in hac noſtra Imperiali Ciuitate Cæſar-
auguſtana;ideo tanquam teſtis bene infor-
matus caſum efformabo,qui talis fuit.Qui-
dam enim Clericus Regularis per aliquot
annos ſumma cum laude,maximóque ap-
plauſu,prædicationis munus,non ſolum in
hac Ciuitate, verum etiam in toto Regno
Aragoniæ,& Caſtellæ exercuiſſet,videnti-
bus,& admirãtibus illius eruditionẽ,magi-
ſterium, & ſpiritum accidit, vt in quadã ex
ſolemnioribus feſtiuitate in Eccleſia Me-
tropolitana , verbum Dei prædicaret, neſ-
cientibus tamen omnibus intereſſentibus,
ſtola circa collum adhibita ſuperpelliceo,
cathedrã,ſeu pulpitum aſcendit,quod om-
nibus admirationem mouit,tanquam nun-
quã viſum,& exequutum in Hiſpania;nec
admirandum , cum per nouitatem omnes
in admirationem,& turbationem deueni-
rent , vt dicebat D.Chryſoſtomus relatus
per Simanchas *de Catholicis inſtitutionibus*,
*tit.*31.*n.*33.per hæc verba:*Nihil adeo animos
perturbat,etiamſi vtilitas ſequutura ſpectetur,
quam innouare aliquid,& à conſuetudine alie-
num facere;& maxime,cum de cultu,& gloria
Dei agitur*,&c.ſed quia ex quacumq; actio-
ne in Ordinario tunc exequutura, vt ſtolã
dimitteret ſcandalum moueri poterat,cum
Cathedram aſcendiſſet quando viſus fuit
cum illa,nullum adhibitum fuit mãdatum,
nec actio aliqua demonſtrata;finito ſermo-
ne ipſemet Pater retulit,ſe fore prædicatu-
rum breui temporis interuallo,in quadam
celebri ſolẽnitate , in vno Monialium cœ-
nobio prædictæ Ciuitatis, quo audito,cum
tunc Sedes Archiepiſcopalis vacaret,Capi-
tulum congregatum fuit; quod quidẽ tunc
Iuriſdictionem ordinariam exercebat, de-
cretúmque fuit in eo,vt mitteretur quidam
Capitularis , amiciſſimis ipſius Patris eique
bene viſus , vt nunciaret nomine prædicti
Capituli,ne in concionibus ſtola vteretur,
vt nouitas,& nota apud alios Concionato-
res tã Eccleſiaſticos, quàm Regulares eui-
taretur : cum autem prædictus Capitularis
beneuole hoc ei intimaret,ipſe ægrè ferẽs,
quod ei nunciatum fuerat;reſponſum præ-
buit,ſe non eſſe exequuturum,imò potiùs
ſtola indutum prædicare intendere,toties
quoties id facturus erat,qua reſpõſione re-
nuntiata;Vicarius Generalis Sede vacante
licentiam prædicandi Verbum Dei in ſua
Diœceſi illi reuocauit, quod fuit intimatũ,
ſed eo nõ obſtante cõtinuauit in determi-
minatione,ſempérque permanſit in proſe-
quutione concionandi cum ſtola, quapro-
pter creſcẽte cõtumacia, perſonaliter fuit
intimatum mãdatum d.Vic.Gen.cum nar-
ratiua,quod attenta prædicta reuocatione,
ſe abſtineret,aliàs contrarium exequendo
contra ipſum procederetur pœnis, & cen-
ſuris,vel vt melius de iure procedi poſſet.
His tamen non obſtãtibus de facto in præ-
dicationem ſe ingeſſit, quapropter viſa &
attenta ſua contumacia prædictus Vicarius
Generalis,tanquam Ordinarius,illum cita-
uit ad videndum ſe declarare incidiſſe , &
incurriſſe in pœnas,& cenſuras,& propter
contumaciam iuſſit declarare & publicare,
prædictum Patrem excõmunicatum eſſe,
à quo decreto appellauit,&c.

Ex qua contentione partes ſua iura ſcri- 31
ptis,& allegationibus publicauerunt,vt no-
ta fierent omnibus,Paterque D.Auguſtin.
de Bellis neruosè defendebat omnia geſta
per dictum concionatorem,propter varias
nullitates,ab ipſo ponderatas, & inter alias
allegauit,quas referunt Diana,&Ceſpedes
*vbi ſuprà*.Fiſcalis verò Eccleſiaſticus(ad cu-
ius inſtantiam cauſa agitabatur ) acriter ſe
oppoſuit,reſpõdendo allegationi de Bellis,
cum altera,etiam typis mandata,& ideo li-
cet aliquãtulum progrediamur,operæpre-
tium duxi,illius verba referre,vtendo ſtylo
ipſius Dianæ in hoc eodem articulo .

Vnde ad reſponſionem primæ nullitatis 32
pag.3.& ſequent.prædictus Fiſcalis,ita ait:
*En la primera dize , que la Bulla de Gregorio
XV.en la qual tan ſolamente funda tener iuriſ-
dicion dicho S.Vicario General no eſta en vſo,ni
recebida en Eſpaña,y aſsi no puede dar Iuriſdi-
cion;Refugio ordinario,quãdo la apretura obli-
ga à valerſe de tal medio.Pero adonde conſta,
que no eſta recibida. La preſumpcion y vſo
eſta por dicha Bulla , ſiendo tan juſta , y con-
forme a derecho , y es fuerça probar actos con-
trarios,hechos contra ella poſitiuamẽte,para que
ſe pueda decir,no eſtar recibida , ni en vſſo,
Felinus in c.*1.*n.*13.*de tregua,& pace.Iaſon.
in l.rem non nouam Patroni , C. de iudiciis,
Couarruuias lib.2. variar.cap.16.n.6. Gu-
tierrez canon.quæſt.lib.1.cap.8.n 3.& 4. An-
char.in canon. erit autem lex , §.legis 4. di-
ſtinct.Eſtos no ſe prueban, luego la Bulla eſta
recibida.*

33 Pergit prædicta allegatio ad reſponſum
ſecundæ nullitatis,conſideratæ à P.de Bel-
lis in hunc modum. *Dice que aunque eſtu-
uieſſe recibida dicha Bulla no tiene fuerca,
por eſtar reuocada por la Santidad de Vrba-
no VIII. alega vn Decreto de la Congrega-
cion de el Concilio,y a Barboſa en la allega-
cion 76.n.24 Pero reſuelue lo contrario, por-
que la limita con dicha Bulla.La Congrega-
cion de el Concilio dize aſsi.* Congregatio
Concilij cenſuit,Regulares , qui abſque li-
centia Epiſcopi prædicauerint in Eccleſiis,
quæ ſuorum Ordinum non ſunt, tametſi
decreto eiuſdem Concilij ſeſſ.5.c.2.contra
fecerint, non poſſe tamẽ puniri ab Epiſco-
po , ſed tantum à ſuis Superioribus Regu-
laribus. *Eſta declaracion haze al caſo,ni es
a propoſito en el nueſtro,y ſi lo fuera , procede
quando el Regular prædica ſin pedir licencia
como diſpone el Concilio en dicha ſeſsiõ 5 c.2.
en que ſe funda dicha declaracion. Pero no
quando contradicente, & repugnante Ordi-
nario,como lo ha hecho el P.N. Porque el Cõ-
cilio de Treinto en la ſeſſ.24.de reformat.c.4.
dice.*Nullus autẽ ſecularis , ſiue Regularis,
etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, con-
tradicente Epiſcopo,prædicare præſumat:
*Es muy diuerſo y diferente de el cap.2. de la
ſeſſ.5.en que ſe funda la declaracion , cuias
palabras pondre aqui,para que ſe careen los
dos lugares.*

Regulares verò cuiuſcumque Ordinis,
niſi à ſuis Superioribus,de vita,moribus, &
ſcientia examinati,& approbati fuerint,ac
de eorum licentia , etiam in Eccleſiis ſuo-
rum Ordinum prędicare non poſſunt;cum
qua licentia perſonaliter coram Epiſcopis
præſentare,& ab eis benedictionem pete-
re teneãtur antequam prædicare incipiãt;
In Eccleſiis verò , quæ ſuorum Ordinum
non ſunt,vltra licentiam ſuorum Superio-
rum,etiam Epiſcopi licentiam habere te-
neantur,ſine qua,in ipſis Eccleſiis non ſuo-
rum Ordinum,nullo modo prædicare poſ-
ſint.*Y es de diferente Papa el vn Capitulo de
el otro,como lo aduierte doctamente Suarez*
de relig.to.2.lib.9. n.4. *del* cap.4. de la ſeſſ.
24.*poſterior , y tan ex diametro contrario al
cap.2.de la ſeſſ.5.como de la cõtextura pare-*
34 *ce.Porque predicar ſin pedir licẽcia de el Or-
dinario,como diſpone el dicho c.2. es mal he-
cho,y no eſir cõtra la voluntad de el Ordina-
rio,ſino contra lo que diſpone dicho cap.2.que
es predicar ſin pedir licẽcia,y en tel caſo paſ-
ſe,que le caſtigue ſu Superior, pero quãdo cõ-
tradicente,& repugnãte Ordinario prædica-
re,& diuerſa razõ,y aſsi dice Zauaruela(mu-
chos antes de el Concilio ) en la Clementina,*
dudũ,verſ.ab olim, n.27. de ſepulturis,*que
el Obiſpo puede predicar in qualquiera diœ-
ceſi,con tal que el Obiſpo,cuia es la diœceſi,no
ſe lo prohiba,y contradiga ; aſsi lo ſiente Ho-
ſtienſe* in c.fin.n.2.de auctoritate,&vſu Pal-
lij,*aunque la gloſa en la Clementina Archie-
piſcopo*,verbo,etiam celebrare, de priuile-
giis,& in canone ſcriptum 6.q.3.*Digan,que
en agena dioceſi no puede predicar publica-
mente , y eſta contradicion la ajuſta y conci-
lia,Campanilis* d.Rubr.12.cap.13.n.7.*Muy
a mi propoſito diciendo con Zabarela y Ho-
ſtienſe(cuias palabras por ſer tan al caſo põ-
dre aqui.*Quod ex ſua ſpontanea voluntate 35
Epiſcopum adire non debeat,ab ipſo peti-
turus licentiam, ſed abſque illa prædicare
valeat,niſi Epiſcopus loci, hoc præſentiẽs
interdixerit,& tunc nequeat,niſi illius prę-
cedat conſenſus,& facultas:Verba ſiquidẽ
Hoſtienſis, & gloſſæ ea ſunt ; quod ſine li-
centia poſſunt ſolemniter celebrare,& etiã
prædicare , niſi ſpecialiter prohibeantur.

Ex quibus ſanè verbis depromitur veri-
tas citatæ diſtinctionis,quam etiam nouiſſi-
mo iure Concilij ſubſiſtere per text.*in c.4.
de refor ſeſſ.*24. dicentem:*Nullus ſæcularis,
ſiue Regularis,in Eccleſiis,etiam ſuorum Or-
dinum, contradicente Epiſcopo prædicare
præſumat*,&c.*Aſta aqui Campanilis , aſsi lo* 36
*entienden Riccius tom.2.deciſ.219.n.5.in fi-
ne,ibi.*Concilium Trident.*ſeſſ.5.c.2.* Regu-
lares in Eccleſiis ſuorum Ordinum petita
benedictione;in Eccleſiis verò nõ ſuorum
Ordinum , non ſufficit petere benedictio-
nem,ſed debet obtinere licẽtiam eius Or-
dinarij;contradicẽte autem Epiſcopo,nec
in Eccleſiis Parochialibus, nec in Eccleſiis
ſuorum Ordinum poſſunt prædicare,vt ha-
betur in eodem Concilio *in ſeſſ. 24. de re-
form.c.4.* Alphonſ.de Torres *de inſtit. Sa-
cerd.3.c.1.n.12.*Rodrig.*to.2.q.64.art.*11.*Los
quales ponen diferencia,de predicar ſin licẽ-
cia de el Ordinario, o, ipſo contradicente, &
repugnante.* Hæc prædicta allegatio Fiſca-
lis,quam volui ad litterã referre, cum non
facile ad manus omnium peruenire valeat;
Maximè cum contraria ſcripta reperiatur
penes P.Dianã,&ex eo penes Ceſpedes,ex
quo motiuo prædicta trãſcribere decreui.

Et notandum eſt,quod P.Auguſtinus de 37
Bellis ſolum defendebat, Vicarium Sede
vacante non habere talem facultatem;
nam eam dicebat non pertinere Epiſco-
pis ex vi Iuriſdictionis Ordinariæ , ſed

delegatæ,ex prædicta Bulla Gregorij XV. de qua ſupra *num.*20. in illis verbis: *Ac Demum Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus,auctoritatem coërcendi, & puniendi quoſcumque exemptos,tam ſeculares,quam Regulares, qui ſine licentia Epiſcopi,aut ipſo contradicente prædicare præſumpſerint*,&c.

38 Ex quibus verbis colligebat P.de Bellis, talem Iuriſdictionem, non tranſire in capitulum Sede vacante,at vero in ipſis Epiſcopis talem Iuriſdictionem eſſe radicatam fatetur idem de Bellis, in alia allegatione in ipſa eadem cauſa per eum elaborata Hiſpano etiam ſermone,vbi *parte ſecunda*, §.2.*verſ.à la ſexta.fol.*12. ita ait: *Yo hauemos probado en el primer aſunto, que el Concilio de Treinto,en aquella diſpoſicion, que no ſe predique contradicente Epiſcopo,no comprehende Vicarios Sede vacante, ſino Obiſpo ſolamente, por ſer la Iuriſdicion que ſe leſda delegada. Y aſsi concedo yo,que para con los Obiſpos no nos aprouechan priuilegios en eſta parte, pero para con Vicarios Sede vacante ſi,como es noſtro caſo.* Et poſtea §.9. *num.*3.*pag.*25. ita proſequitur: *Alo que dice en la primera razon, que es notorio,que no pudo predicar contradicente Epiſcopo, quidquid ſit de Epiſcopo*,&c.

39 Vnde manifeſtè ex prædictis verbis apparet.P.Auguſt.de Bellis in Epiſcopis idem ſentire;at contra ipſum inſurgit Fiſcalis,& intendit probare, idem dicendum eſſe in Vicario Sede vacante, cum & ratione iuriſdictionis delegatæ,& ex d.Bulla Gregorij XV.& ratione iuriſdictionis Ordinariæ illud pertineat Epiſcopis,& exinde tranſire in Capitulum Sede vacante,vt patet *in prædicta allegatione,fol.*6. vbi *fol.*7. *A la tercera*
40 *nullidad*,ita ait: *Quien dice, que procede el Señor Vicario General en virtud de la Bulla de Gregorio XV. y aſsi como delegado de la Sede Apoſtolica, ſepa, que no ha procedido ſino como Ordinario, en la qual Iuriſdicion,el Vicario General Sede vacante ſucede*, Cap.*cum olim*, Cap.*his qui,de maioritate, & obedient.* Cap. *vnico eodem titulo in* 6.Cap.*ad abolendam,de hæreticis*,Cap.*penultimo,& finali de ſupplenda negligentia Prælator.* Pauinus *de offic. & poteſt.Capituli Sede vacante,p*.1.*q*.1.*&* 2. Cucus *inſtit.moral.lib.*2.*tit.*9. *n*.30.*&* 39.Felinus *in cap. cum omnes,de conſtit.n.*10. & in cap.*eam te,de reſcriptis*,Gutierrez *canonicar. quæſt.lib.*1.*cap.*11.*n.*20. Corraſius *de beneficiis,*2.*p.cap.*7.*n.*2.Federicus *conſ.*30.Purpuratus *conſ.*77.Nauarr.*conſ.*44. *de temporibus*
41 *ordinat. Y que ex Iuriſdictione Ordinaria le competa, que nadie pueda predicar contradicente Ordinario*, dicto Cap.*excommunicamus*, §.*quia vero, de Hæreticis*, Concilium Trident.*ſeſſ.*24. *cap.*4. cum aliis *ſupra allegatis*, Cardinal.*in Clemẽt.dudũ,verſ.ab olim q.*3. *n.*7.*de ſepulturis*, Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. cap.*393. *n.*11. Riccius *dict. deciſ.*219.*Luego bien que da probado, pertenecerle por Iuriſdiciõ Ordinaria,y hauer procedido como Ordinario,y no como delegado.* 42

*Ha ſe de aduertir,que aunque es verdad, que quando ſe da Iuriſdicion al Ordinario, para que proceda auctoritate Apoſtolica, y como delegado de ella, vt in terminis*, Cap. *irrefragabili*, §.*cæterũ,de officio Ordinarij*, Cap.1.§.*finali,de ſtatu Regular.in* 6.& Clement.1. *de ſupplenda negligentia Prælat.* Clement.*quia contingit,de religioſis Domibus;En tal caſo no ſucede el Vicario General Sede vacante, en cuios terminos hablan las doctrinas,con Doctores alegados; pero quan-* 43
*do por el derecho,o,otra diſpoſicion Cõciliar, ſe extiende y proroga la poteſtad Ordinaria, para que mas libre, y expeditamente ſe proceda,aunque ſe diga,que procedat, tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ, en tal caſo ſucede el Vicario General Sede vacante, porque alias à iure le competia,ex Iuriſdictione Ordinaria*,Rodriguez *tom.*1.*q* 61.*art.*9.Thomas Sanchez *de matrim. lib.*8. *diſp.*2.*n.*10. Matienço *lib.*5.*recopilat.tit.*4.*lege* 14.*gloſ.*1. *n.*47.Garcia *de benef.p.*5.*c.*7.*n.*40. *&* 41.& meliùs 49.& 50.&c.& de hoc articulo dicemus *infra q.*20.*num*..

Pergit præterea allegatio,probãdo præ- 44
dictum aſſumptum variis rationibus,& argumentis,quæ conſultò omitto,ne longius in hoc protrahamur,vbi videre poteris.Ex quibus deducitur,quod cum fundamentũ, ex quo prætẽditur reuocata prædicta Bulla Gregotij XV. ſumatur ex eo, quod ab Vrbano VIII.fuit moderata per aliam, *ſub dat.*13.*Maij* 1625.ex quo infert Ceſpedes, prædictam Gregorij Bullã nihil poſſe operare;verũ vt ei melius ſatisfieri poſſit ipſius verba referã,ait enim in *d.dubio* 196. poſtquam *n.*1.dixit, poſſe Regulares Concionatores,prædicantes etiam in propriis Eccleſiis,ſine licentia, ſeu benedictione Epiſcopi ab eo immediatè puniri ex dicta Cõſtitutione Gregorij XV. ſtatim *n.*2. ſubdit: Sed nouiſſime P.Diana *in* 7.*ſua parte,tr.*12. *reſo.*25. referens noſtrum P.D.Auguſt. de Bellis virum doctiſſimum,&c. videtur difficultatem ſuſcitare contra communẽ hãc ſententiam dum ait.Conſtitutionẽ, *Inſcrutabili*,Gregorij XV.fuiſſe reuocatã ab Vrbano VIII.per aliã ſuam,*dat.*13.*Maij* 1625. ad inſtantiam omnium Regularium Regnorum Hiſpaniæ, de qua tamen Bulla Doctores,etiam nouiſſimè,vt ſunt Lezana, Tamburin.& alij nec verbum quidẽ dicũt; Aduertit tamen Diana, ſe vidiſſe huius Bullæ



Bullæ mentionem eſſe apud Ioan.Anton. Nouarium *in ſumm. Bullar. tit. de exempt. priuileg. n.*51. & credo, adeſſe talem Bullam Vrbani VIII. dum hoc teſtatur dictus de Bellis, dicens: *eſta Bulla*, &c.

45 Ego quidem libenter crederem, & annuerem atteſtationi tanti Viri, ſi ipſe originaliter aſſereret vidiſſe, illiuſque verba retuliſſet,vt diximus *ſupra n.*34. de P.Hippolyto Bazzano, ex relatione Pellizz. ex alia Bulla Vrbani VIII. 30. Ianuarij 1619. cum ipſe Bazzanus aſſerat de facto proprio,in originali adeſſe illam dictionẽ,*non*, at in præſenti, diuerſum iudicium efformandum eſt, cum non facile credi poſſit, dictam Bullam Gregorij reuocandam fore per Vrbanum VIII. præcipue cum contineret materiam tanti ponderis, tantoque conſilio deliberatam, & cum clauſulis,tam exuberantibus, & dato quod Vrbanus aliquam declarationem faceret,verba reſtrictionis, eiuſque contextura, modus reuocationis clauſularum, & aliæ quamplures cauſæ ponderari debebãt,vt reuocata cenſeretur; vnde ex eo quod Nouarius de ea mentionem faciat,vel quod dicat Pater de Bellis reperiri cũ omnibus priuilegiis, quæ confirmauit Vrbanus VIII.Regularibus,in quodam libello,typis mandato, & authenticato de ordine Eminent.Card.Pamphilij, tunc Nũtij Apoſtolici,in his Hiſpaniarum Regnis, ſatis debile fundamẽtum iudicandum eſt;cum ſciamus,prædictam Gregorij Conſtitutionem eſſe generalem,ibi in verſiculo; *Verum quia experientia compertum eſt, Eccleſiaſtici regiminis rationes poſtulare, vt decretis huiuſmodi aliquid adiungatur,matura deliberatione noſtra,& ex certa ſcientia,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,hac generali, ac perpetuo valitura Cõſtitutione decernimus, ſtatuimus & ordina-*
46 *mus*, &c. & in §. ac demum ita ait. *Habeat Epiſcopus, tanquam dictæ Sedis delegatus auctoritatẽ coërcendi,& puniendi quoſcumque exemptos, tam Seculares,quam Regulares in alienis Eccleſiis, aut quæ ſuorum Ordinum non ſunt,abſque Epiſcopi licẽtia;in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum,non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, prædicare præſumant. Ita vt Epiſcopi in ſupra ſcriptis caſibus,& in prænominatas perſonas, in præmiſsis omnibus,& ſingulis, aut circa ea, quoquomodo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem, per cenſuras Eccleſiaſticas,aliaſque pœnas, vti eiuſdem Sedis delegati,procedere, omnemque iuriſdictionem exercere libere,& licite valeant,decernẽtes*,&c.Et concludit cũ decreto irritãte,aliiſq; prægnãtiſſimis clauſulis derogatoriis,& reuocatoriis.

Ex quibus liquet, non rectè dici poſſe, reuocatam eſſe hanc conſtitutionem ex ſola relatione Nouarij,& P.de Bellis,etiam dato,quod tale Breue conceſſum fuiſſet ab Vrbano,(de quo etiam dubitant Diana,& Ceſpedes) ſi prius non doceatur,quomodo,quibus clauſulis, illæ contentæ in Gregoriana Conſtitutione reuocentur, quod quam ſit neceſſarium ad intentum validitatis reuocationis, nemo eſt qui non videat; præcipue appoſito decreto,irritante, & clauſula, *ſublata*, de quorum effectibus diximus *ſupra in* 1. *p.clauſ.*4.*n.*11.*cum pluribus ſequentibus.*

Imò potiùs coniecturamus,& videmus, 47
potius eſſe de mente Vrbani,illam Gregorij Conſtitutionem,vt patet ex ipſius Bulla directa Epiſcopo Gienen. & in forma Breuis conceſſa, *ſub dat.* 30. *Ianuarij* 1629. vt tradit Barboſa *in collect. ad c.*2.*ſeſſ.*5. *Trid. de reformat.*vbi cum priùs *à n.*17.*vſque ad* 21.*incluſiue* retulerit,quod varij Doctores circa hunc articulum tradidere, tandem *n.*22. concludit per hæc verba. *Sed hodie, per Conſtitutionem Gregorij XV.incipientem* Inſcrutabili, *ſub dat.*9.*Febru.*1622. *contrarium eſt dicendum,verba autem conſtitutionis ſunt quæ ſequuntur. Ac demum*, &c.& illos coërcere,& punire poſſe etiam cẽſuris Eccleſiaſticis, fuit declaratum per S.D.N. Vrbanum VIII. in quadam Conſtitutione in forma Breuis, directa Epiſcopo Gienen. *ſub dat.*30.*Ianuarij* 1629.

Et quamuis Nouarius,& poſt eum Dia- 48
na,*in dicta reſol.*23.*in fine*, Ceſpedes *in dicto dubio* 196.*n.*3. Paſqualigus *tom.*2.*q.*170. quem refert, & ſequitur Pellizzarius, *in manuali Regul.tom.*2.*tract.*8.*c.*4.*ſect.*1.*n.*5. *verſ.cæterum*,putent ad effugiendam difficultatem,& velint dicere, hanc Conſtitutionem non obſtare,quia eſt tantum localis,ſcilicet pro Ciuitate,& diœceſi Gienen. ex eo qui ad illos tantum dirigitur, & lex ſolum obligat eos, quos comprehendit.

Secundò ex eo, quia hæc facultas con- 49
ceſſa Epiſcopo Gienen. eſt per modum gratiæ,& eſt gratia priuilegiatiua cõtra ius cõmune, ac exemptionẽ Regularium,immediate ſubiectorum Papæ,cuius intereſt, ſuos ſubditos ab alio non iudicari, & priuilegium,aut gratia his ſolum cõcedatur,qui in cõceſſione expreſſe nominantur,aut ad ſummum, perſonis habẽtib. cõnexionẽ cũ illis, & exinde cum ſolus Epiſcopus Gien. nominetur,ei tãtum cõceſſum cenſebitur.

Tertiò, quia talis Iurisdictio, in dicto Breui eſt delegata, cum tunc Epiſcopus procedat auctoritate Apoſtolica;non vero ordina

ordinaria ergo arctari debet ad delegantem, nec ad alios extendi poſſe, cum ſit perſonalis, maxime ſi nominetur perſona, vt in prædicto Breui directo Epiſcopo Gienen, & ideo non poſſe extendi vltra illum, ſed ad ſummum ſolum dignitati Epiſcoporum Gienenſium,& non vltra.

50 Et tandem quia diſpoſitio prædictæ conſtitutionis reſtringitur ad diœceſim Gienen, nam eius Epiſcopo determinante videtur committi, & ſolum diſponere pro Regularibus Ciuitatis,& diœceſis Gienen. & ideo ſe extendi non poſſe,vltra eã. Quibus fundamentis, prædicti Doctiſſimi Doctores ſuam defedunt ſententiam.

51 Sed illis non obſtantibus, contrariam veriorem, & tenendam iudico ex eo,quia lex habens generalem rationem, etſi ſit ſpecialis ſit generalis, *l. regula eſt* 9. *§. ſi quis verſ. & licet municipium ff. de iuris, & facti ignorantia*; maxime ſi cum generalitate, in lege aliquid contineatur,dici debet in ea expreſſum *l. fin. ff. quod cum eo*. Farinacius *tom.* 1. *conſilio* 30. *n.* 216. & cum prædicta conſtitutio generaliter diſponat, habeatque generalem rationem, & ſi videatur ſpecialis,non debet reſtringi ad ſolam Ciuitatem, & diœceſim Gienen, ſed extendi illius diſpoſitio ad omnes alias.

52 Secundo,quia vbi eadem eſt ratio, dicitur adeſſe eadem lex; licet non extenſiue, ſaltem comprehenſiue; lege illud c.de ſacroſanctis Eccleſiis, *l. item veniunt. §. ait Senatus,de petitione hæreditatis*,late Tiraquel. plura referens, & plures allegans *in l ſi vnquam,verbo libertatis, c.de reuocandis donationibus, numer.* 45. *&* 46. optime Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancelluriæ* §.7. *Proœmij num.* 105. Gutierrez omnino videndus, innumeros caſus referens, *lib.* 3. *Practicarum q.* 17. *à num.* 84. *cum pluribus ſequen.* Ergo cum ratio ob quam fuit conceſſum prædictum Breue, Ciuitati,& diœceſi Gienen. ſit eadem in cæteris diœceſibus,eædemque cauſæ vrgeant in eis (vt ad oculum patet ex ipſius contextura) debet comprehenſiue, & intellectiue idem dici in aliis diœceſibus, vt conſiderauit Gutierez vbi proxime *n.* 85. *&* 86.

53 Tertiò, nam reſcriptum Principis in cauſis particularibus habet vim legis; imo reſponſionem ſiue Epiſtolam Pontificis, priuatæ perſonæ factam, interpretantem aliquod dubium, vim decretalis habere tenet Sanchez *de matrimonio tom.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 31. *num.* 6. *ex l. finali c. de legibus & gloſ. in cap. ex tua, verbo, conſultationi*, de filiis præsbyterorum; vbi ita ait. *Cum reſpondetur conſultationi, ius commune oſtenditur per reſponſionem*, &c. idem admittit Barboſ. *in collect. ad dictam gloſſam num.* 4. Sed in noſtro caſu, non ſolum datur reſponſum Pontificis ad conſultationem per Epiſtolam, ſed per Breue, provt cæteræ leges Pontificiæ conduntur, ergo non debet reſtringi ad ſolam Ciuitatem, & Diœceſim Gienen.

Quibus argumentis licet intendat ſatisfacere Pellizzarius vbi ſupra, non tamen concludit, & præterea contra prædictam reſtrictionem, & intellectum,præter prædicta, plura vrgent, nam Epiſcopi habent hanc facultatem iure Ordinario, non verò delegato,vel aliquo ſpeciali, vt patet ex dictis decretis Tridentini, in quibus Epiſcopis conceditur, vt nullus prædicet, ſine eorum benedictione, & approbatione, vt patet ex dictis *ſupra num* 40. *& ſequen.* & quamuis videatur id non eſſe illis attributum iure Ordinario, ſed ex delegatione; attamen, quando aliquid conceditur Epiſcopis, non iure ſpeciali, eis conceſſo, ſed ex iure generali omnibus Epiſcopis, tamquam annexum dignitati Epiſcopali, quamuis dicatur tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis,nihilominus talis Iuriſdictio dicitur ordinaria, vt cordate tradit Noſter Doctiſſimus Aragonenſis Cenedo *in ſuis quæſtionibus Canonicis quæſt.* 26. *num.* 28. *verſ ego tamen*, vbi cum prius diſputet, an Capitulum Sede Vacante ſuccedat Epiſcopo non ſolum in iuriſdictione, iure communi generali, ſed etia m iure communi ſpeciali, illi pertinente, ita ait. *Ego tamen circa hanc quæſtionem ſemper cenſui, Capitulum Sede Vacante non ſolum ſuccedere in iurisdictione Ordinaria, iure communi generali, ad Epiſcopum ſpectante, ex iuribus allegatis, ſed etiam in iurisdictione iure communi ſpeciali, ad Epiſcopum pertinente, per ea quæ retuli in* 3. *p. collect.* 54

4. *n.* 3. *Rodriguez tom.* I. *quæſt. Regul. q.* 61. 55
*artic.* 9. *Nec his obſtat, quod dicebatur, Capitulum non ſuccedere in his, quæ competunt Epiſcopo iure ſpeciali, id namque verum eſt in his, quæ competunt Epiſcopo iure ſpeciali gratioſo, videlicet priuilegio, vel commiſſione Pontificia, non vero in his, quæ ſpectant ad Epiſcopum iure communi ſpeciali, vt in hac ſpecie Concilij, quia in his ſuccedit Capitulum, quod optime probat Archidiaconus in cap.* 1. *ne Sede Vacante in* 6. *quod Capitulum ſuccedit in his, quæ ſunt iuris, non vero in his, quæ ſunt gratiæ, quem refert, & ſequitur Abbas in cap. verum n.* 9. *de foro competenti.* Hæc Cenedo.

Cui conſonat Moneta, *in tractatu de commutationibus vltimarum voluntatum cap.* 5.



*cap.* 5. *num.* 421. vbi ita ſcribit. *Illud vero, quod mox docuimus, Iurisdictionem Epiſcopo Iure ſpeciali competentem, non tranſire in Capitulum Sede Vacante, accipiendum eſt de iure ſpeciali delegato, ſeu vigore delegationis, non autem vbi hæc iurisdictio, licet de iure ſpeciali competat, quia non eſt communis omnibus Epiſcopis; competit tamen Ordinario; Atque adeo, in illo Epiſcopo eſt iurisdictio Ordinaria; Tunc enim ſuccedit. Sanchez de matrim. lib* 8. *diſp.* 2. *n.* 10. *poſt Abbatem dicto cap. Veniens n.* 9. *Felinum in cap. cum te num.* 17. *de reſcriptis & Garciam de beneficiis* 5. *p. cap.* 7. *num.* 39. *& afferri poteſt exemplum in poteſtate doctorandi, conceſſa alicuius Eccleſiæ Epiſcopo, vt puta Papien; nam poteſtas competens, non perſonæ ſed dignitati, vel officio, cui perpetuo eſt annexa, cenſetur ordinaria, non delegata, vt pluribus ex communi poſt relatos, & probatos à Couarruuia lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 20. *num.* 6. *&* 10. *tradit Suarez lib.* 6. *de legibus cap.* 15. *n.* 1. *Sanchez de matrim. lib.* 2. *diſput.* 40. *n.* 14. *& Garcia dicto cap.* 7. *num.* 39. *vbi exemplum affert de iurisdictione competente Epiſcopo, vt Domino feudi, & num.* 40. *de competente ex conſuetudine, & num.* 41. *de poteſtate abſoluendi, ac diſpenſandi in certis caſibus, Papæ reſeruatis, Epiſcopo conceſſa vigore Tridentini ſeſſ.* 24. *c.* 6. *de reformat inter alios, & Sanchez tract. de*
57 *matrim. lib.* 8. *diſp.* 2. *n.* 10. *Quamuis hæc facultas Epiſcopo competat iure ſpeciali; nimirum illius decreti, multo vero magis in duobus præcedentibus exemplis, nam adhuc ſemper hæ facultates competunt ex iuriſdictione Ordinaria*, &c. Vſque huc Moneta, & ibi *num.* 423. *& ſequent.* latè proſequitur materiam; Quibus iunge diffusè,& docte Eruditiſſimum Patrem Molinam *tom.* 6. *de iuſtitia, & iure tract.* 5. *diſp.* 11. *n.* 8. *& ſequen.* vbi reſoluit, *quod ea iuriſdictio, quæ muneri Epiſcopi, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato in perpetuum committitur, vt ex officio Epiſcopis competat, deinceps, tunc non dici illam iuriſdictionem delegatam, ſed Ordinariam*, &c. & dicemus *infra q.* 20.

58 Ex quibus omnibus colligitur, quod cum facultas approbandi Concionatores Epiſcopis conceſſa, perpetuò ſit dignitati annexa,eiſque non iure ſpeciali,ſed generali, ex vi Tridentini, & Conſtitutionis Gregorij XV. pertineat,debet conſiderari ordinaria,& non abſolute delegata, quare, vt Epiſcopi,& vt tales Ordinarij, poterunt impedire Regularibus, ne in ſuis Eccleſiis prædicent ipſo contradicente,aut non obtenta approbatione, vt in *dicto cap.* 4. *ſeſſ.* 24. Tridentini expreſſe cauetur; quod ſi aliter effecerint, excommunicari, & aliis pœnis puniri poterunt, cum in hoc ſubdantur Epiſcopis; ac in eodem Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap. final. de Regular.* ſtatutum reperiatur, quod ad contenta in dicto Concilio Trident. reſpectu Regularium, & Monialium,deputatos eſſe Epiſcopos exequutores in omnibus, & per omnia,iubetque Regularibus, ſubiectos eſſe,non obſtantibus eorum priuilegiis, & exemptionibus, de quo *ſupra q.* 1. *num.* 28. *& ſeq.* vt probat Paulus Piaſecus *in ſua praxi Epiſcopali p.* 2. *cap.* 3. *num.* 52. per hæc verba.
*Delinquentes autem Religioſi, in caſibus, in* 60
*quibus ex Concilio Tridentino Iurisdictioni Epiſcoporum ſubduntur, excommunicari, & aliis pœnis puniri poſſunt ab Epiſcopo, cum quoad contenta in dicto Concilio ceſſent omnes exemptiones, & priuilegia, vt patet ex textu eiuſdem Concilij cap. vltimo ſeſſ.* 25. *de Regul. & ex Bulla Pij IV. incipiente*, In Principis, 24. *Februarij anno* 1565. *qua reuocantur priuilegia Regularium, quoad contenta in decretis Concilij Tridentini, ita Genuenſis in praxi Archiepiſcop. Neapolit. cap.* 59. *n.* 9. &c. idem docet Barboſa *in collect. ad d. cap. fin. Tridentini n.* 5. quibus iunge dicenda *infra* cum Ciarlino, *cap.* 30. *n.* 25. *in quæſtione* 22. à nobis agitanda.

Cui conſonat Gratianus *in deciſ. Rotæ Prouinciæ Marchiæ deciſ.* 232. *num.* 15. *in fine*, vbi ita ait, *Cum enim Concilium non det modum compellendi, remittitur eius arbitrio; Maxime cum Concilium Tridentinum cap. finali ſeſſ.* 25. *de Regularibus mandet obſeruari omnia decreta, concernentia dictos Regulares, non obſtantibus eorum priuilegiis, Conſtitutionibus, Conſuetudinibus, præſcriptionibus, & regulis, etiam iuratis; deputãdo Epiſcopos exequutores in omnibus prædictis caſibus*, &c.

Quibus omnibus iũctis deducitur,quod cum in Tridentino reſeruetur Epiſcopis approbatio Concionatorum, cum illa vniuerſalitate dictionis, *Nullus*, & Regulares in propriis Eccleſiis prætendentes licere prædicare ſine Epiſcopi approbatione,fortaſſe illud ex priuilegio habere poſſent, cum de iure communi non ſit permiſſum; fatendum eſt,reuocata cenſeri talia priuilegia ab eodem Tridentino, in dicto cap. finali *ſeſſ.* 25. *de Regul.* vt patet ex verbis expreſſis; ac per conſequens dicendum, non eſſe permiſſum,ſed in omnem euentum approbationem requiri, vel ſaltem in propriis Eccleſiis, vt non contradicant Epiſcopi.

Nec obſtant,quæ pro contraria ſenten- 61
tia adduximus *ſupra num.* 48. nam vt pro-

bauimus, *num.* 53. *&* 54. non debet limitari illud Breue conceſſum Epiſcopo Gienen. pro ipſius Ciuitate, & diœceſi tantum, & eſto, quod vellemus illud limitare, (quod dici non debet ex proxime adductis,) adeſt præterea prædicta Gregorij XV. Conſtitutio, de qua *ſupra num.* 20. quæ quidem cum ſit Vniuerſalis, & omnes comprehendat, ab omnibus obſeruari debet, vnde quamuis admittamus, quod argumentum dicit, videlicet, legem non obligare niſi his, ad quos dirigitur, at cum Gregorius ad omnes ſuam dirigat diſpoſitionem, omnibus obligare fatendum eſt, etiam ſecluſa declaratione, & Breui obtento ab Epiſcopo Gienen.

62 Nec contra dictam reſponſionem opponi poteſt, prædictum Breue Gregorij non eſſe in vſu, ſaltem in Hiſpania, tum quia ſemper pro vſu, & obſeruantia præſumendum eſt, quando lex, ſeu ſtatutum in ſe habent motiuum rationabile (provt in præſenti) & præterea, vt dici poſſet non eſſe vſu, neceſſario probandi ſunt in ſpecie actus contrarij exequuti, vt probatur ex dictis *ſupra num.* 32. & cum pluribus tradit Gutierrez *canonic. cap.* 8. *num.* 3. *&* 4. ibi. *Et tunc dicitur legem non eſſe receptam, quando Principe ſciente per aliquot actus contrarios excluditur*, &c. & *num.* 4. concludit. *At in propoſito, non conſtat, quod recepta non fuerit: Quinimo contrarium præſumendum eſt, cum ſit lex iuxta, & pro maiori parte recepta*, &c. Ergo cum in noſtro caſu nõ conſtet de actibus contrariis (exequutis, admiſſam eſſe dicendum videtur, præcipue ſtantibus tot declarationibus Sacræ Congregationis ſuperius adductis, totque Doctoribus, limitantibus, quod ante dictam Conſtitutionem Gregorij apud omnes erat commune, inducitur exinde probatio vſus.

63 Eodem prorſus modo reſponderi poteſt ad ſecundum argumentum de quo *ſupra num.* 49. nam quamuis admittamus, quod illa facultas conceſſa Epiſcopo Gienen. ſolum poſſet cõſiderari, quoad ipſum tantum, tanquam ſolum in Breui nominatum, (quod dici non debet ex ſupra allegatis) verum quidquid ſit, cum noſtra ſententia non fundetur ſolum in illo Breui, ſed in prædicto Breui Gregorij, & diſpoſitione Tridentini, comprehendentibus omnes Regulares, & Concedentibus eandem facultatem omnibus Epiſcopis, vt in pluribus declarationibus Sacræ Congregationis patet, potuit accidere, vt ad abundantiorem cautelam, & vt firmius roboraretur, Eminent. Card. & Epiſcopus Gienen. vellet ſpecialius obtinere, & declarari idem, quod iam cautum, & generaliter ſtatutum reperiebatur Gregoriana Conſtitutione; nec otioſum iudicandum, cum propter controuerſias in ſua diœceſi per Regulares motas, vellet ſopire, & ora claudere; clauumque firmiſſimum trudere, ne in poſterum daretur locus ambigendi, & exinde ceſſant rationes pro ſecundo argumento conſideratæ.

64 Minus vrget tertium, de quo *ſupra n.* 50. quia vt probauimus *ſupra n.* 53. *&* 54. & ſequen. quando Iurisdictio competit Epiſcopo non iure ſpeciali ei attributo, ſed iure generali omnibus Epiſcopis, tanquam annexo dignitati Epiſcopali, tunc quamuis dicatur, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, vtitur iuriſdictione Ordinaria, vt cum Cenedo, Moneta, & aliis diximus *ſupra numero* 55. *&* 56. Sed in Tridẽtino, & in Conſtitutione Gregorij perpetuo datur illa facultas dignitati Epiſcopali, vt ex contextura conſtat, ergo abſolute non poterunt in tali diſpoſitione conſiderari Epiſcopi delegati, ſed Ordinarij, ex quo ceſſat tertium Argumentum. Ad quartum reſpondetur ex his quæ diximus pro reſponſione ad primum & ſecundum, cum per decretum Tridentini, & Conſtitutionem Gregorij reſtrictiones obiectæ, & oppoſitæ contra Breue Epiſcopi Gienen. nihil operari poſſint.

65 Quæ omnia roborantur, & confirmantur, nam ſunt de mente Sacræ Congregationis, & Sanctiſſimi D.N. Innocentij X. vt patet ex prædicto Breui, in initio huius ſecundæ partis, relato ad decimum dubium per hæc verba. Reſpondit: Eiſdem Regularibus, qui Confeſſiones perſonarum ſecularium audiunt, ſine approbatione Epiſcopi loci, vel prædicant in Eccleſiis ſui Ordinis, non petita illius benedictione, & in aliis Eccleſiis, abſque ſua licentia, vel in Eccleſiis etiam ſui Ordinis; ipſo contradicente, poſſe Epiſcopum in vim conſtitutionis Gregorij XV. quæ incipit. *Inſcrutabili Dei Prouidentia*, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatum, adminiſtrationis Sacramenti pœnitentiæ, ac munus prædicationis interdicere, eoſq; iuris remediis coërcere, & punire, &c. Quod idem etiam fuit declaratum ad quartum dubium, propoſitum pro PP. Societatis Ieſu, & Epiſcopo Angelopolitano, vt patet ex prædicto Breui in initio relato, & dicemus late *infra quæſt.* 12.

66 Ex quibus declarationibus, & decretis colligitur vrgentiſſimum fundamentum, maximeque ex eis roborantur reſponſiones,

nes,



nes, à nobis nuper traditæ, *num.* 61. & ſequen enimvero cum prædictum Breue Innocentij ſit obtentum ad inſtantiam Epiſcopi Angelopolitani, declarat Pontifex, poſſe in vim Conſtitutionis Gregorij procedere, & interdicere prædicationem Regularibus, etiam in propriis Eccleſiis prædicantibus, ſi Epiſcopus contradicat, ergo ex eo erit, quia prædicta Bulla Gregorij tanquam lex vniuerſalis comprehendit omnes, ergo quamuis Breue conceſſum Epiſcopo Gienen. ſolum cum eo loquatur, etiam ipſo ſecluſo, ex Conſtitutione Gregorij idem ſtatutum reperitur pro omnibus diœceſibus, ſicut fuit declaratum, in dicta Angelopolitana, & non datur maior ratio, cur Epiſcopus Angelopolitanus poſſet illud efficere virtute prædictæ Conſtitutionis Gregorianæ, quam cæteri Epiſcopi, ex regula ſuperius tradita *num.* 51. *& ſequen.* quod vbi eadem eſt ratio, eadem etiam debet procedere iuris diſpoſitio.

Tandem pro coronide aduerto, Doctiſſimum P. Dianam *tom.* 3. *reſol. moral. reſol.* 58. *in fine*, cum Suarez *de relig. tom.* 4. *lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 9. conſulere, in praxi non expedire, Concionatorem Regularem prædicare, etiam in ſuis propriis Eccleſiis contradicente Epiſcopo, cum ex tali prædicatione, potius ſcandalum, & detrimentum, quã fructus, experiatur, licet ipſe Diana ibidem reſoluat, ſpeculatiue id non poſſe Epiſcopos prohibere, quod profecto ſtantibus prædictis declarationibus, & Breui SS.D.N. Innocentij X. verbis expreſſis declarante, in vim dictæ Bullæ Gregorij XV. non licere Regularibus prædicare, etiam in propriis Eccleſiis contradicente Epiſcopo, præter ea quæ huc vſque retulimus; hodie nec ſpeculatiue defendi poſſe prædictam ſententiam dicendum videtur, & noſtram in praxi à Regularibus ſeruandam fore, ſine hæſitatione cenſeo, ſaluo in omnibus meliori iudicio, meum enim premunt rationes, & argumenta *ſupra* relata, & ea quæ *inferius quæſt. ſequente* referemus & *quæſt.* 22.

---

## QVÆSTIO XI.

An ſi conſtet Epiſcopo, Regulares non obtinuiſſe licentiam, & approbationem ad audiendas confeſſiones ſecularium, & concionandum, poſſit ipſe præcipere, vt donec licentiam intra præſcriptum tempus exhibeant, à tali miniſterio ſe abſtineant. Et an requirendus ſit per Epiſcopum pro his exhibendis Prouincialis, in aliena diœceſi, vel longiſſime exiſtens, vel ipſi Regulares Confeſſarij, vel eorum Superiores eiuſdem diœceſis, in qua prædicta exercent.

### SVMMARIVM.

*Epiſcopi habent fundatam intentionem de iure quoad exercitium ſuæ ordinariæ Iuriſdictionis in Regulares, ſecluſis priuilegiis exemptiuis. n.* 1.

*Exemptio præſupponit ſubiectionem. ibid.*

*Regulares non poſſunt audire Secularium confeſſiones, aut verbum Dei prædicare non petita benedictione, obtentaque licentia Epiſcopi, vbi talia miniſteria exercere intendunt. n.* 2.

*Epiſcopi poſſunt præcipere Regularibus, vt donec licentias audiendi confeſsiones, & prædicandi verbum Dei intra præſcriptum tempus exhibeant, ſe à talibus miniſteriis abſtineant. num.* 3. *&* 5. *cum ſequentibus.*

*Vrbanus VIII. reuocauit omnia priuilegia, quibuſuis conceſſa, etiam per modum communicationis, audiendi confeſsiones, & prædicandi verbum Dei, ſine examine, & approbatione Ordinariorum. numero* 4.

*Epiſcopus habet fundatam intentionem de iure reuocandi licentias, audiendi confeſſiones, & prædicandi verbum Dei. numero* 4.

*Epiſcopus iubens, vt intra præſcriptum tempus omnes exhibeant licentias audiendi Confeſsiones, & prædicandi verbum Dei, non ex eo videtur illas reuocare. n.* 5.

*Viſitatores Epiſcoporum iubent in actu Viſitationis, vt omnes exhibeant titulos Ordinum, vt exinde conſtet, legitime miniſtrare. n.* 5.

*Epiſcopi tenentur viſitare ſuas diœceſes, vt iubeant quidquid ad morum correctionem, & augmentum cultus diuini indicent neceſſarium. n.* 6.

Finis

*Finis Epiſcopalis adminiſtrationis eſt, Populos commiſſos doctrina, & exemplo ad Deum dirigere.n.6.*

*Epiſcopi poſſunt viſitare Eccleſias Regularium, non verò perſonas Regulares, niſi in aliquibus caſibus.n.7.*

*Sanguis Ouium, Epiſcopis commiſſarum, ab eorum manibus requirendus eſt.ibid.*

*Approbatio Confeſſariorum, & ad curam ſpectat ad Epiſcopum, donec per prætendentem contrarium probetur immemorabilis, vel quod ſit nullius.n.8.*

*Confeſſarij, licet ſint exempti ex aliquo priuilegio, non ex eo ſunt exemptæ oues Epiſcopi, vt cum illis confiteri poſsint, & ideo tenentur petere approbationem.n.9. & 10.*

*Epiſcopus ſi iubeat, vt Regulares exhibeant ſuas licentias audiendi Confeſsiones, & prædicandi verbum Dei, non eſt opus requirere ad illud, Prouincialem, ſed ſufficere ipſos Regulares, vel ſuperiorem immediatum Monaſterij.n.11.& 17.*

*Epiſcopus poteſt punire Regulares, ſi delinquant in audiendo Confeſsiones, vel prædicando verbum Dei, ſine illius licentia, & approbatione, etiam cenſuris Eccleſiaſticis.n.12.& 13.*

*Opinio aſſerens, Regulares audientes ſecularium Confeſsiones, vel concionantes ſine licentia, & approbatione Epiſcopi puniendos eſſe à ſuis Superioribus Regularibus, hodie in praxi admitti non debet. n.14.*

*Superiores locales Monaſterij habent æqualem Iuriſdictionem Monachorum ibidem degentium, in his ſcilicet, quæ ipſis pertinent, tanquam ſuperioribus.n.15.*

*Monachi ſunt ſub poteſtate Abbatis, in his quæ concernunt ſuam profeſsionem, & regulæ obſeruantiam, non vero quoad legem diœceſanam.n.16.*

*Regulares tenentur exhibere ſuas licentias audiendi confeſsiones, & prædicandi verbum Dei, quoties Epiſcopus præceperit, vt illas exhibeant intra præſcriptum tempus.n.17.*

1 HAnc quæſtionem in duas diuidam partes; in prima agemus de exhibitione, & in ſecunda quis pro ea ſit requirendus; & pro intellectu ſupponendum eſt, quod multoties repetitum reliquimus *ſupra q.1.n.13.& q.2.n.2.& 12.& q.3.n.1.* aliiſque pluribus in locis; ſcilicet Epiſcopos habere fundatam intentionem de iure quoad iuriſdictionem abſolute loquendo, reſpectu Regularium, in quacumque cauſa ciuili, vel criminali ſecluſis particularibus priuilegiis exemptiuis, vt cum Capella Tholoſana *deciſ.*308 Guidone Papæ *deciſ.*559. & Rota *diuerſ. deciſ.78.per totam*, Ioan. Andrea, & aliis tradit Gonzalez *ad regul.8.gloſ.23. & 24.* Campanil. *in diuerſ. iur.Canonici rubri.12.cap.*13 & communiter Doctores; exemptio enim ſupponit ſubiectionem, vt cum pluribus tradit Salgado *de retent.Bullar.p.2.c.25.n.37.*

2 Secundò ſupponendum eſt, non poſſe Regulares, aut alios exemptos, ſecularium Confeſſiones audire, aut verbum Dei prædicare, non petita benedictione, obtentaque licentia Epiſcopi, vbi talia miniſteria exercere intendunt, ex late deductis *ſupra q.9.& 10.per totas.*

3 Ex quibus optimo iure deducitur, poſſe Epiſcopos præcipere Regularibus, quod donec licentiam intra præſcriptum tempus exhibeant, à talibus miniſteriis ſe abſtineant; cum ſolum poſſint ſe tueri Regulares, & eximere ex aliquo priuilegio, derogante diſpoſitionem Tridentini *ſeſſ.23.cap.15. de reformat.* provt annotauimus *ſupra in d.q.9.n.2.& 23.*

4 Vnde cum Vrbanus VIII. per ſuam ſpecialem Conſtitutionem, reuocauerit omnia priuilegia, & Indulta, quibuſuis conceſſa, etiam per modum communicationis, audiendi Secularium Confeſſiones, & prædicandi verbum Dei, abſque examine, & approbatione Ordinariorum, vt latè probauimus *ſupra q.9.n.25 & 26. & q.10. n.31. & 34.cum ſequen.* Exinde cum Epiſcopus habeat fundatam intentionem de iure, & poſſit reuocare licentias, vt tradit Ioan. Sanchez *in ſelect. moral.q.48.n.23.* de quo late dicemus *infra q.20.* à fortiori affirmandum eſt, poſſe Ordinarium compellere Regulares ad prædictam exhibitionem, quod in praxi tutius eſſe conſuluit Diana *tom.3 reſol.moral.tract.2.reſol.22.in fine*, vbi poſtquam in initio neruoſe defendit, non poſſe Epiſcopum ſine cauſa reuocare licentiam, ab ipſo datam, imo non obſtante reuocatione, ſi ſine cauſa fiat, poſſe Regularem Confeſſiones audire, ita concludit. Verum in facti contingentia conſulo Regularibus, vt ab excipiendis confeſſionibus ſe abſtineant, &c.

5 Præterquam quoad exhibitionem licentiarum caret difficultate, nam hoc de iure procedere ſatis probauimus *ſupra q.3.* vbi plura fundamenta adduximus, quæ conducunt ad hunc articulum, ibique videre poteris; Maxime quia præcipere Epiſcopum, licentias exhibere, non eſt reuocare, & quotidie in viſitationibus Ordinariorum, ante omnia iubent, vt ordinati exhibeant



exhibeant titulos Ordinum, quamuis ab ipſis Epiſcopis ſint Ordinati, vt exinde conſtet, illos legitime miniſtrare, eſſeque ordinatos, cum fere impoſſibile ſit, omnes natos eſſe.

7 Et ex eadem ratione dici poteſt, nullam iniuriam irrogari Regularibus ex eo, quod iubeant Epiſcopi licentias exhibere; nam cum teneantur ex diſpoſitione Tridentini *ſeſſ.24. cap.3. de reformat.* viſitare diœceſim, vt iubeant, & exequantur quidquid ad morum correctionem, augmentumque cultus diuini ſeruitiique Dei iudicauerint neceſſarium, cum Epiſcopalis adminiſtrationis finis ſit, populos commiſſos doctrina, & exemplo ad Deum dirigere, vt per Barb. *in paſtoral. p.1. tit.2. gloſ.3 num.17. & 18.* & ſimiliter, vt ſumant notitias omnium qualitatum, & rerum, quæ in diœceſi aguntur, pro vt aliàs dixit Rota in Vicen. Parochialis 20. *Februarij* 1617. coram Vbaldo, & habetur impreſſa in poſthumis Farinacij *tom.2 deciſ.395.* quod idem reperitur deciſum in meis recollectis Peñæ *tom.2.deciſ.960.n.7.deciſ.1054.n.2.* ſequitur, quod cum Epiſcopi in tali viſitatione ſolum poſſint viſitare Eccleſias Regularium, iuxta decretum Tridentini *ſeſſ.7. cap.8.* non vero omnes perſonas Regulares, niſi in aliquibus caſibus, veluti in concernentibus curam animarum, & in aliis pro vt ſæpe declarauit Sacra Congregatio, infertur, quod ad hoc vt notitiam habeant Medicorum ſpiritualium, quibus ipſi committunt ſalutem ſuarum ouium, quarum ſanguis de manibus Epiſcoporum eſt requirendus; rite & rectè dicendum eſt, ad eos pertinere, inquirere illorum qualitates, & ſcire per exhibitionem licentiarum, quibus ipſi Epiſcopi talem curam delegant.

8 Ex quo motiuo declarauit Sacra Congregatio Concilij; Confeſſariorum, & ad curam animarum approbationem, abſolute ad Epiſcopum ſpectare per hæc verba. *Approbatio Confeſſariorum, & ad curam animarum ſpectat ad Epiſcopum, donec per alium prætendentem, probetur immemorabilis, & quod ſit nullius Sacra Congreg. Concilij in nullius, ſeu Conuerſanen.26. Iunij & 20. Auguſti 1627. de qua Sellius in ſelectis Canonicis cap.13.n.1.* &c. quam declarationem refert Barboſa *Apoſt. deciſ. collect.38.n 5.*

Et quamuis exemptus, & Regularis vellet ſe tueri exemptione, locum habere non poteſt vt effugere poſſit exhibitionem licentiæ, ex his quæ diximus *ſupra in d. q.3.& q 9.& 10.*

9 Quibus addo ad noſtrum intentum; quod licet fateremur, Regularem eſſe exemptum; attamen, cum exercitium audiendi confeſſiones, & prædicandi verbum Dei verſetur, & tendat, ad illud exequendum in ſubditas oues Epiſcopi, quæ quidem non ſunt exemptæ, ſed ſub cura, & gubernatione ipſius Epiſcopi, cap. *per exemptionem 9. de priuilegiis in 6.* Cochier 10 *de iuriſdict.Ordinar.in exemptos tom.1.p.1. q.13. n.4.* Ergo iuſte poterit petere Epiſcopus, vt exhibeant Confeſſarij, & Concionatores quo titulo gregem ſuum pabulo ſpirituali nutrire volunt, vel mittere falcem in ſua meſſi; ex quo optime tradit Enriquez *lib.7. de Indulgentiis cap.24. §.4. lit.O*, & Flaminius Pariſius *de reſignationibus beneficiorum, lib.3.q.11.num.17.* & alij plures, eſſe iſtum vnum ex caſibus, in quibus Epiſcopus habet iuriſdictionem in exemptos, & videtur ita ſentire Miranda *in manual. Prælat. tom.1.q 42.artic.5. concluſ.5.* vbi diſputat, an Epiſcopi poſſint agere contra Religioſos, qui Sacramentum Euchariſtiæ, & alia contenta in Clementina Religioſi de priuil. ſine ipſius, vel Parochi licentia adminiſtrant, & concludit per hæc verba. *Vnde infertur, quod Epiſcopi prædicti poſſunt agere contra Religioſos prædicta ſacramenta adminiſtrantes, & aſſerentes, ſe ad id habere licentiam, ſiue priuilegium, & compellere eos, vt ipſum exhibeant, ac rationem facti reddant. Quod, & probatur, quia ſi id non poſſent, maxime ex eo eſſet, quia tenerentur eis credere, dicentibus, & aſſerentibus, ſe habere tale priuilegium, ſed non tenentur id facere, aut eis credere, niſi illud oſtendant, aliàs pateret via multis dolis, & fraudibus: ergo intentum*, &c.

11 Præterea quia confeſſarij, & concionatores Regulares ſunt delegati Epiſcoporum ad illa miniſteria exercenda, vt diximus *ſupra q.9. n. 8. & 9. cum ſequent. & q.10.n.12.& 13.* & certum eſt, delegatum non poſſe procedere ſine exhibitione delegationis, vt cum Cephalo, Maſcardo, Barboſa, Fragoſo, & aliis diximus *ſupra q.1. num.13.& ſequen.* ſequitur, neceſſario, poſſe compelli ad exhibitionem, & quia plura conducentia circa hunc articulum dixi *ſupra in d. q.3.* ad illam remitto lectorem, ne hic repetamus, quæ ibi ſcripſimus, & aliqua etiam adducemus *infra q.13.*

12 Quibus ſic conſtitutis, deueniamus iam ad ſecundam partem quæſtionis, & videamus, quis ſit requirendus pro tali exhibitione, in qua difficultate exiſtimo, non eſſe neceſſarium requirere Prouincialem in aliena

aliena diœceſi,vel longiſſimè commorantem,pro exhibitione approbationum, ſed ſufficere,ipſos Regulares, vel Superiorem immediatum Monaſterij, ſeu Conuentus, quod ex eo ſuadetur: nam,vt diximus *ſupra in prædictis q.9.& 10.*quoad hoc Regulares, & alij exempti ſubiecti ſunt Epiſcopo,qui poterit illos punire, ſi in tali miniſterio delinquant, vt expreſsè declarauit Gregorius XV.in ſua Conſtitutione, quæ incipit, *Inſcrutabili Dei prouidentia*, de qua *ſupra q.9.num.30.*ibi: *Ac demum habeat Epiſcopus,tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, auctoritatem coërcendi, ac puniendi quoſcumque exemptos,tam ſæculares, quàm Regulares, qui in alienis Eccleſiis, aut quæ ſuorum Ordinum non ſunt,abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione,aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint*, &c. Quod idem decreuit etiam Vrbanus VIII. ad inſtantiam Eminentiſſimi D.ac ſemper Domini mei Cardinalis Sandoual tunc Epiſcopi Gienen; nunc autem meritiſſimi Archiepiſcopi Toletan. primatis Hiſpaniarum, de quo *ſupra q.9.n.30.* & eam conſtitutionem, refert Barboſa *in paſtorali poſt tractatum conſtitut.67. pag.* 118. *in impreſſis Lugduni de anno* 1649. & eam repetit, *in tract. de vniuerſo iure Eccleſiaſtico cap.43.n.*210. vbi *num.* 212.& 213. ſtatuitur, *quod ſi Regulares deliquerint,ſiue in confeſſionibus audiendis, ſiue in prædicando ob non petitam ab Epiſcopo licentiam, & approbationem, ab eodem puniendos, & coërcendos eſſe, etiam cenſuris Eccleſiaſticis*,&c.

13 Ex quibus non ſunt audiendi Quaranta, verbo Priuilegia Regularium, quem refert & ſequitur Piaſecus *in praxi Epiſcoporum p.2.cap.3.n.41.verſ. prædicans tamen*, Campanilis *in diuerſ. Iuris Canonici rubrica 12.cap.13.n.10.* Et alij tenentes, Regulares prædicantes abſque Epiſcopi licentia, non ab eo, ſed à ſuis Superioribus puniendos eſſe, ex quadam declaratione Sacræ Congregationis,cum hodie hæc opinio admitti non poſſit, vt aduertunt Tamburinus *de iure Abbatum tom.2. diſp.11. q.2.n.3. in fine, & q.4.n.3.in fine*, vbi poſtquam allegauit vtrobique Doctores, tenentes dictam opinionem, fundatam in prædicta declaratione Sacræ Congregationis, relata à Quaranta,Piaſeco, & Campanilis, & aliis ita concludit.

14 *Hodie tamen, relicta communi ſententia, contrarium omnino fatendum eſt, vt ſtatuit Gregorius XV. in ſua Conſtitutione ſuperius citata, quod idem ſequuntur plures relati ſupra q.10.n.23. & 24.& præcipue 44. cum ſeq.*&c.

Exinde cordate aduertit Diana *tom.3.* 15
*reſol. moral. tract.2. reſol.* 111. poſtquam in principio allegauit Doctores, aſſerentes, tales Concionatores à ſuis Superioribus Regularibus puniendos eſſe, ita concludit; *At his non obſtantibus, Laurentius de Peirinis in priuil. Minim. tom.1.conſtit.2.Sixti IV. §.11.n.12. & Barboſ. de poteſtat. Epiſcopi p.3. allegat.76. n.24.contrarium docent, ex Bulla Gregorij XV. quæ incipit.* Inſcrutabili, *Dat. Nonis Februari 1622. Vnde aduertant Regulares,quid faciunt*, &c.quod idem nouiſſime ſequitur Carolus Antonellus *de regim.Eccleſiæ Epiſcopalis lib.7.cap.13.num.5.* cuius verba retulimus *ſupra q. 10. num.21. in fine*, & pro Confeſſariis idem reſoluit ipſemet Antonellus, *in d.lib.7.cap.22.n.10. & ſequent.*

Præterea probatur ex Canone *nullam* 16
18.*q.2.* ibi. *Nullam poteſtatem de cætero, nullam licentiam Monachis relinquimus pro arbitrio ſuo, aut Abbates expellere,aut ſibimet alios Ordinare: Quia nulla auctoritas remanebit Abbati,ſi Monachorum poteſtati ceperit ſubiacere,vt de cætero fideliter, & ſtudioſe vniuerſa, quæ vel ad diuini cultus reuerentiam, vel ad vtilitatem eiuſdem Monaſterij pertinent, Abbatis ſolicitudo, ad quem poteſtas tota pertinere conuenit, debeat adimplere*, &c. Ex quo textu colligitur, Superiores locales Monaſterij habere omnimodam Iuriſdictionem, quo ad Regulares, degentes in ſuis Monaſteriis, illamque eſſe æqualem ad Prouincialem, in his quæ ipſis pertinent, tamquam Superioribus,vt tradunt Hieronymus Rodericus *in compendio reſol.69.n.4.* Barboſ. *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib.1. cap.45. num.44.*

Nec obſtant illa verba finalia textus ibi. *Ad quem poteſtas tota pertinere conuenit*, &c. ex quibus colligi poterat, Monachos in omnibus, & per omnia eſſe ſubiectos Abbati & exinde non poſſe Epiſcopum compellere ad talem exhibitionem, quia optime cum Nauarro; & Rodriguez reſpondet Barboſa *in collect. ad dict. canon. Nullam*, illa verba intelligenda fore, vt Monachi ſint in poteſtate Abbatis indiſtincte,& totaliter in his, quæ concernunt ſuam profeſſionem, & regulæ obſeruantiam, vt ſatis deducitur ex antecedentibus verbis ipſius textus ibi. *Ad diuini cultus reuerentiam, vel ad vtilitatem eiuſdem Monaſterij*, &c.

Vnde quoad legem diœceſanam, præ- 17
dicta verba finalia locum habere non poſſunt, vt late diximus *ſupra q.2. n.4. & 33. cum ſequentibus vſque in finem*, & exinde
dicen



dicendum eſt, in caſu præſentis quæſtionis teneri Regulares exhibere ſuas licentias, nec ad eum effectum requirendum fore Prouinciale, ſed ipſos tantum Religioſos, aut eorum Superiores, exiſtentes in Diœceſi Epiſcopi, prout declarauit Sacra Congregatio, decreuítque Sanctiſſ. D. N. Innocentius X. vt patet ex vndecima declaratione Breuis, ſuperius traditi *in initio huius ſecundæ partis*, per hæc verba: *Reſpondit poſſe Epiſcopum ſic præcipere, nec pro huiuſmodi licentiis requirendum eſſe Prouincialem, ſed ſatis eſſe, ipſos Religioſos inquirere, aut eorum Superiores, in Diœceſi Epiſcopi exiſtentes*,&c. Ex quibus ita concludendum eſt.

---

## QVÆSTIO XII.

### An ſi contingat, vt aliquis Regularis inſurgat contra Epiſcopum in propria Diœceſi maledictis cum ſcripto, vel dicto, populum ſcandalizando, poſſit ab Epiſcopo puniri, & qua animaduerſione; & quid ſi huiuſmodi delinquens tranſiuerit ad aliam Diœceſim, hoc caſu ſeruandum ſit, & qua pœna puniendus ſit Regularis, qui commorans in vna Diœceſi ſpargat famoſos libellos contra Ordinarium alterius Diœceſis.

SVMMARIVM.

*Dignitas Epiſcopalis, conſiderata in generali, vt ordinaria, & ex officio, inſtituta eſt à Chriſto Domino, licet ſecus ſit in particulari, num.1.*

*Ordo maior,vel æqualis, dignitate Epiſcopali reperiri non poteſt, n.2.*

*Romanus Pontifex multoties nominatur Epiſcopus vrbis Romanæ,vel Catholicæ Eccleſiæ, n.3.*

*Libellos,aut ſcripta,vel verba iniurioſa proferre eſt valde damnabile, ac reprehenſibile, punitioneque dignum, num.4.*

*Contumeliis ſi affici at Clericus Epiſcopum deponendus eſt,num.4.*

*Offenſio verbalis, vel cum ſcripto, ſi contra Epiſcopum fiat, contra Deum factam eſſe dicitur, n.5.*

*Epiſcopi non ſunt leuiter accuſandi, vel detrahendi,quia eorum iniuria ad Chriſtum pertinet,n.6.7.*

*Epiſcopi vice,& legatione Chriſti funguntur in Eccleſia,n.6.& 7.*

*Epiſcopi ſi habent aliquid reprehenſione dignum, non ex eo debent ſubditi illos condemnare,vel iniuriare verbis, aut ſcriptis, num.8.*

*Sacerdotes non poſſunt iudicari per alienos Iudices ſui Ordinis,num.9.*

*Diſcipulus non eſt ſupra Magiſtrum, neque ſeruus ſupra Dominum, n.10.*

*Epiſcopi à Deo ſunt iudicandi,non à ſubditis, n.10.& 11.*

*Oues non debent reprehendere ſuum Paſtorem, n.11.*

*Siniſtrum aliquid de Epiſcopis arbitrare non eſt permiſſum, n.12.*

*Regulares,& omnes exempti maximam venerationem, & reuerentiam tenentur præſtare Epiſcopis,n.13.& 19.*

*Exempti non tenentur ad obſequium reuerentiale, debitum Epiſcopis ex vi ſubiectionis;bene tamen illud,quod debetur ratione dignitatis, quod non tollitur per quācumque exemptionē,n.14.& 16.& 17*

*Exemptio conceſſa ab Epiſcopo, an liberet ab obſequio reuerentiali,ei debito,& an àpari procedat,ſi ſit à Papa,n.14.& 15.*

*Epiſcopus non poteſt eximere Regulares, & alias perſonas ab obſequio, debito Epiſcopis,ratione dignitatis,n.16.& 17.*

*Epiſcopi tanquam ſucceſſores Apoſtolorum,& in eorum locum ſubrogati,venerandi ſunt, num.18.*

*Verbum,*Moneo, *ex ſui natura inducit admonitionem, ſed ex adiunctis aliquando inducere poteſt præceptum, n.19.*

*Verba deſeruire debent intentioni,non autem intentio verbis,n.20.*

*Verba,*In virtute Sanctæ obedientiæ, *inducunt peccatum mortale ex ſubiecta materia,ſi contraueniatur præcepto,n.20.*

*Regularis ſi contra Epiſcopum inſurgat maledictis verbo,vel ſcripto, puniendus eſt, pœnis à iure ſtatutis, n.21.*

*Iniuria infertur tribus modis,ſcilicet re, verbo vel ſcriptis, & dicitur atrox delictum ex ſubiecta materia,n.22.23.& 26.*

*Libellos famoſos contra perſonas Illuſtres, qui componit, & ſcribit, legit, ſecumque*
*retinet*

*retinet, plectendus eſt de iure ciuili pœna capitali, de iure vero Canonico flagellis afficiendus eſt, n.24.*

*Epiſcopus pro offenſa ſibi illata poteſt punire malefactores etiam exemptos, numero 25.*

*Regularis, vel alius exemptus iniurians Epiſcopum verbo, vel ſcriptis, qua pœna puniendus ſit, n.26.*

*Clauſula*, Seuere puniatur Reus, *appoſita in lege, inducit acritatem, & ſeueritatem pœnæ, n.27.*

*Verbum*, Seuere, *idem importat, quod crudeliter, n.27.*

*Pœna extrinſeca ſecundum qualitatem delicti venit, appellatione verbi*, Seuere, *in lege pœnali poſiti, n.28.*

*Praxis puniendi Regulares, vel alios exemptos quoties delinquunt publicè extra clauſtra, n.29.*

*Regularis, & quilibet exemptus, ſi delinquant publice extra clauſtra, & cum ſcandalo, quid efficere debeat Ordinarius, vt puniantur, n.29.*

*Prælatus Regularis ſi requiſitus ab Epiſcopo, non punierit ſuum ſubditum, delinquentem publicè, & cum ſcandalo, deuoluitur cognitio ad Epiſcopum, qui poteſt illud punire, n.30.*

*Regularis delinquens extra clauſtra publicè, & cum ſcandalo reduci poteſt ad carcerem Epiſcopalem, & ſumpta informatione ſummaria remitti ad ſuum Superiorem puniendus intra certum tempus, cum copia proceſſus, cum hoc tamen, quod detentio in carceribus, & informatio fiant breui tempore, & ſine mora, num.31. & 32. & 37. quod intellige vt n.41. & 45.*

*Correctio, & punitio delinquentium non modicum reformationis, & honoris, vindictæ publicæ tribuit augmentum, etiam in Regularibus, n.32.*

*Regularis ſi in vna diæceſi delinquat extra clauſtra publicè, & cum ſcandalo, & ad aliam ſe transferat, reduci debet ad locum, vbi deliquit, vt ibi puniatur, & ſi ita non fiat, tunc Ordinarius loci, ad quem ſe tranſmiſit, ſi fuerit requiſitus, poterit illum punire, numero 34. & 35.*

*Epiſcopus poteſt obligare Prælatum Regularem, vt puniat Religioſum delinquentem extra clauſtrum, & ſi doloſe eum mutet ad alium Conuentum, reduci debet ad primum, & ſi non fiat, puniendus eſt ab eo Epiſcopo, vbi commoratur, n.35. & 36.*

*Epiſcopus monere debet Prælatum Regularem, vt puniat ſubditum delinquentem extra clauſtra publicè, & cum ſcandalo. num. 38. & 42. & 46.*

*Superior Regularis tenetur mittere ad Epiſcopum acta, & ſententiam, eiuſque exequutionem, contra Regularem delinquentem extra clauſtra publice, & cum ſcandalo, remiſſum illi, ab Epiſcopo ad eum effectum, n.39. & 43. & 47.*

*Regularis delinquens notoriè, & cum ſcandalo intra Eccleſiam Monaſterij puniri debet, ad præſcriptum Tridentini ſeſſ.25. cap. 14. de Regul. n.40. & 41. quod intellige vt num.48.*

*Scriptura integra exhibenda eſt, vt fidem faciat; nam in initio, vel fine corrigi, vel emendari, aut moderari poteſt, numero 47.*

CElebris eſt hæc quæſtio. & valde 1
conducens ad ſplendorem, reuerentiam, auctoritatémque Epiſcoporum, quorum dignitas, & iuriſdictio, vt ordinaria, & ex officio, inſtituta eſt à Chriſto Domino, ſaltem in generali, licèt non ita ſit in particulari, vt cum pluribus tradit Barboſa *in Paſtorali part. 1. titul. 1. cap. 1. num. 24. & allegat. 1. numero 23.*

Nulluſque ordo maior, vel æqualis 2
reperiri poteſt gloſſ. *in cap. in nouo, verbo Part, 21. diſtinct.* & cum Soto & Enriquez tradit Barboſa vbi proxime *in dict.*
*tit. 1. cap. 6. num.4.* Et ſimiliter dicitur 3
Epiſcopalis dignitas maior Eccleſiæ Dei, qua vtitur Summus Pontifex, cum multoties glorietur eo titulo, & nominetur vrbis Romæ, vel Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, Cap. *Epiſcopus 2. q. 9.* Cap. *Tranſmarinus*, Cap. *Aphoſ.* 98. *diſtinct.* Gloſſ. *in cap. periculoſum, verbo, de Epiſcopis, de ſententia excommunicationis, lib. 6.* Caſſaneus *in Catalogo Gloriæ mundi, part. 4. conſid. 25. verſ. & licet ſint multi,* Barboſa *vbi ſuprà in dict. tit. 1. cap. 2. num. 3. & 11.* & ibi videre poteris plura conducentia ad intentum, ne longius in hoc protrahamur, cum principaliter non ſit noſtri inſtituti.

Et breuiter prædicta annotauimus, 4
vt exinde colligi poſſit, quàm ſit damnabile, reprehenſionéque dignum, non ſolum libellos, verùm nec alia ſcripta contra Epiſcopos proferre, & exinde ſtatuerunt Apoſtoli *in canone 54.* per hæc verba: *Si quis Clericus Epiſcopum contumelia affecerit, deponatur. Principi enim*



*enim Populi tui non maledices*, &c.

5 Enimverò offenſio quæ in hoc, contra Epiſcopos exequatur, contra Deum factam dicitur, vt tradit Sanctus Clemens *lib. 2. Conſtitut. Apoſtolic. cap. 35.* ibi: *Qui Epiſcopo ſermone, vel factis detrahit, Deum offendit, non audiens eum, qui dixit, Diis non maledices*, &c.

6 Ad idem Lucius Papa Primus ad Galliæ, & Hiſpaniæ Epiſcopos: *Epiſcopi non ſunt leuiter accuſandi, vel detrahendi quia iniuria eorum ad Chriſtum pertinet, cuius vice, & legatione funguntur in Eccleſia*, &c.

7 Conſonat Sanctus Ignatius *in Epiſtola ad Italianos poſt principium*, vbi in hæc prorumpit: *Itaque reprehenſiones eorum, ſicut ignis vrens cauendæ ſunt, ac ſi ipſi quidem tales ſint; vos vero reuereamini eos, tanquam Chriſtum* IESVM, *cuius loci cuſtodes ſunt, vt Epiſcopus patris vniuerſorum typus, & forma eſt*, &c.

8 Verùm enimverò, licet tanquam lutea vaſa portantes, ſi aliquando acciderit, Epiſcopos habere aliquid reprehenſione dignum, introduxerunt patres primitiui, vt ſubditi illos non condemnarent, vel iniuriarent verbis, aut ſcriptis, vt conſulit Sanctus Gregorius Primus *lib. 12. Epiſt. 37. ad Fœlicem, Siciliæ Epiſcopum, cap. 2. Admonendi ſunt etiam iidem, ne cum culpas Præpoſitorum ſuorum conſiderant, contra eos audaciores fiant, ſed ſic eorum praua apud ſemetipſos conſiderent, vt diuino timore conſcripti, ferre ſub eis iugum reuerentiæ non recuſent. Quoniam facta ſuorum Epiſcoporum, vel Præpoſitorum oris gladio non ſunt ferienda, etiam cum rectè reprehendenda videantur*, &c.

9 Sanctus Dionyſius Areopag. *in Epiſtola ad Demophilum Monachum*, ita ſcribit: *Nunc ergo, quid ipſi ſentiamus attende. Nefas eſt Sacerdotem à Miniſtris, atque à tui Ordinis viris iudicari, etiamſi impius in diuina eſſe videatur, etiamſi quid aliud ex his, quæ interdicta ſunt, egiſſe deprehenditur*, &c.

10 Conſonat Euſebius Papa Primus *Epiſtola 2. ad Epiſcopos Alexandriæ in Canone Oues 2. quæſt.7.* ibi: *Oues quæ Paſtori ſuo commiſſæ ſunt, eum non reprehendere (niſi à recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenus accuſare poſſunt, quia facta Paſtoris, oris gladio ferienda non ſunt, quamquam rectè reprehendenda videantur*, &c.



Et Pius Papa Primus idem approbat 11
*in Canone Oues 6. quæſt. 1.* ibi: *Oues Paſtorem ſuum non reprehendant; Plebs Epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum arguat, quoniam non eſt Diſcipulus ſupra Magiſtrum, neque ſeruus ſupra Dominum, Epiſcopi autem à Deo ſunt iudicandi, qui eos ſibi oculos elegit, nam à ſubditis, aut prauæ vitæ hominibus non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi*, &c. Plura alia ad intentum congerit Pater Franciſcus Turrianus *lib. 3. pro Epiſtol. Pontificum, capite 12. fol.* 305. vbi videre poteris.

Quæ quidem adeò vera ſunt, vt An- 12
tenus Papa *in Epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ*, & refertur *in Canone abſit 11. quæſt. 3.* non fuit auſus, ſuam cenſuram interponere quoad Epiſcopos per hæc verba: *Abſit, vt quidquam ſiniſtrum de his arbitremur, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos etiam Chriſtiani ſumus: Qui claues Regni cœlorum habentes, ante Iudicij diem iudicant*, &c. Idémque ex Diuo Hieronymo in Epiſtola ad Heliodorum, decreuit Concilium Aquiſgranenſe, ſub Stephano Papa Quinto, dicto Quarto, & Ludouico Primo Imperatore *anno Domini* 816. *cap.97.* incipiente, *Monachum autem*, & habetur *tom. 3. Concil. pagin. 742. in impreſſ. Venetiis, de anno* 1585. Et ad intentum eſt elegans deciſio *text. in cap. Quia Pontificali, de offic. & poteſt. Iudic. delegat. in 6.* cuius verba per ſe ſola non indigent ponderatione, & talia ſunt: *Quia Pontificali dignitate præditis ob reuerentiam Sacri Officij, quod exercent plurimum deferri conuenit; & eos plus aliis honorari decet*, &c. Ex quibus verbis clarè patet quanta reuerentia exhibenda eſt non ſolum Epiſcopis conſecratis; verum & etiam electis, & confirmatis, nondum tamen conſecratis, prout cordate aduertit Barboſa *in collect. ad dict. cap. Quia Pontificali, num.6.*

Vnde infertur, Omnes Regulares, 13
& exemptos teneri maximam reuerentiam exhibere, licèt enim exempti non teneantur ad obſequium reuerentiale, debitum Epiſcopis ex vi ſubiectionis, propter iuriſdictionem; at verò tenentur illud præſtare, quod debetur Epiſcopis ratione dignitatis; iſtud enim nunquam tollitur per quamcumque exemptionem, vt declarauit Rota in Cæſarauguſtana Præeminẽtiarum 29. Nou. 1627.

coram Coccino, quam ad propoſitum allegat, eam ſequendo Tamburin. *de iure Abbatum, to 1. diſp. 15. quæſt. 7. num. 45.* quam ſententiam ſequuntur Caſſaneus *in Cathal. gloriæ mundi, 4. part. conſid. 27.* vbi allegat Baldum, & Felinũ, idémque probat Carolus de Tapia *in l. finali, ff. de conſtitut. Principum, part. 1. cap. 5. num. 20.* Camill. Borrell. *in additionibus ad Bellugam in ſpiculo Principum Rubric. 11. §. videndum in litt. F. verſic. & tales exempti*, & alij penes Barboſ. *in Paſtorali allegat. 105. num. 75.* & penes Tamburin. *vbi ſuprà.* quibus iunge Campanilem *diuerſ. iur. Canon. Rubric. 12. cap. 13. numer 161.* vbi ita ait: *Tandem Epiſcopos venerari, eiſque omnem exhibere debere reuerentiam cunctos Religioſos, eoſque præterea oportere nonnulla agere in ſignum eiuſmodi reuerentiæ edocent ſacri Canones*, &c.

14 Et quamuis Puteus *deciſ. 115. part. 3.* quem refert, & ſequitur Flaminius Pariſius *de reſignat. benefic. lib. 3. quæſt. 11. numero* 4. ambo dixerint, non teneri exemptos ad ius reuerentiale præſtandum Epiſcopis; Illorum tamen doctrinam volunt aliqui intelligere diſtinguendo, an exemptio ſit conceſſa ab Epiſcopo, & tunc tenebuntur; at verò ſi à Pontifice, nullo modo, & in hunc ſenſum volunt conciliare prædictas opiniones, vt tradit Cochier *de iuriſdict. Ordinar. in exemptos, tom. 1. part. 4. quæſt. 34. numer. 3. in fine*, & ex Boërio *deciſ. 133. numero* 8. Fuſco *de viſitatione lib. 2. cap.* 20. refert Barboſ *vbi proximè, in fine.*

15 Et ad intentum adduco Baldi doctrinam *in l. ſi quis Patronorum. C. de bonis libertorum, & iure Patronatus*, vbi poſtquam in initio reſoluit, libertum conſequi omnem libertatem per remiſſionem iuriſpatronatus, à Domino factam, præter reuerentiam, & ius reuocandi in ſeruitutem ob ingratitudinem concludit *numero* 4. in hæc verba: *Item per hunc textum in verbo, Reuerentia, dicit Oldrad. Quod Monaſterium exemptum per Epiſcopum à iuriſdictione Epiſcopali, non erit exemptum à iure reuerentiæ; & ideo ſi ex conſuetudine, Clerici tenebantur proceſſionaliter ire obuiam Epiſcopo, eodem modo tenebuntur illi de Monaſterio prædicto; & ita dicit Oldrad. ſuper hoc conſultus ab Epiſcopo de Rabena*, &c.

16 Sed profectò prædicta conciliatio difficultatem habet, nam Epiſcopus non poteſt illam exemptionem præſtare, quia hoc obſequium, debitum dignitati, non eſt renuntiabile; nam concernit omnem vniuerſalem ſtatum Epiſcopalem, & ideo non eſſe ceſſibilem, vt eſt notum, ergo de ea intelligi non poteſt, quare melius diſtinguendum eſt, quod alia ſit reuerentia, debita Epiſcopo per ſuos ſubditos, tanquam ei immediatè ſubiectos, & hanc non teneri præſtare exemptos, & Regulares fatendum eſt cum Puteo, & Pariſio; at vero obſequium, & reuerentia debita perſonæ, ratione dignitatis Epiſcopalis, præſtandam eſſe ab omnibus Regularibus, & exemptis negari non debet, vt optimè diſtinxit Rota *in dicta Cæſaraugustana Præeminent.* & ſequitur Tamburinus *in dict. diſputat. 15. quæſt. 7. numero 75. in fine*, per hæc verba: *Quod eſt intelligendum de iure reuerentiali, quod debetur ratione iuriſdictionis, non autem de eo, quod debetur ratione dignitatis: Iſtud enim nunquam tollitur per quamcumque exemptionem, vt declarat Rota in Cæſaraugustana*, &c.

17 Ad idem ponderanda eſt doctrina Riccij *in praxi aurea, & quotidiana rerum fori Eccleſiaſtici, reſolut. 54. numero* 5. vbi ita ait: *Licet exemptus non ſubiaceat iuriſdictioni Iudicis Ordinarij, ita vt delinquens non ſit ipſi Iudici remittendus, non tamen liber remanebit ab obſequio reuerentiali, Doctores in cap. venerabilis, de cenſibus, Imola, & Alexander in l. alia, §. eleganter, ff. ſoluto matrimonio, in l. ſed ſi hoc, §. Patronum, ff. de in ius vocando, in l. ſi non ſortem, §. Libertus, ff. eodem titulo, & in l. finali in fine, Cod. de bonis libertorum*, &c.

18 Facit ad intentum Conſtitutio Leonis X. *ſub dat. Romæ* 14. *Kalendis Ianuarij* 1516. *Pontificatus ſui anno* 4. quæ incipit: *Dum intra menſis arcana*, & habetur in Bullario Cherubini *tom. 1. in Conſtitut. eiuſdem Leonis, conſtit. 22. & in §. 22.* ita ait: *Eoſdem inſuper fratres, in virtute Sanctæ obedientiæ monemus, vt eoſdem Epiſcopos loco Sanctorum Apoſtolorum ſubrogatos pro debita, & noſtra, ac Apoſtolicæ Sedis reuerentia, congruo honore, & conuenienti obſeruantia venerentur*, &c.

19 Et quamuis videatur potius ex Conſtitutione induci admonitionem, quam præceptum, propter illud verbum, *Monemus*, ſed re vera inducit obligationem, vt optimè aduertit Pellizzar. *in manuali Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 6 ſect. 1. num.* 38. vbi cum *num.* 37. quærat; an Regularis puniri poſſit ab Ordinario, ſi ei iniuriam inferat, eiúſque Vicario (de quo dicemus *infra*) ita concludit. Addo obiter,





*quod quamuis Sanchez libro 6. Concil. capite 9. diſtinctione 1. numero 36. & alij multi, quos refert, & ſequitur Mandoſius de ſignatura gratiæ, verbo exemptiones ab Epiſcopo, §. non autem, doceant, Regulares non teneri ad ius reuerentiale Epiſcopo, & conſequenter non poſſe cogi ad eũdum illi obiuam in ingreſſu Eccleſiæ, vtpote exemptos; æquum tamen eſt, vt ei debitum honorem præſtent; Præſertim cum Leo X. in ſua conſtitutione;*
20 Dum intra mentis, *edita decimanona Decembris 1516. dicat, eoſdem inſuper*, &c. *vbi notat Peirinus tomo primo priuileg. Conſtitut. 26. Leonis X. numero 44. verbum*, Moneo, *ſtare pro, Præcipio, cum ex vna parte, verba deſeruiunt intentioni, non autem intentio verbis (vt notat Panormitanus in capite nam concupiſcentia, de conſtitutione numero tertio,) ex alia parte addatur, in virtute ſanc. obedi: Quæ verba licet non ſemper inducant peccatum mortale, interdum tamen inducunt pro ſubiecta materia, vt proinde Peirinus loco citato, & Lezana tomo primo, capite vndecimo, numero tertio, Putent, Regulares vi præfatæ Conſtitutionis Leonis teneri ſub mortali, reuereri Epiſcopos modo ſupradicto*, &c.

21 Ex quibus ſequitur, iniuriam inferri Epiſcopo, ſi Regularis inſurgat contra eum maledictis, verbo, vel ſcripto, cum enim illi debeant reuerentiam, & obſequium ex ſupradictis, æquum eſt venerare maiores, ex adductis *ſupra quæſtione nona, numero trigeſimo, & ſequent.* cumque ius aborreat talia conuitia, & libellos, maximè contra perſonas illuſtres, & tanta dignitate pollentes, ex congeſtis *ſupra quæſtione 8. numero 3. vſque ad* 8: merito talia commitens pœnis à iure ſtatutis puniendus erit.

22 Ad quod ſupponendum eſt, tribus modis iniuriam inferri, videlicet re, verbis, & ſcripto §. *iniuriam autem, inſtituta de iniuriis lege primo, §. iniuriam autem, lege lex Cornelia §. ſi quis librum, & §. final. lege apud labeonem §. hæc autem ff. de iniuriis*, & vtrobique communiter tradunt Doctores, latè Farinacius, alios referens, *in praxi criminali tomo tertio, tit. de diuerſis criminibus quæſt. 105. nu. 3. cum plurib. ſequentibus, & ibidem vndecima inſpectione n. 412. & ſeqq.*

23 Et certum eſt, iniuriam ſiue re, verbis, aut ſcripto atrociorem reputari, & maiori pœna dignam, ſecundum qualitatem perſonarum, quibus infertur, §. *atrox*, vbi Aretinus *numero ſecundo, inſtituta de iniuriis, l. Prætor edixit §. atroce*, & ibi gloſſa *verbo, magiſtratus, ff. de iniuriis*, Farinacius plura referens *in d. quæſt. 105. numero 197. & ſequent.*

24 Et exinde, componentes, ſcribentes, dictantes, legentes, ſecumque retinentes libellos famoſos, præcipuè contra perſonas illuſtres, de iure ciuili capitali pœna plectuntur; de iure vero Canonico flagellis affici debent, *tex. in cap. de prima capite, qui in alterius*, vbi gloſſa *verbo flagelletur*, & ibi communiter Doctores 5. *quæſtione decimanona*, late Farinacius, vbi proxime *inſpectione* 11. *num.* 480. *cum pluribus ſeq.* vbi *num.* 451. *& ſequent.* firmat regulam, quod Auctor, ſeu compoſitor libelli famoſi, & cæteri proximè relati, ſiue clerici, ſiue laici; tam de iure ciuili, quam Canonico, puniuntur diuerſis pœnis, & quandoque mortis, de quo latè Fragoſo *de regimin. Chriſt. Reip. tom. 1. part. prima, libro quarto, diſp. 10. à num. 157. cum pluribus ſequentibus.*

25 Quibus ſic conſtitutis, modo videndum eſt, an Epiſcopus poſſit punire Regulares ipſum iniuriantes, re, verbo, vel ſcriptis, & certum eſt, poſſe, vt tradit Riccius in deciſionibus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ *p. 1. deciſione 144. numero ſecundo, in fine*, cuius verba refert, & ſequitur Salgado *de ſupplicatione, & retentione Bullarum 2. parte cap. 5. §. 1. numero* 14. vbi numero 16. ita concludit. *Non obſtat text. in capite primo, de pœnis in ſexto, quia procedit in cauſis criminalibus, in quibus Epiſcopus pro offenſa ſibi facta poteſt malefactores punire Bibianus deciſ. 99. prima parte*, &c. Hæc Riccius, cui iunge, quæ congerit Fragoſ. vbi proximè, *in d. diſputatione decima, numero 154. cum pluribus ſequentibus*; nam conducunt ad intentum.

26 Sed difficultas oritur, quænam pœna ſit imponenda, & à quo declaranda, & exequenda, an illa ſuperius tradita nuumero vigeſimo quarto, cum tale delictum in atrocioribus numeretur, argumento *textu in lege Prætor edixit §. vltimo ff. de iniuriis*, Bartolus *in lege non ſolum §. ſi mandato ff. eodem* Farinacius, & Fragoſ. *vbi ſupra*; An vero ſit arbitraria, & in præſenti exiſtimo arbitrariam eſſe iuxta qualitatem, & circunſtantias iniuræ illatæ ſcripto, vel verbis; Sed quia omnia, quæ ad deciſionem dubij conducunt declarauit Sacra Congregatio, & Sanctiſſimo Domino noſtro Innocentius X. ſuo Decreto roborauit, vt patet *ex* 12. declaratione Breuis in initio huius ſecundæ partis relatæ, eius verba referam: Si Regularis intra clauſtra degens, extra ea in ca-

ſibus in dubio expreſſis, ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo ſit; Epiſcopo inſtante, teneri Superiorem Regularem infra tempus ab Epiſcopo præfigendum, ſeuerè illum punire, ac de punitione Epiſcopum certiorem facere, alioquin ſic delinquentem, ab Epiſcopo puniri poſſe, ad præſcriptum Concilij Tridentini cap. 14. ſeſſ. 25. de Regular. *Quod ſi delinquens ad aliam Diœceſim migrauerit, ſeruandum eſſe quod præcipitur in conſtitutione Sanctæ mem. Clementis VIII. incipien. Suſcepti muneris ratio*, &c.

27 Quæ quidem declaratio quoad primam partem, continet eadem formalia verba, ac Tridentinum in *dicto cap.* 14. in quibus decretis ponderanda ſunt illa verba, *Seuere illum punire*, quæ inducunt, vt ſi Regularis, vel alius exemptus iniuriauerit Epiſcopum verbo, vel ſcripto, acriter, & crudeliter puniendum fore, cum illud verbum, *Seuere*, idem importet quod, *crudeliter*, vt dixit gloſſ. *in l.*
28 *D. Adrianus* 33. per eum textum *in verbo, Seuere, ff. de re iudicata*; & appellatione ſeueritatis venit pœna extrinſeca, ſecundum delicti qualitatem, Albericus de Roſate in ſuo Dictionario iuris, *verbo, Seueritate, verſ. appellatione*, & ideo dicendum eſt, prædicta delicta acriter punienda fore pœna extrinſeca, ratione ſcriptorum, vel verborum, quæ Regulares, in dedecus Epiſcoporum, in publicum ediderint.

29 Praxis autem, & forma puniendi eos iuxta prædicta decreta ita ſe habere debet, vt quoties Regularis intra clauſtra degens deliquerit, vel extra ea, ita notoriè delictum commiſerit, vt populo ſcandalo ſit, debet Epiſcopus requirere ſuum Superiorem, vt intra certum tempus, aſſignatum, & præfixum ab ipſo Epiſcopo (narrando in litteris delictum commiſſum, & exceſſus) talem delinquentem puniat, ſimiliterque requirendo ſuperiorem Regularem, vt intra terminum præfixum ipſum Epiſcopum certiorem faciat de punitione,

30 Quod ſi ita non fecerit, & fuerit negligens in punitione talis Superior, aut non punierit pœna condigna, tunc ipſe Epiſcopus poterit talem Regularem delinquentem punire. Qualiter autem teneatur Prælatus Regularis docere Epiſcopum de punitione ſubditi delinquentis, tradit Peirinus *in formulario, lit. P. cap.* 7.

31 Quam praxim admittunt communiter Doctores, vt per Fuſcum *de viſitatione, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 11. quem refert, & ſequitur Vgolinus *de poteſt. Epiſcopi, part.* 1. *cap.* 20. §. 8. *num.* 2. Portel. *de dubiis regul. verbo, Epiſcopus, num.* 8. Lezana *in ſumma quæſt. Regul. tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 27. & alij plures penes Barboſ. *in Paſtor. part.* 3. *allegat.* 105. *num.* 18. *&* 19. Immò in prædicto caſu, poſſe talem delinquentem deduci ad carcerem Epiſcopalem tradit cum Genuenſi *in praxi cap.* 54. Piaſecius *in ſua praxi Epiſcopali, p.* 2. *cap.* 3. *num.* 43. per hæc verba: *Et hoc caſu poteſt Regularis, deprehenſus in delicto, deduci ad carcerem Epiſcopi, & ſumpta informatione ſuper delicto, dummodo ſine mora ſumatur, remitti, cum copia proceſſus ad ſuum Superiorem puniendus, cum præfixione termini ad puniendum, quod ſeruari in praxi Curiæ Neapolitanæ Genuen.* &c.

Ad idem latè Barboſa, omninò videndus, *in Paſtorali, allegat.* 105. *num.* 20. quem refert Pellizz. *in manuali Regul. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *ſect.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 9. *verſ. quod autem ſpectat*, vbi plura ex Peirino *tom.* 3. *de priuil. cap.* 2. *num.* 31. ad intentum conducentia adducit, præcipuè *num.* 11. *&* 12. & de hoc articulo pro vtraque parte refert Diana plures Doctores *tom.* 3. *reſol. moral. tract.* 2. *reſol.* 132. ſed opinionem Pellizz. Barboſ. & aliorum Iudico ſecuriorem, & tenendam, quidquid dicat Lezana *in dicto cap.* 16. *numero* 27. & alij; nam patebit ex declarationibus infra allegandis, Sacram Congregationem ita declaraſſe.

Quod quidem licet prima facie durum 32
videatur; at ſuaderi poteſt, conueniens eſſe Religionibus, ex eo quod tradit Rodriguez *tom.* 2. *quæſt Regul. quæſt.* 2. *art.* 6. *verſ. ex qua conſtit.* vbi poſtquam retulit Conſtitutionem Clementis VIII. infra citandam *num.* 34. ait: *Ex qua Conſtitutione clare colligitur, quo deſiderio deſiderauit SS. D.N. delicta publica Religioſorum caſtigare, ſciens, ex correctione fratrum delinquentium extra clauſtra, Religioni non modicum reformationis accreſcere, & honorem ipſius, per notoria, & ſcandaloſa fratrum crimina deperditum, & publicam, & notoriam correctionem reſtitui.* Hæc Rodriguez; ex cuius doctrina deducitur, quod cum per informationem factam ab Epiſco po, & per modicum in carceribus detenti onem ſolum inquiratur delictum, vt intentum vin dictæ publicæ, & punitionis fiat per Sup eriorem Regularem, quandoquidem au ctoritati Religionis, & bono reipublicæ intererit præcedere informationem, vt ipſius honor per punitionem, & correctionem r eſtituatur, quod quidem facilius conſequitur, præcedente hac informatione, quæ attentius, & perfectius, & iuxta terminos iuris ab Epiſcopis fiet, vt magis expertibus in ſimilibus caſibus.





33 Ex quibus videtur, quod cum SS. D.N. Innocentius X. declarauerit in præſenti dubio, fore puniendos Regulares inſurgentes contra Epiſcopos in propria diœceſi maledictis cum ſcripto, vel dicto, Populum ſcandalizando ad præſcriptum Tridentini *in d. cap.* 14. ſequitur prædictam praxim obſeruandam eſſe; at vero ſi talis delinquens ad aliam diœceſim migrauerit, tunc ſeruandum fore quod ſtatuit Clemens VIII. *in ſua conſtit.* incipiente, *Suſcepti muneris ratio*, &c. quam referunt Rodriguez *tom.* 2. *qq Regul. q.* 2. *art.* 6. Cochier *in tract. de iuriſdictione Ordinaria in exemptos tom.* 1. *p.* 1. *q.* 27. *n.* 29. Piaſecus *in praxi Epiſcoporum p.* 2. *cap.* 3. *n.* 44. & habetur *in Bull. Cherubino tom.* 3. *in Conſtitutione Clemen. VIII. Conſtit.* 39. vbi *in* §. 3. ita ait. *Nos pro Paſtorali noſtra ſolicitudine præfati decreti exequutioni, quanto cum Domino poſſumus fauere, & præmiſſis malis, vt par eſt, oportuno aliquo remedio occurrere volentes, de venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinal. prædicti Cōcilij interpretum ſententia, motu proprio, & ex certa ſcientia, noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, omnibus & ſingulis cuiuſcumque Ordinis, & inſtituti Regularium, etiam Mendicantium, ſuperioribus, in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum, per eos obtentorum, eo ipſo incurrendis pœnis, præcipimus, & mandamus iuxta prædictum decretum, quilibet ipſorum, Regularem non ſubditum Epiſcopo intra clauſtra degentem, & extra ea ita notorie delinquentem, vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, intra tempus ab Epiſcopo præfigendum ſeuere puniat, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat, & alias decretum ipſum in omnibus, & per omnia exequatur. Cæterùm ſi Superior in Regularem delinquentem non animaduerterit, quinimo, ſi illud impunitum ad alia ſuorum Ordinum loca extra Epiſcopi diœceſim, vt præfertur, tranſmiſerit, volumus, & ſimili motu atque auctoritate decernimus, vt Superior, inſtante Epiſcopo, intra terminum ab Epiſcopo præfigendum, & ſub eiſdem indignationis noſtræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum, nec non, & ſub inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac vlterius priuationis actiuæ, & paſſiuæ vocis, ad quas à nemine præterquam à nobis, & à Romano Pontifice pro tempore exiſten. reſtitui poſſit, ipſo facto ſimiliter incurrendis pœnis, ipſum Regularem delinquentem à loco ad quem tranſmiſſus fuit reuocare, & in quo deliquit conſtituere, ſeu ſiſtere teneatur. Quod ſi hoc etiam facere prætermiſerit, per præſentes ſimiliter ſtatuimus, vt Ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens tranſmiſſus fuerit, ſuper præmiſſis ab ipſo Ordinario loci, in quo deliquit ſimiliter requiſitus, vel aliàs de illius delicto informatus, vt præfertur, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus prædictum Concilij decretum omnino exequi, & in Regularem delinquentem ſeuere animaduertere poſſit, & debeat*, &c.

Ex quibus verbis ſatis conſtat, quod ſi 34
Regularis delinquens ad aliam diœceſim ſe transferat, quod tunc debet reduci à ſuo Superiore Regulari ad locum, vbi deliquit, vt ibidem puniatur, & ſi id facere prætermiſerit, tunc Ordinarius loci, ad quem fuit remiſſus, requiſitus ab alio Ordinario vbi delictum fuit perpetratum, poterit ſimiliter per ipſum, talem delinquentem puniri

Cuius conſtitutionis auctoritate Portel- 35
lus *in ſuis dubiis Regularibus, verbo, Epiſcopus, num.* 8. ita ait: *Poteſt Epiſcopus obligare Prælatum Regularem, vt puniat, Religioſum delinquentem extra clauſtra ſcandaloſe, idque intra tempus ab Epiſcopo aſſignatum, ſin minus poteſt Superiorem ab officio priuare, & Religioſum delinquentem punire Trident. ſeſſ.* 25. *c.* 14. *de Regular. Quod ſi Prælatus delinquentem mutet doloſe ad alium Conuentum, vt effugiat iuriſdictionem illius Epiſcopi; Clemens VIII. contra talem Prælatum dedit Bullam particularem, cum pœnis impoſitis, & illum delinquentem iubet reduci ad priorem Conuentum. Si vero Prælatus, illum non reducat ad Priorem Conuentum puniendum à priore Epiſcopo: tunc Epiſcopus ille, ad cuius diœceſim fuit tranſlatus, poteſt illum ſeuere punire inſtante priore Epiſcopo: Prouincialis vero, vel Prælatus ipſum non reſtituens ad priorem Conuentum inſtante priore Epiſcopo, vel non prius puniens, inſtante priore Epiſcopo intra tempus ab illo præfixum, manet priuatus officio, inhabilis*, &c.

Lezana *in ſum. quæſt. Regul. tom.* 1. *c.* 16. 36
*num.* 26. circa medium ita ait. *Cæterùm, ſi Superior in Regularem delinquentem non animaduertit, quinimmo ſi illum impunitum ad alia ſuorum Ordinum loca extra Epiſcopi diœceſim, vt præfertur, tranſmiſerit, voluit & ſimili motu atque auctoritate decreuit, vt Superior, inſtante Epiſcopo, intra terminum ab Epiſcopo præfigendum, & ſub eius indignationis, ac priuationis dignitatum, & officiorum, nec non & ſub inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac vlterius priuationis actiuæ, & paſſiuæ vocis, ad quas*

*à nemine, præterquam à Romano Pontifice, pro tempore exiſtente, reſtitui poſſit, ipſo facto ſimiliter incurrendis pœnis; ipſum Regularem delinquentem à loco ad quem tranſmiſſus fuit reuocare, & in quo deliquit conſtituere, ſeu ſiſtere teneatur. Quod ſi hoc etiam facere prætermiſerit, per præſentes ſimiliter ſtatuit, vt Ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens tranſmiſſus fuerit, ſuper præmiſsis ab ipſo Ordinario loci, in quo deliquit, ſimiliter requiſitus, vel alias de illius delicto informatus vt præfertur, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, prædicti Concilij decretum omnino exequi, & in Regularem delinquentem ſeuere animaduertere poſſit, & debeat. Quaranta in ſum. Bull. verbo Exemptio*, &c. Hæc Lezana.

Quibus non aduerſatur Conſtitutio Pauli V. *ſub dat. Romæ 24. Auguſti* 1607. quæ incipit, *Religioſorum*, & habetur in Bullar. Cherubini *tom. 3. in conſtit. eiuſdem Pauli conſt. 24. aliàs* 23. vbi Confirmantur priuilegia, ne Religioſi intra clauſtra degentes conueniri poſſint coram locorum Ordinariis, nam loquitur in diuerſo caſu, ſcilicet in omnibus actibus ciuilibus, nam cum prætenderent Ordinarij, cauſas Religioſorum in prima inſtantia coram illis actitandas eſſe ad præſcriptum Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat* vt patet *ex* §. 1. in illis verbis. *Expoſitum fuerit, in Hiſpaniarum Regnis, quoſdam Ordinarios locorum contendere, Religioſos intra clauſtra degentes coram ipſis Ordinariis conueniri debere in cauſis ciuilibus*, &c. in §. 3. ſtatuit, prædictum decretum Tridentini *in d. cap. 20.* non afficere Regulares, ſed in vim ſuorum priuilegiorum in cauſis ciuilibus, etiam in prima inſtantia, conueniendos fore coram ſuis Superioribus Regularibus, vel coram ſuis Conſeruatoribus; hoc autem quàm ſit diuerſum à noſtro caſu nemo eſt qui non videat, cum longa ſit ratio in criminalibus ex eodem Tridentino *in d. cap. 14. ſeſſ. 25. de Regul.*

37 Et quia omnia quæ ad intentum præſentis dubij, & quæſtionis conducunt reperiuntur decreta per Sacram Congregationem in pluribus declarationibus, eas referam ex atteſtatione Barboſæ, dicentis, ſe vidiſſe propria, & originalia reſponſa, & de proprio facto loquentis, illas refert *in Paſtor. p. 3. alleg. 105. verſ. ego ipſe*, & in collect. *ad cap. ea quæ vltimum, de ſtatu Monach. num.* 8. per hæc verba: Addendum duxi, me vidiſſe propria, & originalia reſponſa Sacræ Congregationis Cardinal. Concilij Tridentini Interpretum, *edita ſub die 19. Septemb. huius anni* 1625. ad quædam dubia, propoſita per Doct. Ioan. Cebicos, Theſaurarium Cathedralis Eccleſiæ Manilæ, Metropolitanæ Philippinarum, inter quæ, quod attinet ad *dictum cap. 14.* Concilij ita habetur.

38 Cùm *cap. 14. de Regularibus ſeſſ. 25.* det normam Epiſcopo, procedendi in caſtigando delicta Regularium, qui degunt intra clauſtra, & extra ea notorie cum ſcandalo delinquunt dubitatur, an Epiſcopus, habita notitia delicti poſſit capere informationem, & illam ad Superiorem Regularis, mittere, vt nequeat de eodem delicto ignorantiam præſumere? Congregatio reſpondit poſſe.

39 Dubitatur etiam, an ſufficiat, quod Epiſcopus vna vice Superiorem Regularem moneat, eique terminum præfigat ad caſtigandum ſubditi delictum; nam Religioſi aliqui in Libris, ab eiſdem editis, explicando verbum, *Inſtante*, aſſerunt, neceſſe eſſe Epiſcopum monere, ac requirere dictum Superiorem duabus, vel tribus vicibus. Congregatio reſpondit, ſatis eſſe, vt Epiſcopus inſtet ſemel ſuperiori Regulari, eique tempus præfigat ad eiuſdem Concilij præſcriptum. Deinde dubitatur, eo quod *eodem capite* 14. præcipitur quod Epiſcopum certiorem faciat de punitione intra tempus ab Epiſcopo præfixum, an ſufficiat, quod Superior Regularis ad Epiſcopum mittat copiam tantum ſententiæ, vt Religioſi dicunt, vel debeat remittere acta omnia ſuper delicto actitata, ad effectum, vt Epiſcopus videre poſſit, ſi in hoc adimpleta fuerint verba Concilij *cap. 14. ſeuere puniatur necne?* Congregatio reſpondit, non ſufficere, vt Superior Regularis ſententiam, aut etiam acta ad Epiſcopum remittat, ſed opus eſſe, vt de punitione ipſa, & ſententiæ exequutione Epiſcopum certiorem faciat.

40 Denique dubitatur, an quod conceditur Epiſcopo in præfato capite, ſuper Regulari, qui intra clauſtra Monaſterij degit, & extra ea notorie cum ſcandalo deliquerit, intelligatur etiam cum delictum commiſſum fuerit intra Eccleſiam, vel clauſtra, Congregatio reſpondit; facultatem Epiſcopo attributam in Regulares notorie, & cum ſcandalo extra clauſtra delinquentes, vendicare etiam locum, cum Regulares notorie, & cum ſcandalo extra clauſtra delinquentes, intra clauſtra delinquunt, non ita ſi intra clauſtra, &c.

41 Nec prædictis contradicit Hieronymus Rodriguez, *in compendio quæſt. Regul. reſol. 62. num.* 8. quem refert Diana *tom. 3. reſol. moral. tract. 2. reſol.* 132. nam dubium proponit,



ponit, an ſcilicet Epiſcopus poſſit formare proceſſum iuridicum contra Religioſum, notorie delinquentem extra clauſtrum, & cum tali proceſſu illum remittere ad ſuum Prælatum, & an ſubditus debeat puniri ab ipſo Prælato, virtute iſtius proceſſus, ab Epiſcopo confecti, & ibi contra Portellum reſoluit, cum Emanuele Rodriguez non poſſe. Poſtea notat, & ad litteram ponit dictas declarationes, relatas à Barboſa, & à nobis ſuperius adductas, & ita concludit. Circa quarum declarationum primam aduerte, quod in ea non datur facultas Epiſcopis (meo videri, & ſub cenſura Eccleſiæ) ad faciendum proceſſum iuridicum contra dictum Regularem, notorie extra clauſtrum delinquentem, ſed tantum vt ſummariam facti informationem faciat, eamque ad ſuperiorem illius mittat, vt nequeat (inquiunt D. Cardinales) de delicto ignorantiam præſumere: Hoc eſt, vt per id eum certiorem faciat de delicto commiſſo à ſuo ſubdito, & habeat ſufficientem caſus notitiam, qua poſſit in cauſa contra ipſum delinquentem iuridice procedere ad puniendum illum. Et ita nihil in hoc reſponſo Sacræ Congregationis apparet contra Auctoris doctrinam.

42 Circa Secundum reſponſum Sacræ Congregationis nota, quod licet in illo declaretur, ſatis eſſe, vt Epiſcopus ſemel inſtet, ſeu moneat Superiorem Regularem, eique tempus præfigat ad eiuſdem Concilij præſcriptum, adhuc tamen, ſi ſuperior negligens ſit in eo exequendo, poterit. Secundo, & tertio inſtare; & recte ita faciet, conformando ſe iuri communi, trinam monitionem in cauſis, & cenſuris præſcribenti.

43 Circa. Tertium reſponſum aduerte, ſufficere copiam ſummariam ſententiæ, & eiuſdem executionem iam peractam eſſe, ad Epiſcopum tranſmittere, vt illi manifeſte conſtet, qualiter præſcripto Concilij, & ſuæ inſtantiæ, & monito ſatisfactum ſit, quod eſt ad vnguem illud obſeruare.

44 Circa vltimum reſponſum tandem obſerua, quod ſi Regularis intra Eccleſiam Monaſterij delinquat, non videntibus ſecularibus, non cenſeri comprehenſum ſub dicto decreto, & declaratione Sacræ Congregationis, quia eo caſu ceſſat ſcandalum, & notorietas delicti, ob quod Concilium, & ad illud tollendum præcipit, vt Epiſcopus inſtet Superiori pro punitione talis delicti. Hæc ita profert Hieronymus Rodriguez.

45 Ex cuius interpretatione ad prædictas declarationes colligitur, ipſum in eo ſenſu quo refert, illas admittere, & quoad primam nos etiam fatemur, in prædicto caſu, *cap. 14.* Tridentini non poſſe Epiſcopum proceſſum iuridicum efformare, cum ritu, & ſolemnitatibus, quibus iura requirunt, vt cum eo remittatur ad ſuum Superiorem, vt puniat talem Regularem delinquentem iuxta merita talis proceſſus, ab Epiſcopo confecti; Sacra enim Congregatio tantum declarauit, quod admittunt Doctores *ſupra relati num.* 31 *&* 32. *&* 37. ſcilicet, poſſe Epiſcopum ſummariam delicti informationem capere, cum qua remittat delinquentem ad ſuum Superiorem Regularem, vt cum tali informatione certior fiat de delicto, cum quo poſſit plenarie inquirere, & punire; cum igitur Hieronymus Rodriguez loquatur de proceſſu plenario, non contradicit, vt ſummarium (qui longe diſtat ab illo, vt eſt notum) efficere poſſit ad prædictum effectum.

46 Quoad ſecundum reſponſum ipſe Rodriguez ſolum conſulit, vt Epiſcopi faciant trinam monitionem, ſed profecto non eſſe neceſſarias ſatis patet ex prædicta declaratione, & Doctoribus ſuperius allegatis, nec ſimile quod tradit Rodriguez in cenſuris vrget, nam in eis ita expreſſe diſponit ius, ſed non ita in noſtro caſu, & exinde non debet ſumi argumentum, cum ſi voluiſſet expreſſiſſet, præterquam quod adeſt diuerſa ratio de cenſuris ad noſtrum caſum, cum in illis contumacia ſemper requiratur ad procedendum ad vlteriora in eis, at in præſenti voluerunt Tridentinum, & Conſtitutiones Apoſtolicæ, declarationeſque Sacræ Congregationis ſufficere vnicam monitionem, vt delictum (ſicut par eſt) puniatur.

47 Quoad tertium dicendum eſt, non ſatisfieri intentioni Tridentini certiorando Epiſcopum per copiam ſummariam ſententiæ, ſicut vult Hieronymus Rodriguez, ſed requiritur quod mittatur authentica, & integra copia totius ſententiæ, nam cum hæc poſſit moderari, corrigi, ſeu declarari in ipſamet prolatione in initio, vel in fine, aut in medio gloſ. *in cap. cum perſonæ 7. verbo integraliter, de priuilegiis in 6.* & dixi *in meo foro conſcientiæ, ſiue Paſtorali interno voto 3. num. 5. & 6.* ſequitur quod ſi integraliter, provt prolata fuit, ipſi Epiſcopo non intimetur legitime, dicemus illum nõ eſſe bene certioratum, an ſcilicet Prælatus Regularis ſeuere, vel benigne punierit talem delinquentem, & exinde fatendum eſt, non ſummariam copiam ſententiæ, ſed integram, & authenticam cum illius executione intimandam eſſe, vt menti

Triden

Tridentini,& aliarum Conſtitutionum ſatisfactum dicatur, & ſi ita factum non ſit, cognitio cauſæ ad Epiſcopum deuoluetur, & ne ſuper hòc elidatur iudicium, conſulò Superioribus Regularibus, ne ſe exponant huic periculo, propter quandam extrinſecam ſolemnitatem, quæ ad intentum ſubiectionis, quam volunt effugere, nihil ponit in eſſe.

48 Tandem quoad vltimum dicendum eſt, quod ſi delictum committatur intrà Eccleſiam, vel clauſtra illius, ſi ſit notorium, & cum ſcandalo, idem obſeruandum eſſe, ac ſi extra Eccleſiam, vel clauſtra illud perpetraſſet Regularis, degens intra clauſtra, ſecluſo tamen ſcandalo, & notorietate; fateor non opus eſſe ſeruare prædictam Tridentini diſpoſitionem.

Ex quibus omnibus concludendum eſt; quod ſi aliquis Regularis inſurgat contra Epiſcopum in propria diœceſi maledictis, cum ſcripto, vel dicto, populum ſcandalizando, committere graue, & enorme delictum, ſeuera punitione dignum, quod quidem delicti genus licet intra clauſtra ſit compoſitum, extra ea perpetratum eſſe dicendum eſt, nam illius effectus extra clauſtra conſummatur, & exinde locũ ſibi vendicat prædicta Tridentini diſpoſitio in *in d. cap.* 14. & aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, declarationumque Sacræ Congregationis, & ſimiliter ſi talis delinquens ad aliam diœceſim migrauerit, ſeruari debere diſpoſitionem Clement. VIII. *in prædicta Conſtitutione, ſuperius tradita num.*33. Quibus omnibus iunctis, ita in praxi ſeruandum fore, iuri coſonum eſt.

## QVÆSTIO XIII.

### An Conſeruatores nominati, & electi à Regularibus, ante exercitium ſuæ Iuriſdictionis teneantur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario, ſub pœna nullitatis actuum.

### SVMMARIVM.

*Inſtrumentum nominationis Iudicis Conſeruatoris reponi non debet, penes acta Curiæ Epiſcopi loci, vbi commoratur. num.* 1. *&* 12.

*Eligentes Conſeruatorem tenentur indicare Ordinario nomen illius intra menſem, à die electionis. n.* 2. *&* 12.

*Iudices Conſeruatores tenentur exhibere Ordinario ante exercitium ſuæ Iuriſdictionis authenticum documentum ſuæ electionis, ſub pœna nullitatis actuum. n.* 3.

*Cõſeruatores ſunt Iudices delegati. n.* 4. *&* 7.

*Iudices delegati ante exercitium ſuæ iuriſdictionis tenentur exhibere authenticum documentum ſuæ delegationis, aliàs quidquid effecerint, erit nullum. n.* 4. *&* 5.

*Citatus à Iudice delegato, qui non exhibuit, authenticum documentum ſuæ delegationis, non tenetur comparere. n.* 5. *&* 7.

*Delegatus, etiam Sedis Apoſtolicæ, debet prius docere de delegatione, vel fide occulta, antequam ſuam exerceat iuriſdictionem ſub pœna nullitatis. n* 6.

*Iudices Conſeruatores licet ſint deputati ad pluralitatem cauſarum, non tamen ad Vniuerſitatem, & ideo non ſunt Ordinarij, ſed delegati, n.* 8. *&* 10.

*Ordinarij Iudices quoad exercitium ſuæ Iuriſdictionis non tenentur exhibere titulum, in cuius vim illa vtantur. n.* 9.

*Iudex delegatus ſi ſemel exhibuit titulum ſuæ delegationis, non tenetur de nouo illum exhibere ad eundem effectum. num.* 9. *&* 14.

*Iudices Conſeruatores in pluribus differunt, à Iudicibus Ordinariis n.* 10. *&* 11.

*Conſeruatores poterant antiquitus procedere contra quoſcumque, etiam extra Ciuitates, & diœceſes, vbi erant deputati, ſed hodie illorum Iuriſdictio remanet reſtricta ad manifeſtas iniurias, & violentias, & ad vnam dietam, à fine diœceſum. n.* 11.

*Iuriſdictio, & poteſtas Iudicum Conſeruatorum dependet à nominatione facta per exemptum, habentem priuilegium nominandi illos. n.* 13.

*Derogatio priuilegiorum, Religionibus conceſſorum, in ampliſſima forma facta, an præiudicet, ſi non fuerit intimata, & inſinuata Religioni. n.* 15. *reſoluitur negatiue. n.* 18. *&* 19.

*Bulla Gregorij XIII. conceſſa Societati Ieſu, circa Conſeruatores, remanet reſtricta per Bullam Gregorij XV. n.* 16. *&* 20.

*Priuilegia Priora cenſentur derogata, ſi in poſterioribus fiat mentio expreſſa, derogatoria illorum. n.* 18. *&* 19.

*Stylus Curiæ facit ius quoad omnes, & ſimiliter de non licito licitum, declaratque mentem concedentis priuilegium. n.* 20.

MAteriam huius quæſtionis diſſeruimus *ſupra in* 1. *p. clauſ.* 5. vbi *num.* 3. reſolutum

reſolutum



reſolutum reliquimus, non requiri, quod inſtrumentum nominationis Iudicis Conſeruatoris reponatur penes acta Curiæ Ordinarij loci, vbi Conſeruator commoratur, & exercet ſuam Iuriſdictionem.

2 At vero in vim illius Bullæ Gregor. XV. decernentis materiam Conſeruatorum, teneri eligentes Conſeruatorem intra menſem, à die Electionis, indicare Ordinario nomen electi Conſeruatoris, fatendum eſt.

3 Modo inſuper ſuccedit inquirere, an præter illud, tales electi Conſeruatores ante exercitium ſuæ Iuriſdictionis teneantur exhibere coram Ordinario, contra quem procedere intenditur authenticum documentum ſuæ electionis; ad quod eſſe adſtrictos declarauit Sacra Congregatio, & Sanctiſſimus Dominus Noſter Innocentius X. decreuit, vt patet ex decima tertia declaratione, Breuis relati ſupra in initio huius ſecundæ partis per hæc verba. Reſpondit vtique teneri, &c.

4 Quod fundari poteſt ex adductis à nobis ſupra *q.* 3. fere per totam, & ex adducendis, *infra in ſequenti quæſtione.* Et præterea, quia vt diximus ſupra *in prima parte huius tractatus clauſ.* 10. *num.* 9. *&* 13. & tradunt communiter Doctores *in cap.* 1. *& cap. final. de offici. delegati. in* 6. Conſeruatores ſunt Iudices Delegati, & exinde, vt tales, ante exercitium ſuæ Iuriſdictionis tenerentur exhibere authenticum documentum ſuæ delegationis, aliàs erit nullum quidquid effecerint, vt tradit Marcheſanus *de commiſſ. tom.* 2. *p.* 2. *§.* 1. *n.* 155.

5 *pag.* 292. per hæc verba. *Sed an Iudex delegatus teneatur copiam ſuæ delegationis, ſiue reſcripti inſerere in citatione, vel ſe dicere delegatum ſufficiat? etiam Felinus in cap. cum in iure num.* 5. *de officio delegati dicit, quod, ſic alias citatus de citantis iuriſdictione incertus, niſi tota copia ſiue commiſſione inſerta, non tenetur comparere,* &c. ergo ex hac doctrina recte infertur, quod cum Iuriſdictio, & commiſſio Conſeruatoris robur, & originem habeat ex actu, & inſtrumento electionis, ſeu nominationis, debet authentice notificari, vt certioretur pars illius iuriſdictione, & auctoritate, in cuius vim procedere intendit, aliàs daretur notoria nullitas.

6 Conſonat Fragoſo *de regim. Chriſt. Reip. tom.* 1. *p.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *§.* 2. *à num.* 144. *& ſequen.* vbi plura fundamenta ad intentum conducentia refert, & *num.* 145. ita ſcribit. *Idem dicendum eſt de Iudice delegato; huic non creditur, niſi commiſſionem ſuam exhibeat, vel ſaltem inſerat reſcriptum in citatione, argumen. cap. cum in iure, de offic. deleg. in* 6. *Guido Papæ ſingul.* 550. *Dueñas regul.* 93. *num.* 1. *Vincent. de Anna. in allegat.* 24. *per totam, & allegat.* 143. *Et probatur de Eccleſiaſticis per extrauagantem, quæ incipit.* Iniunctæ. *Sub tit. de electione. Quamuis ſit delegatus Sedis Apoſtolicæ, debet docere de fide occulta, vt conſtat ex l. vnica c. de mandat. Principum, & ex cap. cum in iure peritus, vbi Innocen. de offic. deleg. & Bartol. in §. eos autem, in authent. de collat. faciunt tradita à Cauedo* 1. *p. deciſ.* 49. &c. Hæc Fragoſo, quem videbis, nam late agit de materia.

Idem probat Coehier *de iuriſdic. ordin.* 7
*in exemptos tom.* 2. *p.* 2. *q.* 48. *num.* 1. vbi ſic ſcribit. Sicuti Apoſtolicæ Sedis delegati procedere non poſſunt, niſi editis litteris ſuæ delegationis, citatique niſi iis viſis, comparere non tenentur cap. *cum in iure,* vbi Doctores, *de offic. delegati,* ita etiam in Conſeruatoribus videtur mihi reſpondendum, quorum omnium Iuriſdictio, & poteſtas à Sancta Sede vti, & in delegatos deriuatur *cap.* 1. *cap. finali de offic. delegat. in* 6.

Quod adeo verum eſt vt ſi tales Conſeruatores non exhibuerint ſuas litteras, non teneantur obedire Epiſcopi nec contra eos procedere poſſint, vt cum Miranda *in manuali Prælat. tom.* 2. *q.* 47. *artic.* 8. *concluſ.* 5. aduertit Barboſ. *in Paſtor. p.* 3. *alleg.* 106 *num.* 37. *circa medium,* per hæc verba: *Fra. Ludouicus Miranda tenet, Epiſcopum non irrogare iniuriam prædictis Conſeruatoribus Iudicibus pro eo quod ab eis poſtulet vt oſtendant ſibi ſuas litteras; quin vero nec ſecundum ius eiſdem tenentur obedire, niſi dum ab eis expoſtulatur, ſuarum litterarum oſtenſionem faciunt. Vnde Iudex Conſeruator ſiue delegans ſi de ſuo mandato Apoſtolico litteriſve Conſeruatoriis non vult Ordinario fidem facere, non poteſt ipſum excommunicare, eo quod nolit ſuam ſententiam exequi; Nam delegatus ſuper Ordinarium Iuriſdictionem non habet; niſi eidem rebellis extiterit: Nec rebellis recte dici poteſt; qui fidem ſibi fieri petit de commiſſione eiuſmodi: Non enim aliud facit, quam quod iure ſibi conceditur,* &c.

Nec contra prædicta audiendi ſunt Ioãnes Baptiſta Confettius *tract. de priuileg. ordinum p.* 2. *tit.* 4. *cap.* 7. *de officio Conſeruatoris, verſ. præterea Conſeruator, fol.* 352. & Vvameſſius *conſ.* 181. *nu.* 14. *tit. de Appell.* quos refert Cochier, vbi proxime *in d. q.* 48. *num.* 2. exiſtimantes; non teneri tales Conſeruatores prædictam exhibitionem facere, & fundantur in eo, quia cum ſint deputati ad vniuerſitatem cauſarum, equiparantur 8

parantur

parantur Ordinariis, ex doctrina Nauarri *conſ.3.de offic delegati.*& Felini *in cap.qualiter & quando, de accuſat*; Cum igitur iſti non indigeant exhibitione,ſic ſimiliter dicendum videtur de illis:tum & etiam quia ex præcepto Concilij Tridentini, iam ſemel Ordinario ſuas facultates exhibuerunt Conſeruatoris:ergo de nouo ad aliam exhibitionem non erunt adſtricti, ex quibus prædicti ita dicendum iudicant.

10 Sed profecto hæc argumenta non obſtant, quibus ſatisfit ex adductis à nobis *ſupra in 1.p.clauſ.10.numer.9.& ſequen.* vbi *num.22.cum pluribus ſequentibus* probauimus, longam eſſe differentiam inter Ordinarios, & Conſeruatores; iſti enim ſolum ſunt deputati ad generalitatem, ſeu pluralitatem cauſarum, reſtrictarum ad certum genus perſonarum, illi vero ad vniuerſitatem cauſarum, perſonarum, & locorum Territorij, ſeu diœceſis ſine diſtinctione perſonarum;in his quę ad ſuum Tribunal pertinent, & ad omnia ſpiritualia, & animarum ſalutem ſunt deſtinati; hoc quàm ſit diuerſum nemo eſt, qui non videat;ergo non poſſunt æquiparari Conſeruatores Ordinariis, vt variis argumentis, & rationibus diximus *ſupra in dicta clauſ.10.n.23.& ſequen.*

11 Et quamuis antiquitus Conſeruatores poſſent contra quoſcumque procedere, etiam extra Ciuitates, vel diœceſes vbi erant deputati,dummodo priuilegiis Conſeruatorum gauderent,vt patet ex conceſſione litterarum Conſeruatoriarum Gregorij XIII. Hodie tamen remanet reſtricta illorũ iuriſdictio ex conſtit. Greg.XV. ad vnam dictam à fine diœceſum, & ſimiliter ad manifeſtas iniurias, & violentias certarum cauſarum & caſuum, non vero generaliter ad omnes, vt diximus *ſupra p.1.clauſ.8. num.2. & 3. & clauſ.9.num.17. & ſequen.* lateque tradit Barboſ. *in Paſtor. alleg.106. num.* 30. Ergo non bene Conſettius, & Vvameſſius dicunt,Conſeruatores æquiparari Ordinariis.

12 Nec prætereà ipſis fauet ſecundum argumentum, quamuis enim teneantur Regulares, & alij,Conſeruatoribus gaudentes, indicare Ordinario nomen Conſeruatoris electi infra Menſem,à die electionis;at verò non tenentur penes acta Curiæ Epiſcopalis reponere inſtrumentum nominationis; ſed ſufficit intimatio nominis electi Conſeruatoris, vt cum Ceſpedes *de exemptione Regularium cap.22. diſtinct.318.n.5.* & Pellizzar. *in manuali Regularium tra.8. cap.8. ſect.4.num.86.verſ.monet autem, & verſ. ſequente* diximus ſupra *in 1. parte clauſul.5.numero 3.& ſequentibus.*

13 Vnde cum in nominatione poſſit accidere aliqua nullitas,vel in inſtrumento aliquis defectus ſubſtantialis, qui efficiat inualidam ipſam nominationem; vel ab illo tempore poſſit etiam ſuperuenire cauſa, quæ reddat inhabilem ipſum Conſeruatorem ad vltra procedendum, ex qua, ipſa nominatio reddatur inutilis; cumque ab ea dependeat tota iuriſdictio, & poteſtas Conſeruatoris, vt patet ex prædicta Bulla Gregorij XV. quam retulimus *ſupra in initio primæ partis.*; ſequitur dicendum, non ſatisfieri ex intimatione nominis electi Conſeruatoris, facta Epiſcopo,vt exinde dicatur, iam ſemel titulum fuiſſe exhibitum, hoc namque non inducitur ex renunciatione nominis Conſeruatoris, ſed ex inſtrumento nominationis,ſeu electionis, quodque ſi non fuerit renunciatum, & intimatum, non dicemus, Epiſcopum habere plenam,& iuridicam notitiam,prout requiritur.

14 Fateor tamen, quod ſi rite,& recte fuerit ſemel exhibitum inſtrumentum nominationis, tunc tales exempti non indigebunt noua exhibitione *ex l.ſed,& ſi.§ proſcribere ff.de inſtitut.* & cum Bartolo, & Baldo probat Fragoſ.*de Regim.Chriſt.Reip. tom.1.p.1. lib.4.§.2. num.*144. *verſ. vbi primum.*

15 Tandem pro elucidatione omniũ, quæ in hac quæſtione diximus; & eorum quæ in tota 1.p. huius tractatus adduximus; ad verum intellectum Bullæ Gregorij XV. quoad Conſeruatores; inueſtiganda eſt quædam difficilis, & intricata quæſtio, inter Doctores valde agitata. An ſcilicet derogatio priuilegiorum,conceſſorum Religionibus,in ampliſſima forma facta,valeat, & præiudicet, ſi non fuerit intimata,& inſinuata Religioni priuilegiatæ.

16 Et primò contra omnia à nobis ſupra reſoluta in *d.p.1.* quoad Bullam Greg. XV. circa Conſeruatores, dubium infert alia Bulla, ſeu Conſtitutio Gregorij XIII. conceſſa Patribus Societatis Ieſu, in qua conceditur facultas in ampliſſima forma, vt poſſint eligere Conſeruatores in eorum cauſis *ſub dat. Romæ apud S. Petrum* 8. *Kalendis Iunij* 1572. quæ incipit. *Æquum reputantes*; & habetur in Bulla Cherub.*to.2. in Conſtit. eiuſdem Pontificis Conſt.1.* vbi *in §.quarto* ita ait. *Ac tunc deſuper conficiendis litteris, & in eis contentis diſpoſitionibus, per quaſcumque derogationes, in quibuſuis litteris Apoſtolicis gratiam, & iuſtitiam mixtim continentibus,per eundem prædeceſſorem ( loquitur Gregorius de Bulla Pij V.*



*conceſſa Patribus Societatis* IESV) *& Sedem Apoſtolicam, etiam cum derogatoriarum derogatoriis,aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis,& per quas earundem litterarum,tunc deſuper conficiendarum tenor, ac ſi de verbo ad verbum in eis inſertus foret,pro expreſſo haberetur, quibuſcumque perſonis,ſeu eorum fauorem etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſas, & factas,ac faciendas, & concedendas nullatenus derogatum cenſeretur, aut derogari poſſet, niſi tenor earundem, tunc deſuper conficiendarum litterarum de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo foret,in illis inſertus,& derogatio pro tempore facta huiuſmodi per trinas diſtinctas litteras, eundem tenorem continentes, tribus ſimiliter diſtinctis vicibus eidem Societati intimata, & inſinuata foret, & quod aliter earundem litterarum, tunc deſuper conficiendarum pro tempore factæ derogationes nemini ſuffragarentur*, &c.

17 Cuius Conſtitutionis authoritate P.Anton.Diana *tom.3.reſol.moral. tract.2.reſ.68.* tenuit, non valere derogationem priuilegiorum Soc.IESV, ſi non fuerit ei intimata, & inſinuata, quod idem locum habere, in ſua Religione teſtatur *ibidem* ipſemet Diana *in verſ.nota tamen*,&c.

18 Poſtea tamen re maturius inſpecta ab ipſo P.Diana, ſequendo Curiã Romanam *in tr.7.reſol.moral.tract.10. Miſcell.reſ.29.* inuenit contrarium ſtylum ſeruari in his, quæ prius docuerat *in d.reſol.68.*nam praxis admittit, quod ſi in poſterioribus Conſtitutionibus reuocatoriis Priuilegiorum Societ.IESV,de prima conceſſione fiat mẽtio expreſſa,habeatur pro ſufficienti derogatione,vt ſua indulta, ſeu priuilegia cenſeantur derogata,nec opus eſſe intimatione,& ita *in d.reſol.29.*ita incipit. *Olim ne-*
19 *gatiuam ſententiam docui*,&c. & in fine ita concludit. *Sed licet ego olim pro Societate, & pro mea Religione ex parte, hanc ſententiam docuerim: Modò tamen illam cum omnibus à P. Amico ſupra aſſertis viris doctis maturandam relinquo, nam ſtylus Curiæ videtur in contrarium,& ex multis Bullis Põtificum apparet,derogari priuilegia Societatis ſufficienter,quando de ipſa expreſſa mẽtio fit, & in Bullis ſupradictis etiam apponitur clauſula, ac ſi eis perſonaliter fuiſſet intimata*,&c. Hæc Diana;qui quamuis ibidem cogitandum relinquat ex eo,quia non vult priuilegia meritiſſimæ Religionis mi-
20 nuere,ſatis tamen inſinuat, quid tunc ipſe ſentiat,cum ſe fundet in ſtylo, quia ſtylus Curiæ facit ius quoad omnes Cap.*ex litteris,de conſtitution.* Cap. *quam graui,de crimine falſi*, & facit de non licito licitum Suelu.*in 1.Centur.conſ.28.n.16.* vbi plures allegat. Vnde cum Diana atteſtetur, & ſe fundet in ſtylo,ſatis manifeſtat ſuum iudicium.nam ille declarat mentem Pontificis, vt cum Marchino, & aliis, dixi *in meo foro conſcientiæ,ſiue Paſtorali interno,p.1.tract. 4.q.6.n.9.vſque in finem*, & exinde cum in prædicta Bulla Gregorij XV.pro forma, & aliis circumſtantiis Conſeruatorum, fiat expreſſa derogatio priuilegiorum Societ. IESV,dicendum eſt, illam Gregorij XIII. derogatam eſſe, nec intimatione indigere, ac per conſequens prædictos exemptos teneri ad illius obſeruantiam quoad exhibitionem,modis, & formis ſuperius traditis, ex quibus concludendum eſt, Conſeruatores nominatos, & electos à Regularibus, & aliis exemptis teneri ante exercitium ſuæ iuriſdictiouis exhibere coram Ordinario authenticum documentum ſuæ electionis,aliàs eſſe nullum quidquid egerint, ex mente Sacræ Congregationis, & Decreto Sanctiſſ.D.N.Innocentij X.& ex dictis *ſuprà*,& dicendis *in ſequenti quæſtione.*

## QVÆSTIO XIV.

### An priuilegia, quæ ſunt contra iuriſdictionem Ordinarij, & quibus gaudent, & gaudere prætendunt Regulares,& alij exempti, debeant Epiſcopis notificari, ſiue inſinuari.

SVMMARIVM.

*Regulares, & alij exempti tenentur inſinuare, & renunciare priuilegia, quæ ſunt contra Iuriſdictionem ordinariam,num.*1. & 8.

*Iuriſdictio eſt quædam qualitas, quæ naturaliter homini non ineſt, & ideo, qui illam prætendit, debet oſtendere titulum, num.*2.

*Iuriſdictio Ordinaria naturaliter ineſt Epiſcopis, & ideo qui prætendit exemptionem,debet oſtendere priuilegium,n.*2.

*Delegatus ſi excedat limites ſuæ delegationis poteſt ab Ordinario puniri,n.*3.

*Exempti cogi poſſunt ab Epiſcopo, vt oſtendant titulum ſuæ exemptionis infra ſtatutum legitimum tempus,n.*4.

*Subiecti Epiſcopo de iure dicuntur omnes commorantes in ſua diœceſi, donec non conſtet de priuilegio exemptiuo,n.*5.

*Exemptum aliquem eſſe non creditur vſque dum illud probet, n.5.*

*Exemptio eſt ſtricti iuris, n.6.*

*Priuilegia exemptiua, quibus gaudent Regulares, ſi ſint notoria, an teneantur exhibere coram Epiſcopo, num.7.*

1 HÆc quæſtio maximam habet connexionem cum antecedenti, & cum his quæ lato calamo diximus *ſuprà q.3.* vbi à *num.40. cum pluribus ſequentibus*, retulimus fundamenta, quæ valde conducunt pro reſolutione ſumenda, vbi videre poteris, ne repetamus quod ibidẽ diximus.

2 Et indiuiduando in præſenti materiam huius quæſtionis reſoluendum eſt, teneri Regulares, & alios exemptos, gaudentes priuilegiis exemptiuis à Iuriſdictione Ordinaria Epiſcoporum, illa inſinuare, & renunciare Ordinariis. Primò, quia cum per talia priuilegia diminuant, & detrahant, quod de iure habent Ordinarij, neceſſariò conſtare debet de tali priuilegio exemptiuo, ea videlicet ratione, quia cum iuriſdictio ſit quædam qualitas, quæ naturaliter homini non ineſt, exinde ſequitur, quod cum Iuriſdictio Ordinaria naturaliter inſit dignitati Epiſcoporum, vt lato calamo probat Salgado *de retentione Bullar. part.2. cap.12. num.52. & ſequent. & cap.25. num.27.* qui prætendit contra eam eſſe priuilegiatum, tenetur oſtendere priuilegium exemptiuum, quod accidentaliter habet ex vi conceſſionis, & ita de priuilegio allegantinon eſt credendum, ſi illud non renunciet, gloſſ. *in cap. ſi forte, verbo, Scientiæ, de electione, in 6.* & cum aliis tradit Fragoſo *de Regim. Chriſt. Reip. tom.1. p.1. lib.4. §.2. num.143.*

3 Et certum eſt apud omnes DD. poſſe, imò teneri Ordinarium, præcipere delegato, etiã Principis, ne aliter ſua poteſtate, & Iuriſdictione vtatur, quam in ſuis litteris delegationis cõtinetur, & ſi exceſſerit, eum punire, & animaduertere debere, vt cum pluribus tradit Barboſ. *in Paſtor. p.3. alleg. 106. n.26. & 27.* loquendo in terminis iudicis Conſeruatoris, ſed ex tenore priuilegij pendet an excedatur, vel non, ex illius vſu; ergo vt dicamus, priuilegiatum eſſe exemptum neceſſariò inſinuare tenetur priuilegium, quandoquidẽ ſecluſo illo, remanet ſubiectus, vt in iudice probat Fragoſo *vbi proximè n.144. per tex. in c.1.* quis dicatur Dux Marchio in vſibus feudorum, & *in c. fundamenta 17. §. proinde Officij noſtri, verſ. Marchio Dux*, vbi gloſſ. *verbo, Litteras, de electione in 6.*

4 Conſonat doctrina Pauli Fuſchi Epiſcopi Sarnenſis, *de Viſit. & Regimine Eccleſiæ, lib.2. c.8. n.9.* cuius verba referam, quia valde conducunt ad intentum, & ita ait: *Poſſũt tamen quia ipſi exemptionem prætendentes cogi ab Epiſcopo infra ſtatutum legitimum tempus ad oſtendendum titulum exẽptionis,
in loco tamen congruo, & ſecuro, cap. cum per-
ſonæ, de priuilegiis, lib.6. & ibi per DD. Da-* 5
*mianus Flor. in ſumma p.1. tit.19. cap.1. §.4.
Quia ex iuris diſpoſitione omnes de diœceſi
Epiſcopo dicuntur eſſe ſubiecti, notatur item
in cap. cum Venerabilis, de exceptionibus, Re-
buff. de congrua portione n.121. quia omnis
dicitur ſubiectus, Abbas in c. accepimus n.4.
de priuilegiis, neque creditur de exemptione,
niſi probetur cap. porro, c. recepimus, per Ab-
batem eodem tit. de offic. Ordinarij, cap.1 per* 6
*eundem n.13. & exinde exemptio dicta eſt ſtricti iuris eſſe, Innocentius in cap. dudum, de priuil. & poteſtas Ordinarij dicitur fauorabilis 11. q.3. cap. peruenit*, & *cap. qui reſiſtit*, &c. Hæc Tuſcus. Facit Deciſio Rotæ *in cauſa Barcinonen. iuriſdictionis 28. Februar. 1597. coram Peña*, & habetur *in meis recollectis tom.1. deciſ.590.* vbi *n.5.* ita ait: *Prædictis accedebat, quia neque ex dictis priuilegiis conſtabat de exemptione, reſpectu populi, qui cum præterea non eſſet de Abbatis familia, non poterant priuilegia ad illum comprehẽdendũ extendi, & præſertim in materia exẽptionis, in qua ſtrictè procedendũ eſt; Gloſſ. & DD. in c. priuilegium, de priuil. lib.6. cap. per exemptionem, & c. ſi Papa, eod. tit. notat Abbas in c. cum plantare, de priuileg.* &c.

Quibus non aduerſantur tradita per 7
Pellizz, *in manuali Regul. tom.2. tract.8. c.6. ſect.1. q.50. n.86.* & Sanchez *lib.6. conſiliorũ dubio 5. n.2. & ſequent.* vbi intẽdit probare, non teneri Regulares exhibere priuilegia exemptionis, ſi ſint notoria; quia iam latè probauimus *ſupra q.3. n.23. cum plurib. ſeq.* cum Fuſco *vbi ſupra lib.2. c.20. n.6.* non eſſe releuantia fundamenta, quibus id intendũt probare Sanchez & Pellizz. immo conuinci ex argumentis à nobis ibidem ponderatis, vbi videre poteris.

Et ſimiliter ad Bullam Gregorij XIII. cõ- 8
ceſſam Patribus Societatis IESV. Itidem remanet reſponſum *ſupra in quæſt. anteced. n.16. & ſequent.* Ex quibus concludendum eſt, neceſſariò exhibenda, & renuncianda fore priuilegia, quibus Regulares, & alij exempti prætendunt ſe tueri contra Iuriſdictionem Ordinariam Epiſcoporũ ad hoc, vt ex illis Ordinarij habeant ligatas manus, ne contra ipſos procedere poſſint, vt optimè probat Larrea *in deciſ. Granaten. deciſ.97. n.17.* per hęc verba: *Sed & quantũuis proprium eſſe Sum. Pontificis id cõcedere,*





*(vt Monachi intendunt) & ſuis priuilegiis Mendicantibus conceſſis id permitti, vel ſpeciale de hoc reſcriptum obtinuiſſent, tamen coram Ordinario exhibendum, vt ab ipſo exequi poſſet, & tranſlatio Monaſterij fieret iuxta Canonum decreta; quemadmodum diſpenſationes, & alia quæ peculiaria ſunt Pontificis, tamen Ordinario diœceſis exhibenda, vt ab ipſo cognoſcatur, an aliquid obſtet, ne exequi poſſint, & generaliter quæcumque reſcripta Põtificis à Diœceſano examinanda, vt eius interuentu executionem conſequatur, probarunt Sacræ Congregationis Cardinalium declarationes, de quibus apud Nicolaum Garciam de benef. 7. p. cap.1. num.102.* &c. & conducunt, quæ diximus *ſupra q.3. & 4.* & ita declarauit Sacra Congregatio, & Sanctiſſ. D.N. Innocentius X. decreuit per ſuum Breue, de quo *ſupra in initio huius ſecundæ partis ad decimumquartum dubium*, per hæc verba. *Reſpondit, Regulares teneri huiuſmodi priuilegia Epiſcopo exhiberi, ſi eis vti voluerint*, &c.

---

## QVÆSTIO XV.

### An Prædia ruſtica metallorum, fodinæ, ſacchari opificinæ, vel aliarum adminiſtrationum à Regularibus, vel aliis exemptis poſſeſſa, vel aliæ domus ſæculares, in quibus videlicet vnus, vel duo Regulares commorantur, gaudeãt priuilegio Collegiorum, vel Conuentuum.

### SVMMARIVM.

*Monaſteria, Collegia, ſeu Cœnobium Regularium in effectu idem important de per ſe, quod omnia iuncta, ſi in aliqua diſpoſitione apponantur, num.1.*

*Hoſpitia Regularium non comprehenduntur ſub nomine Collegiorum, ſeu Monaſteriorum, num.2.*

*Grangiæ Regularium differunt à Monaſteriis, & Collegiis, & in Hiſpania dicuntur Prædia ruſtica n.3.*

*Prædia ruſtica Regularium an gaudeant priuilegiis Conuentuum, ſeu Collegiorum, quibus ſubſunt, num.13. & 16. & 21.*

*Oratoria priuata poſſunt conſtruere Regulares in ſuis Grangiis, ſeu Prædiis ruſticis ſine licentia Ordinariorum, n.4. & 22.*

*Grangiæ, ſeu Prædia ruſtica Regularium ſunt partes, & bona Monaſteriorum, vel Collegiorum, in quorum dominio ſubſunt, num.5.*

*Parochiani alicuius Parochiæ poſſunt audire Miſſas in diebus feſtiuis in Oratoriis domorum Ruſticarum Regularium, nec Parochi poſſunt eis illud impedire, n.6. quod intellige vt n.26.*

*Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, n.6.*

*Suburbia, & alia loca ſubiacentia alicui Ciuitati gaudent eiſdem priuilegiis, quibus Ciuitas gaudet, n.7. quod intellige, vt 27.*

*Iubilæum communionis generalis pro ſingulis menſibus conceſſum Societati IESV, poteſt lucrari, & fieri communio in Capellis, Sacellis, vel Oratoriis Villarum, aut Prædiorum ipſius Societatis, n.8.*

*Cogi poteſt vicinus ad vendendum fundum, vel domum pro ædificatione, reparatione, vel ampliatione Monaſterij, vel alterius loci pij, n.9. quod intellige vt 10.*

*Vicinus non poteſt cogi ad vendendam domum, vel quid ſimile immobile pro ampliatione, ædificatione, vel reparatione hoſpitij Regularium, n.11.*

*Grangiæ, & aliæ domus ruſticæ Regularium non gaudent immunitate Eccleſiarum, abſolutè loquendo, vt delinquentes ex illis extrahi non poſſint, num 12. & 19.*

*Statutum, ſiue lex puniens offendentem in domo, vel Conuentu, aut Collegio Regularium, non ſe extendit ad hoſpitia, numero 14.*

*Domus ruſticæ Regularium ſi ex aliquo priuilegio gaudeant, vt confugientes ad eas non poſſint extrahi, datur extenſio, & idem dicendum eſt, de Hoſpitiis, n.13.*

*Oratorium erectum cum authoritate Pontificis, vel Epiſcopi dicitur publicum, ſi habeat aliqua requiſita, & differt à priuato, n.15.*

*Oratorium priuatum in prædiis ruſticis Religioſorum ſitum, in quo differat à publico, num.15.*

*Prædia, ſeu domus ruſticæ Regularium non gaudent priuilegiis, & exemptionibus, quibus Monaſteria in quorum dominio ſunt, n.16. & 21.*

*Hoſpitium Regularium non comprehenditur appellatione Monaſterij, vel Collegij, n.17*

*Differentia conſtituenda eſt inter domum, vel locum Regularem, & domum, vel locũ Regularium; nam locus Regularis gaudet priuilegiis, quibus cæteri Conuentus, non vero Domus, ſeu locus Regularium, numero 18.*

*Hoſpitia ſeu locus Regularium non gaudent immunitate Eccleſiarum. n.19. quod intellige vt n.20.*

*Priuilegium conceſſum aliquibus Religionibus, vt Religioſi poſſint erigere altare portatile, tendit cum ipſis perſonis.numero 22.*

*Extenſio de perſona ad locum non datur, vel è contra.n.22.*

*Oratoria quæ non ſunt erecta cum authoritate Pontificis,vel Epiſcopi dicuntur priuata, & mutari poſſunt toties quoties libuerit.n.23.*

*Oratoria priuata Religioſorum,quæ in grangiis, vel domibus ruſticis habentur ad vſum illorum, & familiæ, non gaudent immunitate, vt delinquentes extrahi non poſſint.n.24.*

*Extranei non poſſunt admitti in Oratoriis priuatis Prædiorum ruſticorum pro audiendis Miſsis in diebus feſtiuis,cum tantum deſtinentur ad vſum Religioſorum, aut Colonorum, ſiue familiæ. numer.24. & 25.*

*Oratoria erecta ſine Epiſcopi auctoritate non ſunt loca Religioſa,nec comprehenduntur nomine Eccleſiæ.n.26.*

*Priuilegia, quæ detrahunt quod Epiſcopus habet,vt Ordinarius,ſunt odioſa, & ideo reſtringenda.n.27.& 29.*

*Priuilegium conceſſum Ciuitati non extenditur ad Villas, Suburbia,& Domos ruſticas illius,ſi adeſt tertij præiudicium n.28. & 29.& 30.*

*Appellatione diæceſis venit Ciuitas in materia fauorabili, ſecus in odioſa. numero 30.*

*Iubileum communionis generalis conceſſum Societati Ieſu, poteſt lucrari in Oratoriis Villarum vel Grangiarum ipſius, dummodo ſint erecta auctoritate Pontificis, vel Epiſcopi, & ſint perpetuò permanentia.n.31.*

1 VT cum claritate in hac quæſtione procedere poſſimus, notandum eſt; verba Monaſterium, Collegium,Conuentum, ſeu Cœnobium idem importare de perſe, quod omnia iuncta,vt cum Barb. *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.2. cap.12. num.1. & ſequen.* & *in collect. ad cap. 3. Trident ſeſſ. 25.de regul. n.25.* dixi *in meo foro conſcientiæ, ſiue paſtorali interno p.3.vot.7.num.27. & 28.*

2 At verò ſunt alia nomina, vt ſunt Hoſpitia,& Domus ruſticæ Regularium, quæ non comprehenduntur appellatione Monaſteriorum, ſeu Collegiorum, ſtricte loquendo, vt cum Riccio, Tamburino, Bariola, & aliis dixi *in dicto vot.7.n.26.* Aliæ appellantur Grangiæ,de quibus fit mentio *in cap.fin.de cenſibus* ibi. *Nequis pro eo,quod in Oratoriis, quæ in Grangiis veſtris habetis,* &c.

Vbi notat gloſſ. marginalis; in multis 3
Hiſpaniæ locis,Grangias vocari,quæ Latini, Rura,appellant; & in prædictis omnibus inſurgit ratio dubitandi præſentis quæſtionis; an ſcilicet, Hoſpitia, Grangiæ, vel alia prædia ruſtica Regularium, in quibus vnus, vel duo Religioſi commorantur, gaudeant priuilegiis Collegiorum, vel Conuentum.

Et pro parte affirmatiua ponderari po- 4
teſt doctrina Lezanæ *tom.1.ſummæ cap.21.*
*n.15.* quem refert,& ſequitur Diana *tom.9.*
*reſol moral.tract.1.reſol.33.* qui tenent, in
Grangiis ſeu Prædiis Monaſteriorum,vtili-
tatis,vel recreationis cauſa acquiſitis,poſſe 5
conſtrui Oratoria ſine licentia Ordinarij,
in quibus diuina officia,& Miſſæ celebran-
tur; quia tales Grangiæ, vel Prædia, non
ſunt priuatæ domus priuatarum perſonarum ſæcularium, ſed Monachorum, & communitatum Regularium, nec ſunt omnino extra Eccleſiam, quia computantur, vt partes, & bona Monaſteriorum, & ita cum Lezana *tom.3.ſummæ, verbo Altare,num.14.* Rodriguez, Ioan.de la Cruz, & Leone tradit Diana *in d. reſol.33.* ergo vt partes, & bona Monaſteriorum gaudere debent eiſdem priuilegiis, quibus ipſa vtuntur.

Secundò,quia Parochiani cuiusvis Pa-
rochiæ poſſunt audire Miſſas Regularium 6
in diebus Dominicis, & feſtiuis, quas ipſi Regulares celebrant in Capellis,& Oratoriis Domorum ſuarum ruſticarum,nec per proprios Parochos impediri poteſt,vt cum Fagundez *præcept.1. Eccleſ. lib.3. cap.8.* & Ioan.de la Cruz *lib.2. de ſtatu Regulari c.5. diſtinct.7.* probat Pelliz. *in manuali Regular.tom.2 tract.8 cap.2.ſect.2. ſubſect. 2.numer.134.* Ergo id procedit ex eo,quod tales Capellæ, ſeu Oratoria conſiderantur tanquam portiones,& partes acceſſoriæ Conuentuum, ſeu Collegiorum:ergo, vt tales frui debent eiſdem priuilegis, ex iuris regula, quod acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, *l.etiam C.de iure Dotium cap. acceſſorium 42.de regul.iuris cum vulgatis.*

Tertiò, nam omnia ſuburbia, Præ- 7
dia, Villæ, Vici, Horti, viridaria, & alia loca ſubiacentia alicui Ciuitati, comprehenduntur in fauorabilibus





ſub nomine illius,& potiuntur iiſdem priuilegiis, quibus Ciuitas gaudet, vt probat Quintana Dueñas *in ſuis ſingu.theolog.moral.in appendice tr.1. dub.7.n.3.pag.274.& tract.7.dub.5. num.4.pag.341.* vbi plura iura allegat; ergo,&c.

8 Quartò, quia Iubilæum communionis generalis ſingulis Menſibus, conceſſum Societati Ieſu, à Paulo V. 30. *Aprilis* 1616. & confirmatum à Succeſſoribus, vt patet ex Bulla Vrbani VIII. relata per Quintana-Dueñas vbi proxime *dub.1.* in fine, poteſt Lucrari, & fieri communio ad eum effectum in Capellis, Sacellis, aut Oratoriis Villarum, ſeu Prædiorum ipſius Societatis, vt variis argumentis probat Quintana Dueñas *in dicto dub.7.* per totum, ergo ex eo fit, quia priuilegia communicantur prædictis locis.

9 Pro contraria autem opinione ponde-
rari poteſt; loca Regularium ſeparata à
Monaſteriis, quæ recreationis cauſa ha-
bentur, non gaudere priuilegiis, quibus
Monaſteria, vel Collegia vtuntur, vt colli-
gitur ex eo, quod quilibet poteſt cogi ad
vendendum fundum, domum,vel quid ſi-
mile non ſe mouens pro ædificatione, re-
paratione, vel ampliatione Monaſterij,
vel Collegij, vt eſt notum apud omnes
Doctores, & probatur ex *l. ſi quis ſe ul-*
*chrum ff. de Regioſ. & ſumptibus funer.* &
late tradunt Marta Rebellus P. Molina
Marcus Anton. Genuenſis, & Reginal-
dus, quos refert Tamburin. de iure Abba-
tum *tom.3. diſputatione 5. quæſtione 3. nu-*
*mero 2. in fine*, quod extendunt Marcus
Antonius Maceraten *libro 1. reſolut.112.*
*caſu 29.* & Zepola *in tractat. de ſeruit. in*
10 *rubrica de ſepult. cap.82. numero 5.* & Gui-
lielmus Benedict. *in capite Raynucius, in verb. Domum, numero 27.* etiam in ampliatione viridarij; Dummodo in vtroque caſu, id fiat non cauſa maioris recreationis, vel ad complacendum aliis, ſed pro diuino cultu, vt cum Guidone Papæ *deciſ.411.* & Laureto de Franchis *deciſ. 223.* tradit Tamburinus vbi proxime *in dicto numero 2. circa medium*; ſed Prædia ruſtica, Fodinæ, &c. potius ſunt deſtinatæ ad vtilitatem, & recreationem, quam ad alium finem, ergo Prædia ruſtica & Fodinæ non poſſunt gaudere priuilegio *dictæ leg. ſi quis ſepulcrum ff.de Relig. & ſumptibus funerum*, quoad ampliationem, cum ad finem recreationis, & vtilitatis deſtinentur.

11 Quæ roborantur ex eo, nam prædictum priuilegium ampliationis, non ha-



bet locum in Hoſpitiis Regularium, vt cum Laureto de Franchis tradit Tambur. *in d. quæſtione 2. numero 5.* per hæc verba. *Secus dicendum eſt ſi quæratur, an poſſit cogi Vicinus ad vendendum domos ſuas pro ampliatione Hoſpitij, quia priuilegium conceſſum Eccleſiæ cogendi vicinos ad vendendum non extenditur ad Hoſpitia*, &c. & late prædicta annotaui *in meo foro conſcientiæ, ſiue Paſtorali interno parte 3. voto 7. numero 46.* Sed Hoſpitia Regularium cenſeri debent aptiora loca, quam Prædia, vel domus ruſticæ, vt priuilegia conceſſa Monaſteriis,vel Collegiis ad Hoſpitia extendantur, ergo ſi in iſtis non admittitur, multo minus admitti debet in illis.

Inſuper quia Domus ruſticæ, Grangiæ, 12
vel Hoſpitia Regularium, abſolute loquendo, non gaudent priuilegiis immunitatis,vt delinquentes,qui ad ea loca confugiunt extrahi non valent, vt late probaui *in dicto meo Paſtorali interno in d. voto. 7. numero 39. & ſequentibus*, & tamen Conuentus, ſeu collegia, in quorum dominio ſunt, gaudent eo priuilegio immunitatis, vt late probat Bordonus *in ſuis reſolut. ſeu conſil. moral tom.1. reſolut. 3.* nam licet *numero 5.* extendat etiam ad Grangias, intelligendus tamen eſt ita ſentire, vt patet ex DD. quos ipſe allegat, ergo priuilegia Conuentum, ſeu Collegiorum ad prædicta loca non extenduntur.

Nec contradicit Pelliz. *in manuali Re-* 13
*gul. tom.2. tractat.8. cap.5.ſect.1.numero 6.* nam ſolum ſupponit,quod ſi Grangiæ Regularium, vel domus ruſticæ alicuius Religionis, vel Conuentus ex aliquo particulari priuilegio gaudeant immunitate; vtique gaudere debere Hoſpitia, quod diuerſum eſt, nam noſter ſermo ſolum verſatur de Conuentibus, vel Collegiis, non habentibus particulare priuilegium, quoad domos ruſticas, in quibus dicendum videtur,non extendi priuilegia.

Tandem ponderandum eſt,quod ſi ſta- 14
tutum, vel lex puniat offendentem in Domo, vel Conuentu, aut Collegio, non comprehendit talis pœna offendentem in Hoſpitio, vt cum Alciato, Alexandro & Cochier tradit Riccius *in praxi rerum fori Eccleſiaſtici deciſ. 652.* quem ad intentum allegaui *in meo Paſtorali interno in dict.voto.7.numero 36* quibus iunge Tamburin. de iure Abbatum *tom. 3. diſputatione 5. quæſtione 1. numero 10. verſ. quare dixit Baldus*, ergo ex eo eſt, quia priuilegia Conuentuum, vel Collegiorum non

comprehendunt prædia vel domos ruſticas.

15 In hac cõtrouerſia diſtinctione vtendũ dico, aut enim in Prędiis ruſticis adeſt Eremitorium, Capella, aut Oratorium Pontificis, vel Epiſcopi authoritate erectum, taliter quod oſtium habeat ad callem, vel viam publicam, & immutabiliter ſit dicatum cultui diuino, vt ibidem Chriſti fideles congregentur ad orandum, & celebrandum, vel audiendum ſacrum, & tunc dicemus, illum locum non eſſe Oratorium priuatum; ſi vero talia Oratoria ſint erecta ſine auctoritate Ordinarij, quæ regulariter ſunt tantum deſtinata, vt inſeruiant vſui Religioſorum, familiæ, aut colonorum, tunc nihil ponũt in eſſe, vt ex eo talis locus iudicetur exemptus ex traditis à Bordono *in ſuis conſiliis moralib. tom.2. reſol.9. n.1. & ſequen.* & dixi *in meo Paſtor. in dicto vot.7.n.24.*

16 Quare dicendum eſt, Prædia ruſtica, & officinas, aut aliæ Domus Regularium, deſtinatas ad vtilitatem, vel recreationem Regularium, aut aliorum exemptorum non gaudere priuilegiis, exemptionibus, aut immunitatibus, quibus gaudent Monaſteria, ſeu Collegia in quorum Dominio exiſtunt, licet ibidem commorentur vnus, vel duo Regulares pro adminiſtratione; ſi aliter ex priuilegio particulari, conceſſo tali loco, idem non habeat, vel aliàs ſi non adſit Oratorium publicum cum requiſitis ſupra adductis, & tunc licet quoad aliquos effectus id conſequi poſſint, vt eſt gaudere immunitatibus, quibus vtuntur loca pia, non verò quoad alia priuilegia Regularia, conceſſa Conuentibus, aut Collegiis.

17 Quod probatur, nam appellatione Monaſterij, Collegij, ſeu Conuentus non comprehenduntur, nec veniunt Grangiæ, vel Hoſpicium Regularium, vt cum Graſſis, Naldo Riccio & Bariola tradit Bordonus *in ſuis Conciliis Regularibus tom. 1. reſ.41. numero 6.* per hæc verba. *Hoſpitia non veniunt ſub nomine Monaſterij, aut Conuentus, neque clauſuræ, vt docet Graſſis*, &c. Idem tenet Tambur. *de iure Abbatum tom. 3. diſputat.5. quæſt.1.num.10.* ibi. *Quia appellatione Monaſteriorum non venit Hoſpitium*, &c. & late dixi, alios allegans, *in meo Paſtorali in d. voto 7.numero 26.* ergo cum Hoſpitia non comprehendantur ſub nomine Conuentuum, ſeu Collegiorum, etiamſi illa iudicare debeamus aptiora, propriora, & propinquiora loca Regularium, à fortiori ſequitur, minus comprehendi loca ruſtica, & exinde priuilegia conceſſa Conuentibus vel Collegiis, ad ea non extendi.

Secundo quia aliud eſt, locum aliquem eſſe Regularem; aliud vero eſſe locum, vel Domum Regularium exiſtentem in ipſorum dominium; in primo caſu communicantur priuilegia, quia conſiderantur tamquam vnum corpus deſtinatum ad cultum diuinum celebrandum, Deóque ſeruiendum, & ita in tali loco regulari comprehenduntur cellulæ areæ, orti, & quidquid intra ambitum Monaſterij, ſeu Collegij continetur, etiamſi non obſeruetur tam ſtricta clauſula, ſicut in dormitoriis, & clauſtris, & in his influere priuilegia Conuentus, ſeu Monaſterij non eſt dubitandum, vt cum Rodriguez, Coriolan. Sanchez, Suarez & Bonacina tradit Barb. *de vniuerſ. iure Eccleſiaſtico lib. 2. cap.3. num.75.* 18

At verò in locis, ſeu prædiis poſſeſſis à Regularibus, non ita dicendum eſt, quia non gaudent tali priuilegio, vt optime tradit Barboſ. vbi proximè *num.76.* per hæc verba. Quid dicendum de domibus, ſeu villis, quas Monachi habent recreationis gratia, vel ad recipiendum hoſpitio, illuc tranſeuntes, an habeant immunitatem? Negatiuè reſpondet Gambacurta *in dict. capite 4 numero 7.* in fine, ex eo quia immunitas non conceditur domibus Regularium ſed domibus regularibus, in quibus ſub clauſura habitant, &c. quam diſtinctionem quoad Hoſpitia Regularium late extendi *in meo Paſtorali interno in dicto vot.7.n.42.& ſequen.* 19

Ex quibus infertur, quod & ſi domus Regulares, & quidquid in eodem circuitu, vel ambitu continetur, in quibus eſt reſeruatum Sãctiſſimum, adeſt publica campana, & ſeruatur obſeruãtia Regularis gaudere debeant omnibus priuilegiis, non tamen domus, ſeu loca Regularium, quia hæc conſiderantur omnino ſecularia, vt in Hoſpitiis late dixi *in d. voto 7. numero 43. vſque ad* 45. & in Grangiis probat gloſſa *in cap. finali de cenſibus, verbo ratione viſitationis*, vbi ita concludit. *Sed in Grangiis iſtis nulla ſit viſitatio, licet ibi Monachi quandoque celebrent. Sed ad caput accedit Prælatus cauſa Viſitationis, & ibi non conſueuerunt morari Monachi, ſed conuerſi, cauſa colendi agros ſuos, & ita cum nulla fiat viſitatio; nulla propter hoc quod ibi aliquando celebrant, debet præſtari procuratio*, &c. Et optimè aduertit Azor. *tom.2.inſt.moral. lib. 3. caput 42. quæſtione 1.* vbi loquendo de procuratione ita ait. *Item eodem iure tenentur Oratoria, ſi Religioſa* 20



*Religioſa loca cenſeantur, hoc eſt, ſi fuerint Epiſcopi auctoritate erecta, & inſtituta Cap. placuit, & Cap. Epiſcopum 10.q.1. Innocentius Cap.1.de offic. Archidiaconi, & cap.cum Venerabili, & cap.vltimo de cenſibus, ſecus verò ſi ſint conſtituta priuata dumtaxat alicuius viri auctoritate*, &c.

Conducunt tradita à Tamburino *de iure Abbatum tom. 1. diſp.15.q.7. n.54. verſ. nono exempti, pag.169,* cuius verba referam, quia valde probant noſtrum intentum, ibi. *Nono exempti ſubiiciuntur Epiſcopo ratione membrorum. ſiue Capellarum non exceptarum Abbas cap. ex ore, num.1. & 4 de priuileg. vbi Innocentius Ferrar. in forma opponendi contra inſtrumenta in gloſſ. verbo,* Aliis rationibus, *num.4. licet enim probetur exemptio Capitis; non ideo cenſetur probata exemptio membrorum, argumento legis liberorum, ff.de adoptionibus; quia exempta Eccleſia non cenſentur exemptæ Capellæ Eccleſiæ ſubiectæ accedentes, vel connexæ, gloſſ. cap. rogamus 24.q.1.gloſſ. cap.cum, & plantare, & text.cap.cum Capella, de priuileg. Brixienſis in repertorio, verbo,* An exempto Monaſterio; *ex quo Eccleſia principalis eximi poteſt retenta in poteſtate Capella, & è contra, d.l.liberorum Brixienſ. in repertor. verbo, Exemptio, column.6. Ideoque debent exempti conueniri ratione membrorum coram Epiſcopo; non verô ſi conuenirentur nomine Monaſterij, vel rei exemptæ. Vbald. de canonica portione cap. 4. quæſt.8. & 9.num.1.* Hæc Tamburinus, cui iunge Lezanam *in ſum.tom.1. cap.21. n.14. & ſequent.* ex quorum doctrina deducitur argumentum, quod cum Prædia ruſtica, Fodinæ, &c. ſint membra Collegiorum, ſeu Conuentuum, licèt hæc ſint exempta non tamen membra, qualia illa ſunt; ergo, &c.

21 Et ita concludendum eſt ex prædictis rationibus, & argumentis, Prædia ruſtica, & alia loca adiminiſtrationis Regulariũ, in quibus vnus, vel duo Religioſi, pro illis colendis, commorantur, non gaudere priuilegiis Conuentuum, vel Collegiorum, provt Sacra Congregatio declarauit, & SS. D.N. Innocentius X. decreuit, & patet ex decimaquinta Declaratione Breuis ſuperius adducti in initio huius ſecundæ partis per hæc verba. *Reſpondit, non gaudere*, &c.

22 Nec obſtant argumenta pro contraria parte conſiderata, nam ad primum (de quo ſuprà *num.4.*) reſpondetur, quod etſi adadmittamus, poſſe per Regulares ex priuilegiis conſtrui in Grangiis Oratoria, etiam non obtenta licentia Ordinarij, tamen illud priuilegium, conceſſum cenſetur perſonis, nam illis tantum, & non aliis permittitur, ad inſtar alterius priuilegij altaris portatilis, quod conceſſum eſt Patribus Societatis IESV, & ideo non debet dari extenſio de perſonis ad loca, non enim ſequitur, vnus, vel duo Regulares commorantes, vel exiſtentes in Prædiis ruſticis gaudent variis priuilegiis; ergo locus gaudere debet, quia diuerſum ius, & diſtantia conſiderari debet inter vtrumque ex dicendis *infra n.26.ad ſecundum argumentum, & n.28.ad tertium.*

Et exinde talia loca, & Oratoria in eis erecta appellari debent priuata, quia ſunt erecta auctoritate priuata, & mutari poſſunt toties quoties libuerit, quod conſtituit illa tanquam priuata ad eum effectum gaudendi priuilegiis Conuentuum, vel Collegiorum ex dictis *ſupra n.9. & 22. cum ſequent.* & ita differunt ab aliis Oratoriis, quæ fuerunt decreta Pontifici, aut Epiſcopi auctoritate, & quæ habeant requiſita, de quibus *ſupra n.15.* & à me tradita *in d. voto 7.n.24.& 41.* 23

Nec contrarium inſinuant Lezana, & Diana *allegati ſupra n.5* illi namque ſolum dicunt, Oratoria Religioſorum gaudere debere immunitate, vt delinquentes, qui ad ea confugiunt, ex eis extrahi non poſſint; nam intelligi debent iuxta doctrinam ab ipſis traditam, qui loquuntur de illis Oratoriis, quæ publica ſunt ratione Clauſtri, vel Grangiarũ, quibus ex ſpeciali priuilegio eſt conceſſum, vt tradit ipſe Diana *in d.tom.9. tr.1.reſ.18. & reſol.33.* & colligitur ex doctrina Bordoni *in ſuis conſil.regul. tom.2.reſol.90.num.9.* qui cum prius dixiſſet *num.6.* prædictam doctrinam, ſcilicet talia Oratoria gaudere immunitate, ita concludit: *Nonò non poſſunt in illis admittere ad Miſſam extraneos, quia inſtituta ſunt tantum ad vſum fratrum, & eorum familiæ, & colonorum, vt colligitur ex cap. patentibus 10.de priuilegiis, Cap final.de cenſibus, & ex priuilegiorum tenore; Nihilominus non cenſetur interdicta receptio vnius, vel alterius benefactoris, aut amici ad Miſſam audiendam; maximè cum nulli præiudicium afferatur*, &c. Ex cuius doctrina (quam etiam refert, & ſequitur Diana *in d.reſol.33. verſ.notat tamen Ioan. Enriquez*) ſic efformari poteſt argumentum; in Conuentibus, & Collegiis indiſtincte licet cuicumque Chriſti fideli Miſſam audire, ſed hoc non eſt permiſſum in Oratoriis Grangiarum, vel Prædiorum ruſticorum; ergo ex eo, quia hæc non gaudent priuilegiis illorum; cum ſi ita eſſet, ſicut Miſſa poteſt in Conuentibus, vel Collegiis à quolibet audiri, ita ſimiliter 24 25

poſſet in Prædiis ruſticis; in iſtis non eſt
permiſſum, ergo priuilegia Conuentuum
non influunt in eis.
26 Similiter non obſtat ſecundum (de quo
*ſupra num.* 6.) nam diſtinctio adhibenda
eſt inter Oratoria, quæ ſunt erecta aucto-
ritate Pontificis, ſeu Epiſcopi, vel ſine illa;
in primo caſu non poterit per Parochos
impediri, quod in diebus Dominicis, &
aliis feſtiuitatibus inibi Parochiani audiant
Miſſam, bene tamen in ſecundo; & in
hunc ſenſum intelligendus eſt Pelliz. &
alij *allegati ſupra in d. n.* 6. per ea quæ lato
calamo tradunt Sanchez *de matrim. tom.* 3.
*lib.* 9. *diſp.* 15. *num.* 39. & Paulus Fuſcus Epi-
ſcopus Sarnen. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 3. vbi
probat, Oratoria ſine Epiſcopi auctoritate
erecta non eſſe loca religioſa, nec Eccle-
ſiæ nomine comprehendi, & ideo in illis
recte poſſe per Parochos impediri, ne Pa-
rochiani Miſſam audiant; ſecus in aliis, au-
27 ctoritate Epiſcopi erectis, perpetuóque re-
manentibus; ex eo tamen non ſequitur,
quod in aliis rebus indiſtinctè gaudere
poſſint omnibus priuilegiis, quibus gau-
dent Conuentus, ſeu Collegia; nam priui-
legia aliquid detrahentia de ordinaria po-
teſtate, quam habent Epiſcopi in ſuis diœ-
ceſibus ſunt odioſa, vt diximus *ſupra in p.* 1.
*clauſ.* 2. *num.* 17. *& ſequent.* & ideo reſtrin-
genda *c. ne aliqui, de priuileg. in* 6. *Cap. odia,*
*de regul. iur. eodem libro cum vulgatis*: ergo
licet concedamus, non poſſe Parochos
impedire, quod in Oratoriis publicis gran-
giarum, vel prædiorum ruſticorum Paro-
chiani audiant Miſſam, non ex eo infer-
tur gaudere poſſe aliis priuilegiis, conceſ-
ſis Collegiis, vel Conuentibus, nam cum
ſint odioſa, tanquam detrahentia de or-
dinaria Iuriſdictione, non debet fieri ex-
tenſio.
28 Ad tertium (de quo *ſupra num.* 7.) reſpon-
detur, verum eſſe, ſub nomine Ciuitatis, in
fauorabilibus comprehendi villas, ſubur-
bia, &c. ei ſubiacentia. ſed hoc procedit,
quando non adeſt tertij præiudicium, quia
tunc ſolum intelligitur conceſſio, provt
verba concedentis ſonant, & ſic priuile-
gium Ciuitati attributum non extenditur
ad villas, ſuburbia, vel domos ruſticas il-
lius, ſi ex eo aliquod præiudicium tertio
inferatur ex doctrina Cardinalis Tuſci
29 *lit. C. concluſ.* 280. *num.* 11. *&* 12. Ex qua ſen-
tentia colligitur, quod cum priuilegia con-
ceſſa Regularibus detrahant de iuriſdi-
ctione Ordinaria, reſpectu iſtius conſide-
ratur præiudicum, & ex conſequenti ſi in
priuilegiis ſolum nominentur Collegia,
ſeu Conuentus, non dicemus comprehen-
di Prædia Ruſtica ex *l.* 2. *ff. de verbor. ſignifi-
cat. l. nam quod liquidè*, *§. ſi ita legetur*, *ff. de
penu legata*, & quando vult Pontifex ſub
nomine Ciuitatis comprehendi Suburbia,
& alia ædificia, extra ipſam exiſtentia, id
expreſsè enumerat, vt habetur in *cap. ſi Ci-
uitas* 7. *de ſentent. excommunicat. in* 6. Et hãc
ſententiam ſequitur Felinus *in cap. Rodul-
phus* 35. *de reſcriptis*, vbi latè de materia 30
agit, & *num.* 8. ita ait. *Tertia concluſio, quam-
uis in materia larga, appellatione diœceſis,
veniat Ciuitas, vt in iuribus ſupra allegatis;
tamen ſecus in materia ſtricta, puta in litte-
ris ad beneficia ſecundum Hoſtienſem, Ioan.
Andr. Butrium, Imol. & Abbat. & DD. hic.
Archi. in cap. quamuis el primero, de præ-
bend. in* 6. *& eſt gloſſ. fin. in cap. accepimus, in
verbo, Eccleſia, in fine, de ætate, & qualitate, &
probatur in d. cap. quamuis cum ſua gloſſa, &
idem in priuilegiis odioſis, vel quæ ſunt in
præiudicium tertij. Secus in priuilegiis non
odioſis ſecundum Abbatem*, &c. *& ſubdit
Imola, quod iſta concluſio procedit etiam in
priuilegiis, cum illa ſint reſtringenda, quate-
nus concernunt præiudicium tertij, per Cap.
ſuper eo, de offic. delegat.* &c. Hæc Felinus: ex
cuius doctrina colligitur, priuilegia Con-
uentibus, & Collegijs, tanquam detra-
hentia de iuriſdictione ordinaria eſſe re-
ſtrigenda, & non extendenda ad Prædia
ruſtica, tanquam inducentia tertij præiu-
dicium.
Ad quartum, & vltimum (de quo *ſupra* 31
*n.* 8) reſpondetur eodem prorſus modo, ac
ad tertium, & ad doctrinam traditam à
Quintana d. ſatisfit; ipſam declarando, &
limitando, nam licet concedamus (quod
difficultate non caret, licet ſit probabile)
tale Iubilæum communionis generalis
poſſe lucrari in Capellis, Sacellis, aut Ora-
toriis Villarum, ſeu Prædiorum Societatis
IESV, attamen intelligi debet, non de qui-
buſlibet Oratoriis, Capellis, ſeu Sacellis,
ſed de illis erectis auctoritate Pontificis,
vel Epiſcopi, & immutabiliter cultui diui-
no dicatis, de quibus diximus *ſupra n.* 15.
*&* 26. non verò de illis priuatis, quæ deſti-
nantur vſui tantum Religioſorum, vel cõ-
morantium, inſeruientium in prædictis
Prędiis ruſticis, in his enim dictum Iubilæũ
communionis generalis non poſſe lucrari
dicendum videtur; de quibus non loqui,
Quintana - Duenas ſuadetur ex funda- 32
mentis, quibus ſuam ſententiam probare
intendit; nam primò dicit, talia Oratoria
eſſe fundata auctoritate Pontificis, gaude-
réque immunitate Eccleſiarum, vt ex illis
non poſſint extrahi confugientes propter
delicta, quod nullo modo conceditur
Orato



Oratoriis perpetuò non permanentibus;
vnde patet, quod etſi concederemus,
quoad hoc, dicta Oratoria permanentia
gaudere prædicto priuilegio lucrandi Iu-
bilæum communionis generalis, exinde
non ſequitur, poſſe gaudere cæteris aliis
priuilegiis, quibus gaudent Monaſteria,
ſeu Collegia ex dictis *ſupra num.* 15. *&* 16.
*cum ſequent.* & de his Oratoriis perpetuò
permanentibus, cum aliis requiſitis de qui-
bus *ſupra num.* 15. intelligenda ſunt, quæ
diximus *ſupra num.* 9. *vſque ad* 12. vt hæc
gaudeant immunitate, & priuilegio coa-
ctionis vicini ad vendendam domum, vel
fundum pro ampliatione, vel reparatione,
aut conſtructione talis Oratorij perpetuò
permanentis, & iam ædificati, non vero de
alijs non permanentibus, quæ non ſolũ nõ
gaudere poſſunt de communibus priui-
legijs, quibus vtuntur Monaſteria, vel Col-
legia, verum neque etiam de particulari-
bus, conceſſis Grangijs Regularium; Ex
quibus concludendũ eſt, prædicta prædia,
& alia loca, & in dubio propoſita, nõ gau-
dere priuilegijs, exemptionibus, & immu-
nitatibus omnibus, quibus vti poſſunt Cõ-
uentus, ſeu Collegia in quorum dominio
reperiuntur.

---

## QVÆSTIO XVI.

### An Regulares Apotheas quarũcumque mercium, Macella, & ſimilia, prę̨ſertim prope Collegia, ſeu Conuentus exercentes, poſſint ab ordinario ſub cenſuris inhiberi, ne huiuſmodi exerceant.

#### SVMMARIVM.

*Negociatio alia eſt Eccleſiaſticis licita, alia vero illicita. num.* 1.

*Emere rem ad eam reuendendã in eadem ſpecie, in qua fuit empta, ſine alia melioratione, probibitum eſt clericis, & Regularibus, num.* 2. *&* 27.

*Negocians difficile exuitur à negligentia, & non iuſtificabitur Caupo à peccatis. num.* 3.

*Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem, num.* 4.

*Radix omnium malorũ eſt cupiditas, n.* 4. *&* 5.

*Clericum negociatorem, & ex inope diuitem, fugere debemus ſicut peſtem. num.* 5.

*Negociatio prohibita & Clericis, & Regularibus, quia indecorum eſt eorum ſtatui, lucra ambire. n.* 6.

*Exercicium negotiationis, & mercaturæ plenum eſt periculis periurij, fraudum, & iniuſtitiæ. num.* 6.

*Regulares, & Clerici negociantes amittunt priuilegium clericale, & excommunicantur, inciduntque in ſuſpenſionem, ac depoſitionem. num.* 7. *&* 8.

*Pœnæ à iure impoſitæ contra Clericos negociatores diſtrictius contra Regulares negociantes exequendæ ſunt. num.* 9.

*Negociationes aliquæ permituntur Clericis, & Regularibus. n.* 10.

*Vendere poſſunt Clerici, & Regulares fructus, prouenientes ex bonis patrimonialibus, & & beneficialibus, tam in magna, quam in minuta menſura. num.* 11.

*Clerici, & Regulares poſſunt in pluribus caſibus exercere aliquam honeſtam negociationem, pro vt ſequuntur. num.* 12.

*Licet Clericis colere per laicos, agros, & terras beneficiales, & patrimoniales. n.* 15. *&* 22.

*Emere ſues, eoſque alere pro ſua, & familiæ ſuſtentatione in quercubus, & caſtaneis, in propriis bonis exiſtentibus. num.* 16.

*Folia arborum in propriis bonis exiſtentium alicui laico concedere, vt lucrum ex bombicibus inter vtrũque diuidatur, ſimiliterque arti ſericæ operam dare per tertiam perſonam, cum Epiſcopi tamen licentia. num.* 17.

*Conducere pro cultura terras Eccleſiæ, non vero laicorum, niſi ex mera præciſſa neceſſitate, num.* 18.

*Locare, & retinere Boues, & Oues, ac alia animalia, quæ habent ex ſucceſſione, & ea, illorumque fructus vendere. n.* 19.

*Granum, frumentum, hordeum, & alios fructus ex bonis patrimonialibus, & beneficialibus prouenientes vendere. n.* 20.

*Non poſſunt Boues, quos emerunt, concedere pro certa tritici quantitate, perſoluenda quolibet anno.* 21. *&* 22.

*Poſſunt concedere centum, vel quinquaginta oues proprias pro certa Caſeorum quantitate, pro ſua & familiæ ſuſtentatione, n.* 21. *&* 23.

*In molendinis ſuis molere pro alijs, poſtquam ſuos fructus moluerint, duobus tamen concurrentibus requiſitis. n.* 21. *&* 24.

*Non licet aſſumere onus colligendi, aut faciẽdi colligere à ſua familia oliuas, niſi proprij redditus Clerico ſuæque familiæ non ſufficiant. n.* 21. *&* 25.

*Poſſunt deniqne operas diurnas præſtare in bonis amicorum, ſeu propinquorum, vt hi eaſdem in prædiis propriis reſtituant, ſi*
*opera*

*opera non ſint ſordida, & inboneſta. num. 21.& 26.*

*Clericis & Regularibus prohibita eſt mercatura, & negociatio mere lucratiua. n.27.*

*Negociatio mere lucratiua ideo prohibetur clericis, & Regularibus, quia retrahit à rebus ſpiritualibus, & præbet anſam peccatis. n.28.*

*Religioſis priuatis interdictum eſt quodlibet genus negotiationis, ſeu mercaturæ. num. 29.& 31.*

*Religioſi particulares negociantes peccant contra paupertatem, quia ſunt proprietarij, nam vtuntur pecuniis. n.30.*

*Status Regularis ex ſua natura petit, non implicari negociis ſecularibus, ſed vacare Deo, & fugere pericula contra paupertatem Religioſorum. n.31.*

*Epiſcopus non poteſt impedire Clericis, & Regularibus licitas negociationes, quas ſine dedecore, aut indecentia exercuerint. num. 33.& 35.*

*Epiſcopus poteſt punire Regulares, notorie delinquentes extra clauſtra cum ſcandalo. n.34.35.& 36.*

*Regulares ſunt exempti à Iuriſdictione Epiſcopi ratione loci, perſonæ, contractus, & delicti intra clauſtra commiſſi. n.34.*

1 HAnc quæſtionem mouet in terminis Ceſpedes *in tractatu de exemptione Regularium cap. 16. dubio. 249.* poſt Lezanam *to. 1 ſummæ cap. 9. n. 59.* (de quorum doctrina dicemus *infra*) pro cuius elucidatione diſtinguendi ſunt caſus, alia namque datur negociatio licita, de qua dicemus *infra*; alia vero prohibita, & illicita Eccleſiaſticis, & Regularibus.

2 Illicita, & prohibita eſt, emere rem ad eam reuendendam in eadem ſpecie, in qua fuit empta ſine aliqua melioratione, vel mutatione, de qua loquitur textus *in cap. eiiciens, & in cap. conſequens, Cap. ſed neque 88. diſtinct. cap. clericus*, vbi gloſſa *verb. interemptores, 91. diſtinct. cap. ſecundum inſtituta 6. ne Clerici, vel Monachi.* Clement. 1. *de vita & honeſtate clericorum*; & late tradunt Leſſius alia plura iura allegans, *de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 1. num. 4. verſ. aduerte tamen primò*, P. Molina *in eodem tract. to. 2. tract. 2. diſp. 342.* Cardinalis Lugo *in eodem tractatu diſp. 26. ſect. 3. num. 23.* Fagundez *in eodem tract. lib. 5. cap. 11.* & alij plures theologi, & ex Iuriſconſultis Nauarrus *in ma-*
11 *nuali c. 25. num. 111.* Marta *in tract. de iuriſdict. p. 4. Centuria. 1. caſu. 3.* Late Gutierrez *in tract. de Gabellis. q. 93. n. 4. & ſequen.* & fere *per totam*, & alij innumeri penes Barboſ. *in collect. ad dictum cap. 2. ſecundum inſtituta. n. 2.* quibus adde Caſtro Palao *in opere morali to. 3. tract. 16. diſp. 4. punc. 13. §. 3. ſub tit. de voto Religioſæ obendientiæ*, vbi refert alios caſus prohibitæ negociationis faciendæ à Clericis, & Regularibus, & *n. 5. & ſequen.* reſoluit, emere merces à Regularibus in India; in Hiſpaniã vehendas, ex eo quod priuilegium ſit à Rege conceſſum non ſoluendi Gabellam, non inducere facultatem exequendi talem negociationem, quia eſt illicita; nec cohoneſtari ſi vna vel altera vice fiat, quia in omni caſu, etiam pro vna vice prohibitum eſt Clericis, & Regularibus tale genus negociationis; licet aliqui Doctores per ipſum relati *n. 6.* teneant: in vno vel altero caſu licere tales negociationes exercere, vbi videre poteris plura ad intentum conducentia.

Quod deducitur ex illo Eccleſiaſtes 3
*26. duæ ſpecies, & periculoſæ mihi apparuerunt: difficile exuitur negocians à negligentia, & non iuſtificabitur caupo à peccatis.*

Et clarius Apoſtolus *primæ ad Timotheũ* 4
*6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus, Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem, radix enim omnium malorum eſt cupiditas*, &c. & iterum Eccleſiaſtes. 27. *ſicut in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic intermedium venditionis, & emptionis anguſtiabitur peccatis*, &c.

Ad idem Diuus Gregorius *lib. 7. Epiſt. 110. in cap. bonorum 47. diſtinc. ibi. Bonorum Auctori inhærere aliter non valemus: niſi cupiditatem à nobis (quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamus.* Idem Ambroſius *in cap. ſi cuthi. 47. diſtinct.* vnde exclamat Hieronymus ad Nepotianum *de vita clericorum in cap. negotiatorem 88. diſtinc.* ibi. *Negotiatorem Clericum & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quamdam peſtem fuge.* Plura alia teſtimonia ad intentum conducentia adduci poſſent quæ conſulto omitto, ne in hac certa concluſione, vlterius diuertamur.

Ratio autem cur clericis, & Regularibus 6
prohibeatur negociatio, ea eſt, nam ſummopere indecorum videtur ſtatui clericali, & regulari, lucra ambire, cum totaliter animum; & cæteras potentias occupet, ex quo animum à ſpiritualibus remouet, & tale exercitium, à communiter accidentibus plenum eſt periculis periurij, fraudum, & iniuſtitiæ, vt deducitur ex Trident. *ſeſſ. 22. cap. 1. de reformat.* vbi videre poteris ponderoſa verba, quibus hoc ſuadet, & plura



plura ad intentum penes Doctores quos citat Diana *to. 1. reſol. moral. tract. 8. reſol. 72.*

7 Pœnæ autem quæ imponuntur contra Clericos, & Regulares negociantes, (modo ſuperius tradito) variæ, & plures ſunt, & primo amittunt priuilegium clericale, vt habetur in cap. fin. n. 6. de vita, & honeſtate Cler. & præterea incurrunt in excommunicationem, vt in d. cap. ſecundum inſtituta, ibi. *Sub interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi, vel Clerici, cauſa lucri negocientur*, &c. & inſuper incidunt in ſuſpenſionem, ac depoſitionem, vt patet *in dicto cap. conſequens 88. diſtinct. & cap. Clericos 91. diſtinct. cap. ſed nec 4. ne Clerici, vel Monachi*, &c.

8 Quæ quidem pœnæ fuerunt innouatæ à Tridentino *ſeſſ. 22. cap. 1. de reformat.* vbi iubet taliter, delinquentibus, dictas pœnas, & alias arbitrio Ordinarij imponendas fore ibi. *Nec non ſæcularibus negociis fugiendis copioſè ac ſalubriter ſancita fuerũt, eadem impoſterum iiſdẽ pœnis vel maioribus arbitrio Ordinarij imponẽdis obſeruẽtur*, &c. de quo late agit Barboſa *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 40. n. 114. cum pluribus ſequentibus*, vbi refert plures Doctores de materia agentes, quibus iunge Cardinalem Lugo *to. 2. de iuſtitia & iure diſp. 26. ſect. 3. n. 23.*

9 Prædictæ autem pœnæ diſtrictius exequendæ ſunt in Religioſis negociantibus eo modo, quo dictum eſt, vt reperitur decretum in Concilio Lateranen. ſub Alexandro III. *anno Domini* 1180. *cap.* 12. & habetur *to. 4. Conciliorum in impreſſis Venetiis de anno* 1585. *pag.* 105. vbi *in fine cap.* ita ait. *Diſtrictius autem decreuimus puniendum, ſi Religioſorum quiſquam aliquid prædictorum audeat attentare*, &c. & ex eodem Concilio eiſdem fere verbis repetitum reperitur in *d. cap. ſed nec procurationes 4. ne Clerici, vel Monachi*, & hæc breuiter dicta ſufficiant ad hunc articulum pro reſolutione præſentis quæſtionis infra ſumenda.

10 Aliæ autẽ negociationes permittuntur Clericis, & Regularibus, quæ proprie non dicuntur negociationes, ſed œconomicæ adminiſtrationes ad vitam degendam, vt dicit Lezana *in loco infra citando. n. 27.* vt ſunt vendere fructus prouenientes ex bonis propriis, vel beneficialibus, iuſto, & rationabili pretio, quæ eſt conſcors Doctorum, tam Theologorum, quam Iuriſtarum ſententia. Toletus *in ſum. lib. 1. cap. 38. n. 22.* Leſſius *in d. lib. 2. cap. 21. dubit. 2. n. 5* Molina *in dicta diſp. 342. verſ. ſimili modo dicendum*, Marius Alterius *de cenſur. to. 1. diſp. 19. lib. 5. cap. 6.* Lugo *in d. diſp. 26. ſect. 3. n. 29. & 30.* & alij plures idem profitentur cum Iuriſconſultis vt per Martam, alios referens, *in tract. de iuriſd. p. 4. Centuria 1. caſu. 3. n. 9.* Ferro Manrriq. *in ſuis quæſtionibus vicarialibus. p. 1. q. 58. n. 7.* & plures penes Barb. *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 40. n. 126.* vbi teſtatur, ita fuiſſe declaratum à ſacra Congregatione Epiſcoporũ, & Regularium, propoſita in Baren 15. *Nouem.* 1616.

Quam quidem negotiationem exer- 11
cere poſſunt Eccleſiaſtici, & Regulares per Famulos ſuos, tam ex fructibus patrimonialibus, quàm beneficialibus, non ſolum in magna menſura, verùm & etiam ad menſuras minutas, vt patet *ex gloſ. in cap. negociatorem 88. diſtinct.* vbi notat Marginalis, Clericum habere poſſe tauernam; quę intelligi debet in ſenſu proxime tradito Barb. *in paſtor.* alios referens, *allegat. 13. n. 10.* Marta *vbi ſupra in dicto caſu. 3. n. 13.* & alij penes Dianam *to. 4. reſol moral. tract. 1. reſol. 52.*

Vnde plures ſunt caſus, in quibus Ec- 12
cleſiaſtici, & Regulares poſſunt expendere fructus proprios, vel aliam honeſtam œconomicã adminiſtrationem exercere, ex quo fructificare valeant cum modis, & circumſtantiis à Doctoribus adductis, vt videre poteris penes allegatos à Diana *to. 1. reſol. moral. tract. 8. reſol. 72.* & Barboſ. *in d. allegat. 13. n. 11. cum ſequen.* & *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 4. à n. 119. vſq. ad* 128. vbi tradit, Sacram Congregationem fuiſſe conſultam circa Clericorum negociationes, & declaraſſe varia dubia, quæ in hac materia apud Doctores diſperſa reperiuntur; cumque in vnum ſint congeſta, libet illa referre prout ſequuntur.

Primò; an liceat Clericis terras patrimoniales, & beneficiales per laicos colere.

Secundò, pro neceſſario culturæ vſu, 13
an poſſint emere boues, & alia animalia, & fœtus illorum vendere.

Tertio, an ij qui ex propriis bonis habent Quercus, & Caſtaneas, quarum fructus ſues veſcuntur poſſint ſues emere, eoſue alere, & pro ſua, & familiæ ſuſtentatione vendere,

Quartò, an iidem Clerici cum foliis ſuarum arborum poſſint in propriis ædibus arti ſericæ operam dare, vel idem opus dare ad medietatem, ſeu ad quartum, & fructus inde percipiendos vendere abſque reatu illicitæ negociationis.

Quintò, an Clerici pauperes ad ſuam ſuæque familiæ ſuſtentationem poſſint terras Eccleſiæ conducere.

Sextò,

Sextò, an poſſint locare Boues, Oues, & Animalia, quæ habent ex ſucceſſione, vel aliis debitis, vel ex decimis, eorumque fructus vendere.

Septimò, an liceat ex oliuis, vineis, Quercubus, & aliis arboribus, exiſtentibus in terris patrimonialibus, & beneficialibus, & aliis obtentis, vendere oleum, vinum, glandes, & alios fructus ad ſuſtentationem ſua familiæ, item & granum, & frumentum huiuſmodi ex bonis patrimonialibus, aut beneficialibus.

14 Sacra Congregatio Cardinalium, Tridentini Interpretum, mandauit tranſmitti infraſcripta dubia, per manus Eminentiſſimorum, & dari declarationes S. Congregationis Epiſcoporum S. Congreg. Eminentiſ. Cardin. Concil. Trident. Interpretum, præuia matura conſideratione, & inhęrendo declarationibus aliàs factis.

15 Ad primum reſpondit, licere Clericis, agros beneficiorum, & bonorum patrimonialium, laicorum opera colere abſque metu illicitæ negociationis.

Ad ſecundum poſſe ſimiliter Clericos pro culturæ vſu Boues, & alia animalia emere, illorumque fœtus iuſto pretio, & honeſta ratione vendere, nec ob id prohibitæ negociationes prætextu vexari poſſe, aut deberi.

16 Ad tertium, item & poſſe Clericos, habentes in propriis bonis Quercus, & Caſtaneas, ſues emere, eoſque alere pro ſua & familiæ ſuſtentatione, dummodo tamen in emendis, alendis, diſtrahendiſue, nihil ſordidum, aut indecens Ordini Clericali exequantur.

17 Ad quartum, licere Clericis folia arborum, in propriis bonis exiſtentium, alicui laico concedere, eo pacto adiecto, vt lucrum ex Bombicibus, inter vtrũque diuidatur; & pariter eiſdem licere earundem arborum foliis per ſe ipſos abſque officij eorum detrimento arti ſericæ operam dare pro ſua, & familiæ ſuſtentatione, dummodo tamen in artificio huiuſmodi, perſonas non ſuſpectas adhibeant, & quo ad hoc Epiſcopi licentia, quæ gratis ſit concedenda, obtineatur.

18 Ad Quintum, Clericos pauperes ad ſuam ſuæque familiæ ſuſtentationem poſſe terras Eccleſiæ conducere abſque reatu illicitæ negociationis, bona vero laicorum non poſſe, niſi ex mera præciſa neceſſitate.

19 Ad Sextũ, poſſe retinere, & locare Boues, & Oues, ac alia animalia, quæ habent ex ſucceſſione, vel ex decimis, nec non fructus illorum vendere abſque reatu illicitæ negociationis,

20 Ad Septimum, poſſe vendere granum, hordeum, & alios fructus recollectos ex bonis patrimonialibus, vel Eccleſiaſticis, pro ſua & ſuorum ſuſtentatione.

R Cardinalis Vbaldinus.

Franc. Paulucius S. Congreg. Trident. Secret.

21 Præterea, cum in Diœceſi Alexan. & Vgentin. Commiſſarij ſpolij moleſtarent Clericos ex capite illicitæ negociationis, illi, vt à moleſtiis quotidianis liberarentur, conſulere voluerunt ſacram Congregationẽ ad hoc, vt certo ſcirent, quid agere poſſent, & ideo propoſuerunt ſacræ Congregationi declaranda ſequentia dubia, prout teſtatur idem Barb. *in d. cap.* 4. *numero* 127. *in fine verſ. ſacerdotes, & Beneficiati.*

Et primò, An Sacerdotes, & Clerici beneficiati poſſint operas ſuorum Boum, quos pro laborandis prædiis ſuis patrimonialibus, ſeu beneficialibus, aut ad eos quomodocumque ſpectantibus retinent, dum ſibi vacant aliis locare pro certa mercede abſque periculo ſpolij, & pœnarum, Clericis negociatoribus impoſitarum.

Secundò, an poſſint Boues, quos emerint, vel in ſuis prædiis educauerint, & inſtruerint, concedere, vt vulgo dicitur *à Giouatico*, & Hiſpano ſermone, *Aiudado*, pro certa tritici quantitate, quolibet anno perſoluenda.

Tertiò, an poſſint oues centum, vel ſaltem quinquaginta ſimili rarione concedere pro certa Caſeorum quantitate, pro eorum, & ſuæ familiæ vſu.

Quartò, an in ſuis molendinis pro tritico, & piſtrinis pro oleo, poſtquam ſuum triticum & oliuas moluerint, alienum triticum, & alienas oliuas certa mercede conſtituta molere poſſint, ſuppoſitis infraſcriptis, quod id ab immemorabili tẽpore fuerit factum, & obſeruatum, quod ſingulis annis non expedit pro ſolo ſeruitio proprio triginta, vel quadraginta ducatos impendere, in conficiendis piſtrinis, nam fit ex iuncis & aliis materiis, quæ menſibus quinque, aut ſex corrumpuntur, & vno equo, & quatuor perſonis inſeruientibus ipſis piſtrinis: & quod molititia oliuarum durat per quatuor, quinque, vel ſex menſes, iuxta ann orum fertilitatem.

Quintò, an poſſint aſſumere onus colligendi, aut faciendi à ſua familia colligere oliuas pro certa olei portione, Domino Olineti reddenda, ſuppoſita in hoc immemorabili conſuetudine.





Sextò, & vltimò, an poſſint in bonis amicorum, & propinquorum operas diurnas præſtare, vt illi eaſdem in prædiis propriis reſtituant.

22 *Ad dubia propoſita reſponſum fuit, vt ſequitur.* Ad primum affirmatiuè, ſi tot iuga Boum retineantur, quot ſunt pro prædiis neceſſaria, vel vltrà neceſſitatem, Boues illi nati ſint ex vaccis, quæ pro neceſſitate culturæ prædiorum, vel alio licito modo tenẽtur, per doctrinam Molinæ loco *infra cit.*

23 Ad ſecundum, quoad Boues emptos negatiuè; quo verò ad Boues proprios affirmatiue. P. Molin. *de contract. diſp.* 342. *ſub n.* 4. quem refert, & ſequitur Quarant. in *verb. vectigal*, §. *ſimiliter ad illicitæ.*

24 Ad tertium affirmatiuè, ſi oues propriæ fuerint, & non emptæ ad illum effectum, ex præcedenti Molinæ doctrinæ; & ſic emptæ contractus fiat ad comparandum neceſſaria ad victum, & non ad lucrum.

25 Ad quartum affirmatiuè, duobus cõcurrentibus, videlicet modo, ob hanc cauſam non ſe ſubtrahãt ab iis, in quibus ex officio clericali incumbere debent, & dummodo non ad lucrum, ſed ad neceſſaria vitę cõparanda pro ſe, & ſua familia, nõ enim huiuſmodi artificium ſordidum videtur, aut inhoneſtum in illis partibus, cum per vnum equum, & quatuor famulos, ſeu operarios fiat, & non per ipſos Clericos, Quaranta *vbi ſupra* per alios, §. *difficultas verſatur, circa medium & fin.*

26 Ad quintum; negatiuè, niſi proprij redditus ſibi ſuæque familiæ non ſufficiãt, nam hoc caſu ad comparandum victum, etiam aliena prædia conducere licet. gloſſ. in can. peruenit in gloſſ. *Conductores* 48. diſtinct. quod eſt de mente omnium DD. vt teſtatur Quaranta *vbi ſuprà*, §. *quæritur, in fin.*

27 Ad ſextum, ſi opera non ſint ſordida, & inhoneſta poſſunt fieri huiuſmodi cõmutationes, per ea quæ ſcribit Quaranta *vbi ſuprà* §. *difficultas in fine ex doctrina Syluestri*, &c. Hæ ſunt declarationes S. Cõgreg. ad intentũ deciſæ, quas teſtatur Barb. *Apoſt. deciſ. verb. Clericus*, quoad negociationem, *collect.* 159. *n.* 2. *in fine*, vidiſſe, & legiſſe illarum originalia ſubſcripta manu Eminent. & Reuerendiſſ. D. Card. Vbaldini, & D. Frãciſci Paulutij, eiuſdem Congregat. Secretarij, cuius atteſtationi deferendum eſt, & plura ad hunc articulum conducentia ex diuerſis declarationibus ipſius S. Congreg. ibidem videre poteris, quæ quidem licet ſolum loquantur reſpectu Clericorum; intelligendæ tamen ſunt, & idem ius ſtatuendum reſpectu Regularium, cum prohibitiones pari paſſu, & æqua lance procedant.

& licet Caſtro Palao *in d. tom.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 13. *num.* 7. *ſed verius eſt oppoſitum*, poſt Gutierrez *tract. de Gabellis*, *q.* 93. *n.* 3. vbi allegat Laſartem, & Molinam, teneant, non licere Clericis, & Religioſis negociare, non ſolum per ſe, verum nec per interpoſitam perſonam; tamen in prædictis caſibus ſtantibus dictis declarationibus non poteſt damnari tale exercitium, reſpectu communitatum; quamuis reſpectu Religioſi particularis ponderari poteſt doctrina Lezanæ, ſtatim alleganda, & negari non poteſt in omnem euentum, aliquam indecentiam ſtatui irrogari ex quacumque negociatione, etiam per interpoſitam perſonam, vt variis rationibus probat Gutierrez vbi proximè *n.* 31. *& ſeq.* Attamẽ, ſi fiat ſine dedecore, & indecentia permitti debet, maximè ſi fiat pro ſuſtentatione Communitatis, & familiæ, vt DD. admittunt, & declarauit Sacra Congregatio.

28 Quibus ſic breuiter annotatis, pro vera reſolutione præſentis quæſtionis notãdum eſt, quod tradit Lezana *tom.* 1 *ſum. c.* 9. *n.* 39. vbi ita ait. *Religioſis, ſicut & Clericis prohibita eſt mercatura, ſeu negociatio mere lucratiua, videlicet qua aliquid emitur, vt immutatum carius vendatur, ſub pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, ac depoſitionis Cap. ſecundum ne Clerici, vel Monachi, Cap. conſequens* 88. *diſtinct.* &c. *Manſionariis autẽ Regularium licitum erit aliquam apothecã habere pro vtilitate ipſorum, in quo per Sæculares vendantur, & emantur aliqua, quæ ipſis neceſſaria ſunt*, &c. *Ratio eſt, quia finis propter quem Clericis, ſeu Regularibus prohibetur lucratiua negociatio ea eſt, ne retrahantur à rebus ſpiritualibus, aut ne implicentur peccatis negociantium, aut ne attendant ad lucrum temporale. Hæc verò omnia ceſſant in præſenti, cum talis emptio, & venditio nõ fiat per ipſos, ſed per ſæculares, nec attendatur ad temporale*, &c.

29 *Priuatis autem Religioſis nullo modo licet, nec per ſe, nec per alios huiuſmodi negociationem, aut mercaturam exercere. Tum quia in prædictis Capitibus eſt illis prohibitum. Tum propter magnam indecentiam, & pericula peccandi, præſertim contra paupertatem religioſam, quæ in hoc reperiuntur.*

30 *Vnde ſic facientes peccant contra paupertatem, & ſunt proprietarij, quia vtuntur pecuniis modo ſupra prohibito, & ſine licentia ſuorum ſuperiorum, cum non poſſint illam ad hoc concedere. Vnde, eſto quod ſtando in vi prohibitionis Eccleſiaſticæ poſſet Religioſus per alios negociare, prout volunt aliqui, quos ſequitur Diana to.* 1. *tract.* 8. *de contractibus, & cambiis, reſol.* 72.

31 *Stando tamen in iure naturali ſtatus Religioſi, qui petit non implicari negotiis ſæcularibus, vacare Deo, & fugere pericula contra paupertatem religioſam, non video quomodo non ſit indignum, indecens, & indecorum Religioſo negotiari, etiam per alios,* &c. Hæc Lezana; cuius verba volui ad longum referre, vt ex eius doctrina inferatur, quod etſi communitatibus Regularium, & Clericis licitum ſit in prædictis caſibus, relatis *in hac quæſtione, à num.* 13. *vſque ad* 26. lucra quærere, quæ propriè non dicuntur lucratiuæ, ſed œconomicæ negociationes, vt dicit ipſe Lezana; at nullo modo licere particularibus Regularibus, ſtando in iure proprio, & naturali ſtatus Religioſi incumbere talibus exercitiis, propter inconuenientia, & rationes proximè adductas.

32 Quare concludendum eſt, non poſſe Epiſcopum impedire communitatibus Religioſorum prædictas negociationes relatas *ſuperiùs à num.* 13. *vſque ad* 26. & alias eiuſdem ſpeciei, nec ex eo inhibere cenſuris, ne talia exerceant; bene tamen id efficere valebit, ſi contrahant emendo, vel vendendo, aut negociando modo, & forma *ſupra tradita num.* 2. *& ſequent.* & tunc ſi conſtet de tali negociatione poterit procedere ad punitionem, ſeruata tamen forma, & praxi, quam adduximus *ſupra*

33 *quæſt.* 12. Et videtur de mente Tamburini *tom.* 1. *de iure Abbatum dipſutat.* 15. *quæſt.* 7. *num.* 54. *pag.* 169. vbi inter caſus ab ipſo relatos, in quibus Epiſcopi habent iuriſdictionem, & poſſunt procedere contra exemptos, in decimotertio, ita ait: Ordinarius coërcet exemptos, exercentes illicitas negociationes in locis non exemptis, *gloſſ. in* 2. *Clementina* 1. *de vita & honeſtate Clericorum*, vbi Cardinal. *in quæſt.* 2.

34 Ceſpedes tandem in tractatu *de exemptione Regular. cap.* 26. *dubio* 249. poſtquam prædicti Tamburini doctrinam retulit *num.* 2. tenet, *Non poſſe Regulares negotiantes ab Epiſcopo puniri, quidquid ſit de aliis exemptis, & rationem reddit, quia Regulares ſunt exempti ab Epiſcopi Iuriſdictione ratione loci, perſonæ contractus, & delicti*, &c. & vltimo concludit. *Sed aduerte hic ſtudioſè Lector, has illicitas negociationes Regulares exercere frequenter cum ſcandalo Populi notoriè*, &c. *Et tunc Epiſcopus eandem abſque dubio facultatem habebit in Regulares, ac habet, vt diximus, dum extra clauſtra delinquunt notoriè cum ſcandalo*, &c. *Aduertant maximè Regulares, & ſua animaduerſione tollant, ne animaduertat Epiſcopus.* Hæc Ceſpedes.

35 Neſcio equidem, in quo fundet Ceſpedes differentiam, vt Regulares non poſſint ab Epiſcopo puniri, ſi illicitas negociationes exerceant, quidquid ſit de aliis exemptis negociatoribus; ſi enim ſunt exempti, pariformiter debet exemptio operare, nam cum exemptio ſit liberatio à Iuriſdictione Ordinarij, *Cap. recepimus, de priuileg. cap.* 1. *cap. cum perſonæ, cap. per exempt. eodem titulo, in* 6. *cap. ſicut vnire, de exceſſibus Prælatorum*, & tradunt communiter Doctores *in dicto cap. cum perſonæ*, latè Cochier *de iuriſdictione Ordinar. in exemptos, tom.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 3. *& ſequent.* æqualiter idem ius in omnibus operare debet, cum eodem ratio vigeat *ad legem illud, ff. ad legem Aquiliam, l. illud, C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, cum aliis adductis per Simonem Vaz. Barboſ. *in princip. iur. lit. R, num.* 6. Nec maior ſit ratio in vno, quam in altero caſu; & præterea ſi ipſe Ceſpedes fatetur, has illicitas negociationes frequenter cum ſcandalo populi notoriè exercere Regulares, & tunc abſque dubio Epiſcopos eandem facultatem habere in Regulares, ac habent dum notoriè cum ſcandalo delinquunt extra clauſtra, quo caſu poteſt procedere; ſequitur manifeſtè, non bene illos omnino eximere, cum ſaltem eo modo contra ipſos procedere poſſit; ex quibus omnibus concludendum eſt, quod licet Epiſcopus non poſſit inhibere Regulares ſub cenſuris, aut aliis pœnis, ne exerceant per miniſtros, ſeu famulos adminiſtrationes, ſeu lucra ſuperius *relata num.* 13. *vſque ad* 28. & alia ſimilia eiuſdem ſpeciei, bene tamen contra illos procedere poſſe, ſi illicitis negociationibus vtantur, de quibus *ſuprà numero* 1. *& ſequentibus*, & tunc ſeruanda eſt forma, & praxis ſuperius tradita *in quæſt.* 12. provt declarauit Sacra Congregatio; & Sanctiſſimus D. N. Innocentius X. decreuit, vt patet ex decimaſexta Declaratione Breuis ſupra relati in initio huius ſecundæ partis in hæc verba. *Reſpondit, non poſſe Epiſcopum hoc prohibere Regularibus exemptis, ſed ſi in præmiſſis ita notoriè delinquant extra clauſtra, vt populo ſcandalo ſint, ſeruandum eſſe quod dictum eſt ſuprà in reſponſione ad duodecimum*, &c.





## QVÆSTIO XVII.

Vtrùm Regulares, etiam Patres Ieſuitæ, in ſuis prædiis, opificinis, aliiſque ſuis domibus ſæcularibus, ſitis intra limites Parochialium, ad ſe non ſpectantium, poſſint adminiſtrare Sacramentum Baptiſmatis, ſolemnis Matrimonij, Extremæ-Vnctionis, & Euchariſtiæ, in Feſto Paſchatis, famulis, mercenariis, ruſticis, ſiue aliis id genus hominibus ſæcularibus, abſque Ordinarij, vel Parochi licentia.

### SVMMARIVM.

*Regulares non poſſunt miniſtrare Sacramenta Matrimonij, Extremæ-vnctionis, aut Euchariſtiæ, ſine expreſſa Parochi licentia, in cuius Parochia exercenda ſunt, n.* 1. *&* 2.

*Religioſi miniſtrantes Sacramenta Matrimonij, Extremæ-vnctionis, &c. ſine Parochi licentia, ipſo facto incurrunt in excommunicationem, reſeruatam Sedi Apoſtolicæ, n.* 2.

*Regulares poſſunt miniſtrare Sacramentum Matrimonij, Euchariſtiæ in die Paſchatis, & aliorum, ſine licentia Parochi, ſi ad hoc habeant ſpeciale priuilegium, num.* 3. *quod intellige vt n.* 7.

*Minores habent priuilegium miniſtrandi Sacramentum Euchariſtiæ & Extremæ-vnctionis, illis quorum confeſſiones audierint: ſi Parochi in legitima cauſa diſtulerint illa conferre, n.* 3. *quod extende ad cõmunicantes priuilegia cum illis, n.* 6. *ſed limita, vt n.* 14.

*Minores poſſunt ex priuilegio miniſtrare omnia Sacramenta familiaribus fratrum, & Tertiariis, illis ſeruientibus, n.* 4. *quod extende ad communicantes cum illis, n.* 6. *ſed limita, vt n.* 14. *&* 15.

*Monachi S. Benedicti Obſeruantiæ Hiſpaniæ habent priuilegium miſtrandi Sacramentum Extremæ-vnctionis, qui intra ſepta Monaſterij infirmati fuerint abſque Ordinarij, vel Parochi licentia, vel aſſenſu, n.* 5. *quod extende ad communicantes cum illis, n.* 6.



*Licentia Parochi omnino eſt neceſſaria, vt Regulares poßint miniſtrare Sacramenta Matrimonij, Extremæ-vnctionis, & aliorum, ſæcularibus, non obſtantibus aliquibus priuilegiis ab ipſis obtentis n.* 7.

*Regulares Minores non debent extra Conuentum miniſtrare Sacramenta ſuis territoriis, præter Sacramentum Pænitentiæ, n.* 8.

*Prælatus Regularis ſi contra voluntatem Religioſi Parochi, ſubditi ſui miniſtrauerint Sacramenta Matrimonij, Extremæ-vnctionis, &c. incurrit in pœnas, & cenſuras Clementinæ* 1. *de priuileg. n.* 9.

*Parochi Eccleſiæ vnitæ Conuentui ſubſunt, quoad adminiſtrationem Sacramentorum, Religioſis deſtinatis ad exercendam curam, non vero Prælato Conuentus, numero* 10.

*Regularis non poteſt deputari ad exercendam curam Parochialis vnitæ Conuentui ſine conſenſu ipſius Prælati, n.* 11.

*Deputatio facta à Prælato Regulari, vt Religioſus poßit exercere curam animarum, non ſufficit ad eam exercendam, ſi non præcedat Ordinarij approbatio, taliter quod ſi ſe ingerat in illa, incurrit in pœnas Clement.* 1. *de priuileg. n.* 12.

*Fideles omnes ſubiiciuntur Parocho in receptione omnium Sacramentorum, præter Ordinem, &c. n.* 13.

*Ius Parochiale quoad adminiſtrationem radicatum remanet in proprio Parocho, numero* 13.

*Caſus exceptus firmat regulam in contrarium, num.* 14.

*Viri Collegialiter viuentes, aut cum Religioſis Clauſtralibus degentes, & fæminæ virginalem cælibem, aut caſtam vidualem vitam ducentes, vti poſſunt priuilegiis ſuorum Ordinum, non vero ſi ſeparatim, & in propriis domibus viuãt, n.* 15. *&* 16.

*Religioſi, in partibus Indiarum, poſſunt fungi munere Parochorum in defectum Preſbyterorum, obtenta ſolum licentia ſuorum Superiorum ex Conceſſione Pij V. n.* 17.

*Regulares in Indiis, habẽtes à Capitulis Prouincialibus licentias adminiſtrandi Sacramenta, & fungendi munere Parochorũ, poſſunt illud efficere ſine licentia Ordinariorum ex conceſſione Pij V. hodie tamen talis Conſtitutio reuocata remanet ex alia Gregorij XV. num.* 18.

1 QVia baſis, & præcipuum fundamentum dicendorum in hac quæſtione pendet ex verbis Clementinæ 1. *de priui-*

*legiis*, illa referam quæ talia ſunt. *Religioſi, qui clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrare, Matrimoniave ſolemnizare, non habita ſuper his Parochialis Presbyteri licentia ſpeciali, aut qui excommunicatos à Canone, præterquam in caſibus à iure expreſſis, vel per priuilegia Sedis Apoſtolicæ conceſſis eiſdem, vel à ſententiis per ſtatuta prouincialia, aut ſynodalia promulgatis, ſeu (vt verbis eorum vtamur) à pœna, culpa abſoluere quemquam præſumpſerint; excommunicationis incurrant ſententiam, ipſo facto per ſedem Apoſtolicam dumtaxat abſoluendi, quos etiam locorum Ordinarij (poſtquam de hoc eis conſtiterit) excommunicatos faciant publice nuntiari, donec de abſolutione ipſorum eis fuerit facta fides, nullo Religioſi eiſdem ſuper hoc exemptionis, vel priuilegio ſuffragante*, &c.

2 Ex quo textu clare patet, non poſſe Regulares miniſtrare Sacramenta Matrimonij, Vnctionis, & Euchariſtiæ ſine expreſſa Parochi licentia, in cuius Parochia talia Sacramenta, aut quodlibet ipſorum exercendum eſt, ſub pœna excommunicationis, ipſo facto incurrendæ, cuius abſolutio reſeruatur Sedi Apoſtolicæ, vt tradunt communiter Doctores Filliuc. *tract.* 15. *n.* 184. *& ſequent.* Marius Alter. *de cenſuris diſp.* 22. *cap.* 3. *n.* 3. Rodriguez *to.* 2. *quæſt. Regul. q.* 60. *art.* 2. *verſ. decima excommunicatio reſeruata*, vbi plura notat ad intellectum dictæ Clementinæ I. & Miranda *in manuali Prælatorũ to.* 1. *q.* 49. *art.* 1. Azor. *to.* 1. *inſtit. moral lib.* 12. *cap* 13. *q.* 5. Ceſpedes *de exemptione Regul. cap.* 6. *dub.* 126. Et quoad matrimonium Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 48. *n.* 8. *&* 9. *& lib.* 6. *conſ. cap.* 9. *dub.* 2. & alij plures relati à Barb. *in paſtor. allegat.* 32. *n.* 192. *& allegat.* 59. *n.* 96. & *in collect. ad Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 1. *n.* 158. & reſpectu Sacramenti Baptiſmi reperitur etiam prohibitum in cap. *placuit el ſegundo, decima ſexta quæſt.* 2. ibi *Placuit communi noſtro concilio, vt nullus Monachorum*, &c. *neque filium de Baptiſmo accipere, neque baptizare*, &c. & quod ad Extremã vnctionem adeſt declaratio Sacræ Congregationis in Eſina 13. Iulij 1589. teſte Nouario *in lucerna Regular. verbo, Oleum, n.* 1. quem refert Barboſ. *Apoſt. deciſ. collect.* 543. *n.* 13. per hæc verba: *Ordinarij permittere debent quod Regulares teneant in eorum Eccleſiis Oleum Sanctum pro ipſorum vſu dumtaxat*, &c.

3 Hæc tamen generalis regula fallit, & non habet locum, ſi Religioſi aliquo ſpeciali priuilegio ſint muniti, quia tunc bene poſſunt ſine licentia Parochi, prædicta Sacramenta miniſtrare, vel ſaltem illa quæ ſpecialiter in priuilegiis continentur. Vnde cum aliquæ Religiones plura, & varia habeant, videtur dicendum, vti poſſe illis, vt patet ex conceſſione Sixti IV. facta fratribus Minoribus, vt poſſint miniſtrare Sacramenta Euchariſtiæ, & Extremæ- vnctionis, illis quorum confeſſiones audierint, ſi Parochi ſine legitima, & rationabili cauſa diſtulerint, vel noluerint, aut denegauerint ipſis illorum adminiſtrationem, vt habetur in compendio priuilegiorum Mendicantium *verbo, excommunicatio.* §. 6. cuius verba refert Miranda *in d. quæſt.* 49. *Artic.* 1. *concluſ.* 1.

Et alterum Clement. IV prædictis Minoribus, vt poſſint adminiſtrare omnia 4
Sacramenta familiaribus fratrum, & Tertiariis, illis ſeruientibus & alterum Eugenij IV. pro tertiarijs conuerſis, atque oblatis, Ordinis Minimorum, quorum priuilegiorum meminerunt Barb. *in d. allegat.* 50. *num.* 97. & Lezana *in ſumma to.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. illorumque verba reperies penes Mirandam *in d. q.* 49. *artic.* 1. *Concluſ.* 1. vbi in calce ita concludit. *Tandem* 5
*vltimo circa hanc materiam Sacramenti Extremæ vnctionis refertur in ſupradicto compendio, verbo, Extrema vnctio quod Nicolaus Francus, Apoſtolicæ ſedis Nuncius, & Orator, cum poteſtate legati de latere, à præfata ſede deputatus in Regnis Caſtellæ, Legionis, & Aragoniæ, conceſſit Monachis S. Benedicti obſeruantiæ Hiſpaniæ, quod ſi qui intra ſepta Monaſteriorum infirmati fuerint, extremam vnctionem dare Apoſtolica auctoritate libere, & licite poſſint, Parochialis Presbyteri, vel alterius cuiuſcumque Epiſcopi, vel ſuperioris licentia, vel aſſenſu nullatenus requiſitis. Quibus omnibus priuilegiis ſupradi-* 6
*ctis potiuntur vtique, ac potiri poterunt, non ſolum fratres, quibus directe, & immediate facti ſunt prædictæ conceſſiones, verum etiam omnes alij priuilegium habentes communicationis*, &c. Hæc Miranda.

Quibus ſic ſe habentibus, videndum 7
eſt, an prædictis priuilegiis non obſtantibus, poſſint Regulares prædicta Sacramenta adminiſtrare ſine Ordinarij, vel Parochi licentia, & dicendum eſt, non poſſe ex diſpoſitione dictæ Clementinæ I. *de priuilegiis*, & ita in terminis tenenr Lezana *in ſummæ tom.* 1. *cap.* 9. *numero* 31. *& cap.* 21. *numero* 8. *&* 9. *&* 10. *& tom.* 5. in Mari Magno Eremitarum Sancti Auguſtini *in* §. 45. *per totum*, & in Mari Magno Prædicatorum §. 1. *num.* 45. *Bordonus in ſuis Reſol. ſeu conſ. moral.*



*moral. to.* 1. *reſol.* 7. *n.* 49. *&* 50. & alij penes Barboſ. *in dicta allegat.* 50. *n.* 96. *& ſequen. & de offic. Parochi p.* 2. *cap.* 20. *n.* 7. *&* 8. quibus iunge Riccium *in praxi aurea & quotidiana reſol.* 210. *n.* 1. *circà finem, verſ. duodecimo ſi Regulares*, Tamburinum *de iure Abbatum to.* 2. *diſp.* 13. *q.* 13. *n.* 13. & alios *ſupra relatos n.* 2.

8 Et ita fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione in Spoletana terræ de Viſſo 20. *Iunij* 1609. teſtatur Barboſa *Apoſtolicarum deciſ. collect.* 654. *numero* 2. per hæc verba. *Regulares non debent extra conuentum miniſtrare Sacramenta ſuis Tertiariis, præter Sacramentum Pœnitentiæ*, &c.

9 Quod adeo verum eſt, vt ſi Prælati contra voluntatem Religioſi Parochi, ſubditi ſui, miniſtrauerint Sacramenta Matrimonij, Extremæ vnctionis, vel alterius cuiuſlibet, incurrunt in pœnas, & cenſuras dictæ Clement. 1. *de priuilegiis*, eodem prorſus modo, ac ſi in aliena Parochia miniſtraret ſine proprij Parochi licentia, vt optimè conſiderat Bordonus *in ſuis reſolutionibus vel conſiliis moralibus to.* 1. *reſol.* 7. *n.* 49. vbi poſt varias rationes ita concludit.

10 *Tum quia ſi iſte Superior miniſtrare præſumeret hæc Sacramenta in alienæ Parochia, non vnita ſuo Monaſterio, ſine dubio incurreret, ergo & miniſtrando Parochianis ſub cura vnita ſuo conuentui: nam in hoc caſu Parochiani iſti non magis ſubiiciuntur ſibi quam illi, qui nullo modo ipſi ſunt ſubiecti, ergo neque Parochiani propriæ Eccleſiæ, cui annexa eſt cura animarum.*

11 *Nec prodeſt quod ſine eius deputatione, non poßit approbari ab Epiſcopo, & vtrique Religioſus Parochus, vt ſic, ſubiicitur, quia illa deputatio ius ſolum in habitu tribuit Religioſo deputato, ita quod nullum actum curæ exercere poteſt, antequam approbetur ab Epiſcopo.*

12 *Vnde cum aliud ſit deputare, aliud exercere curam, quod poſterius acquiritur per approbationem Epiſcopi, quæ nõ redundat in ſuperiorem, qui non dicitur approbatus; idcirco ſe ingerendo in adminiſtratione illorum Sacramentorum, ſine dubio dictam pœnam incurrit*, &c. vſque huc Bordonus.

13 Ratio prædictorum eſt; quia omnes fideles ſubiiciuntur Parocho proprio in adminiſtratione, & receptione omnium Sacramentorum præter Ordinem, vt cum Syluestro, & Sanchez tradit Barboſ. *de officio Parochi p.* 2. *cap.* 19. *n.* 10. quibus iunge Lezanam *to.* 1. *ſummæ cap.* 9. *n.* 31. nam talis adminiſtratio Sacramentorum eſt actus Iuriſdictionis, quam exercere non poteſt, niſi ille cui ex munere cõpetit, cum igitur Regulares ad eum effectum illa careant ex diſpoſitione dictæ Clementinæ I. ergo ſi ſe ingerant in adminiſtratione, vſurpabunt, quod non habent, argumento textus in Clement I. & ibi gloſſ. & communiter DD. *de offic iudic. delegat.* vt optime tradit Campanalis *diuerſ. iur. canon. rubrica* 12. *cap.* 13. *n.* 55.

Neque priuilegia contra prædicta ali- 14
quid operantur, nam illud Sixti. IV. ſolum habet locum, vt poſſint fratres Minores adminiſtrare Sacramentum Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis illis, quorum Confeſſiones audierint, quando eorum Rectores, ſeu curati malitioſè, aut ſine rationabili cauſa denegauerint, aut diſtulerint illa ipſis adminiſtrare, ergo ſecluſo illo caſu, in cæteris remanent adſtricti in diſpoſitione iuris, vt alia Sacramenta miniſtrare non valeant, per regulã iuris, quod caſus exceptus firmat regulam in contrarium, præter expreſſum *l. nam quod liquide* §. *finali, de pœna legata, l. quæſit.* §. *idem Pomponius*, vbi gloſſa *verbo, nõ poteſt. ff. de fundo inſtructo, cap. de coniugio leproſorum*, Seraphinus *deciſ.* 718. *n.* 7. *& deciſ.* 1251. *n.* 11. *&* 23. Gratianus *to.* 3. *diſcepta. foren. cap.* 522. *n.* 23. & tradunt communiter DD. & ideo in illis caſibus tantum erit permiſſum, non vero in aliis.

Præterquam quod prædicta conceſſio 15
fuit moderata per Leonem X. de quo vide Mirandam *vbi ſupra in dicto to.* 2. *q.* 49. *artic.* 1. & Barboſ. *in d. allegat.* 50. *numero.* 97.

Eodem prorſus modo reſpõdetur ad alia priuilegia, nam ad illa Clementis IV. Iulij II. Eugenij IV. & aliorum reſpondetur, ſolum loqui cum fratribus, & familiaribus degentibus intra ſepta Monaſteriorum, vt patet ex contextura ipſorum priuilegiorum, de quibus Miranda, vbi proxime, & ita intelligenda ſunt priuilegia, pro illis qui collegialiter viuunt, vt optime aduertit Lezana *to.* 2. *ſummæ cap.* 14. *numero* 34. per hæc verba.

*Quoad Sacramenta recipienda, licet* 16
*viri collegialiter viuentes, aut cum clauſtralibus habitantes, & fœminæ, virginalem cælibem, aut caſtam vidualem vitam ex voto ducentes, poßint vti priuilegiis ſuorum Ordinum; tamen viri ſeparatim viuentes, aut fæminæ prædictam vitam non gerentes, quales ſunt maritatæ, aut aliæ, quæ non habent prædictum votum, Euchariſtiam in die Paſchatis, Extremam-Vnctionem, & alia Eccleſiaſtica*

*Sacramenta* (*Sacramento Pœnitentiæ dumtaxat excepto*) *à proprio Sacerdote ſuſcipere tenetur, ita enim decernitur in prædicta Bulla Leonis X. & Concilio Lateranenſi, Caſarruuios in compend. priuileg. Mendicant. verbo, Mulieres, num.6. & 7. Rodriguez to.1. q.56. art.*10. *Gauant. in manuali Epiſcop. verb. regular. iura ſub Epiſcopo, num.*53. Hęc Lezana; ex cuius doctrina patet, dicta priuilegia ſolum afficere illos, qui, ſtrictè loquendo, gaudere poſſunt priuilegiis Religionum, in aliis verò non poſſe operari, ac per conſequens diſpoſitionem dictæ Clementinæ 1. in ſuo robore permanere, quod idem probat nouiſſimè Carolus Antonellus *de Regimine Eccleſiæ Epiſcopalis, lib.7. cap.12. num.*13. & vide Pellizz. *in manuali Regul. tom.2. tract.8. c.3. ſect.2. ſubſect. 1. num.*55.

17 Et antequam vltimam ma num huic quæſtioni imponamus, notand um, & inquirendum eſt, an prædicta reſolutio locum habeat, & de plano procedat in nouo Indiarum orbe, cum enim principale obiectum huius tractatus tendat ad firmũ intellectum Breuis Sanctiſſimi D. N. Innocentij X. pro controuerſiis inter D. Epiſcopum Angelopolitanum in Indiis Occidentalibus ex vna, & Clericos Regulares, ſeu PP. Societatis Iesv ex altera; licet declarationes, & reſolutiones omnes æqualiter afficiant, & locum habeant vniuerſaliter, vt patet ex hucuſque à nobis dictis, & infra dicendis, mouet animum ad hanc vltimam annotationem, quoddã Breue Pij V. *ſub dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die* 24. *Martij* 1567. quod incipit, *Exponi nobis*; habetúrque in Bullario Cherubini *to.2. in Conſtitutionibus eiuſdem Pij, Conſtit.*34. vbi conceditur, quod in partibus nouarum Indiarum poſſint Religioſi, ob defectum Presbyterorum, obtenta ſolum licentia à ſuis Superioribus in Capitulis Prouincialibus, & ſine alia ordinariorum, fungi munere Parochorũ; dummodo tamen intelligant idioma Indorum, cum qua licentia, & approbatione ſuorum Superiorum, & non altera poſſint prædicta Sacramenta adminiſtrare, vt latiùs continetur in dictà Conſtitutione, & de ea latè ex profeſſo agemus *infra q.*21. cuius auctoritate Rodriguez *tom.1. quæſt. Regul. quæſt.*35. *art.2. in fine, & in ſequentibus articulis, vſque in finem quæſtionis*, cum Veracruz, quẽ refert, & ſequitur Sanchez *de matrim. to.1. lib.3. diſput.26. & ſequent.* & Lezana *tom. 1. cap. 9. & num.31. in fine.* tenent, prædictos Regulares habentes licentias, & approbationes à ſuis Capitulis Prouincialibus, poſſe in Indiis dicta Sacramenta adminiſtrare ſine licentia Ordinariorum.

Et quamuis prædicta opinio fundamentum habere poſſit in illa Pij V. *Conſtit.* 34. hodie tamen non ita procedit; cum illa fuerit moderata, & reuocata per aliam Gregorij X V. *ſub dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ* 1622. *Pontificatus ſui anno ſecundo*, quæ incipit. *Inſcrutabili Dei prouidentia*, & habetur in vltimo Bullario Cherubini *to.4. in conſtit. eiuſdem Gregorij* XV. *conſtit.*18. *pag.* 296. cuius verba referã *infra. q.*21. vbi ex profeſſo de hoc articulo agemus; ex qua conſtitutione patent, moderationes, & reuocationes diuerſorum priuilegiorum, obtentorum à Regularibus, circa animarum curam, Sacramentorumque adminiſtrationem, atque Sanctimonialium Monaſteria, prædicationémque Verbi Dei. Vnde dicendum eſt, in vim prædictæ Conſtitutionis Gregorianæ non poſſe prædictos Regulares, nec in Indiis adminiſtrare Sacramentum Baptiſmatis, ſolemnis Matrimonij, Extremæ-vnctionis, & Euchariſtiæ in feſto Paſchatis, famulis, Mercenariis Ruſticis, ſiue aliis id genus hominibus ſæcularibus abſque Ordinarij, vel Parochi licentia, & admiſſione, vt patet ex *infra dicendis quæſt.*21. vel ad ſummum, id fieri poſſe cum moderationibus, & limitationibus vbi remitto Lectorem, ne repetamus, quod proprium eſt illius loci; & ita declarauit Sacra Congregat. & Sanctiſſ. D. N. Innocentius X. decreuit, vt patet ex decimaſeptima Declaratione Breuis *in initio huius ſecundæ partis relati*, per hæc verba. *Reſpondit, Non poſſe.* 18

---

## QVÆSTIO XVIII.

## Vtrùm Patres Societatis Iesv, in Ciuitate, & Diœceſi Angelorum in Indiis Occidentalibus, poſſint conſecrare vaſa ſacra, Altaria, & ſimilia, in quibus vnctio requiritur.

### SVMMARIVM.

*Ornamenta Eccleſiaſtica, & alia quæcumque ad diuina pertinentia poſſunt benedicere Priores Conuentuales, ſecluſis illis, in quibus Chriſma adhibetur, num.*1. *&* 2.





*Abbates Generales, & Conuentuales Ordinis Ciſtercienſis poſſunt ex priuilegio benedicere Ornamenta Eccleſiaſtica, & alias res ſacras ad vſum tantum fratrum, ſeu Monachorum, exceptis illis, in quibus vnctio Chriſmatis requiritur, n.*2. 3. *&* 5.

*Facultas benedicendi paramenta Eccleſiaſtica, conceſſa aliquibus ſuperioribus Regularibus, locum tantum habet pro vſu fratrum, vel Monachorum n.*3. *&* 4.

*Abbates, etiam Sancti Benedicti, non poſſunt benedicere res ſacras, in quibus vnctio requiritur, niſi aliquo ſpeciali ſedis Apoſtolicæ priuilegio eis concedatur, n* 5.

*Prælati Regulares, aut Abbates, etiam S. Benedicti, non poſſunt conſecrare vaſa ſacra, Patenas, Pixides* &c. *nec Alteria, Lapides, aut Campanas, ſeu alia, requirentia ſacram vnctionem n.*6. *&* 7.

*Conſecratio vaſorum ſacrorum, & aliarum rerum, requirentium ſacram vnctionem, eſt Ordinis Epiſcopalis; non vero iuriſdictionis n.*8. *&* 15.

*Prælati inferiores de iure non poſſunt efficere, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, n.*8.

*Pontifex poteſt concedere non ſolum Prælatis Regularibus, verum cuicumque Præsbytero, facultatem, & priuilegium conſecrandi vaſa ſacra, & alia requirentia vnctionem ſacram, n.*9.

*Iuriſdictio omnimoda ſi ſit conceſſa à Papa alicui, cenſetur conceſſum, quidquid Epiſcopus exercere poſſet, præterea, quæ ſunt Ordinis, n.*10. *&* 11.

*Benedictio earum rerum, quæ requirunt vnctionem ſacram, ſolis Epiſcopis competit, numero.*11.

*Epiſcopi non poſſunt delegare clericis inferioribus ea, quæ ſunt Ordinis; bene tamen, quæ ſunt iuriſdictionis, n.*12.

*Exempti tenentur poſtulare Epiſcopo omnia, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, n.*13. *&* 14.

*Quæ ſunt propria Ordinis Epiſcopalis, nec conſuetudine, nec præſcriptione acquiri poſſunt, n.*14.

*Exempti in omnibus illis ſubiiciuntur Epiſcopo, quæ ad ordinem Epiſcopalem pertinent, ſi aliàs ad id non habeant priuilegium exemptiuum. n.*15.

1 HÆc quæſtio facilè reſolui poteſt, quæ decidetur ex his quæ tradunt Rodriguez *to.1. quæſt. Regul. quæſt.* 19. *artic.*2. Ludouicus Miranda *in manuali Prælat. to.2. quæſt.*40. *art.*1. *concl.*1. vbi probant, fuiſſe à Leone. X. conceſſum Prioribus Conuentualibus, & Guardianis, aliiſque quibus illa munera correſpondent, vt poſſent benedicere ornamenta, & paramenta Eccleſiaſtica, & alia quæcumque ad diuinum cultum pertinentia pro vſu tantum fratrum, ſeu Monachorum, & ſimiliter Eccleſias, Cæmeteria, Capitula, & oratoria, &c. Attamen ſi Chriſma ſit neceſſarium, id efficere non poſſunt, vt patet ex verbis ipſius conceſſionis Leonis. X. ibi. *Ac omnia alia quæcumque ad diuinum cultum neceſſaria, in quibus Chriſma non interuenit*, &c.

Quod idem conceſſum fuit Abbatibus Generalibus, & Conuentualibus, Ordinis Ciſtercienſis per Gregorium XIII. per ſuũ ſpeciale priuilegium *ſub dat.* 26. *Iunij* 1580. & per Pium V. Ordini S. Hieronymi Hiſniæ *anno* 1560 & per eundem Pium V. fuit idem priuilegium attributum Clericis Re-Regularibus Somaſchæ, vt tradit Barboſa *Apoſtolicarum deciſ. collect.*166. *n.*7. ibi: Benedicendi corporalia, & alia Eccleſiaſtica indumenta, eidem Præpoſito, & cæteris Rectoribus Sacerdotibus facultas indulſit, excepto ſi vnctio adhibenda ſit. Pius V. ſua conſtitut. incip. *Romanus Pontifex* 5. *Ianuarij* 1567. &c. Et inſuper variæ Religiones obtinuerunt à ſede Apoſtolica ſimilia priuilegia, ad idem tendentia, cum prædicta reſtrictione, vt referuut Rodriguez, & Miranda *vbi ſupra*, & Barboſa *in paſtor p.2. allegat.*27. *n.*43. 2

In om nibus tamen prædictis conceſſionibus ſemper excipitur, vbi Chriſma requiritur, & præterea quod talis facultas limitata remaneat ad vſum tantum ſuorum fratrum & aduertit Barb. *in d. allegat.*27. *n.* 44. *in fine*, vbi poſtquam fecit mentionem dictorum priuilegiorum ita concludit. Aduertendum tamen, quod huiuſmodi Regulares, Eccleſiaſtica paramenta & prædicta ornamenta pro ſuorum Monachorum, ſeu fratrum vſu tantum ſolemni benedictione valent benedicere, vt conſtat ex conceſſione Leonis X. illis facta, *de qua ſupra*, ex qua colligitur, minimè hoc ſibi concedi pro aliis, quidquid dicant collector priuilegiorum Ordinis D. Hieronymi, & Alphonſus à vera cruce, quos refert & ſequitur frater Emanuel, &c. & latè de hoc articulo agit idem Barboſa *in tract. de vniuerſ. iure Eccleſiaſt. lib.1. cap.* 18. *n.*61. *& ſequent.* & *n.*63 refert ad intentum quandã declarationem Sacræ Congregationis tenoris ſequentis. 3

Abbas qui eſt benedictus, vel qui ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ habet, vt pontificalia exercere poſſit, ac ſi eſſet benedictus, poteſt omnia ſacra benedicere, illis exceptis, in quibus vnctio requiritur, vt refert Suarez *de Relig. to.4. tract.*8 *lib.1. cap.*3. *n.*2. &c. Quam quidem declarationẽ tradit 4

etiam Tamburinus *de iure Abbatum to.1. diſp.23.q.1.n.2.* vbi *in ſequentibus mimeris* id ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ conceſſum eſſet aliquibus Abbatibus refert.

5 Ex qua declaratione liquido patet, non ſolum non poſſe quoſcumque Prælatos, vt ſunt Priores, vel Guardiani, verum nec adhuc Abbates benedictos conſecrare vaſa ſacra, Calices, & alia, in quibus vnctio requiratur, niſi aliquo ſpeciali priuilegio ipſis concedatur, quæ concluſio apud omnes eſt in confeſſo, vt per Barboſam *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico in d.lib.1.cap.18.n.64.* vbi ita concludit.

6 Ex qua Sacræ Congregationis deciſione, proxime relata, colliges, non licere Abbatibus, conſecrationem vllam efficere, in qua vnctio requitur &c. & ideo abſque ſpeciali priuilegio Abbates non poſſunt conſecrare, Calices, Paternas, & alia ſimilia vaſa & Lapides deſeruientes ipſis Altaribus, & Campanas, ac omnia alia, in quarum conſecratione requiritur vnctio Chriſmatis; nam videmus aliquibus Abbatibus, ſpecialia priuilegia ad hæc, vel eorũ aliqua conſecranda per ſummos Pontifices conceſſa, &c.

7 Et Tamburinus *de iure Abbatum in d.to.1. diſp.*23. per tot. tredecim quæſita, in illa contenta, licet plura velit attribuere Abbatibus circa hanc facultatem conſecrationum; attamen ſemper recurrit ad priuilegia, conceſſa à Sede Apoſtolica Vniuerſis Abbatibus, quibus ſecluſis, de iure non habent talem facultatem.

8 Ratio eſt, quia talis poteſtas eſt Ordinis Epiſcopalis, non vero iuriſdictionis, ſed quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, ſolis ipſis Epiſcopis poteſt competere, vt patet ex cap. Abbates, & ibi gloſ. *verbo, tonſuram, de priuilegiis in.6.* ergo de iure tales Prælati inferiores non habent poteſtatem, vt cum
9 Geminiano, Franc & Ancharrano fatetur ipſe Tamburinus *in d.diſp.23. q.1.n.2. vbi n.*3. cõcedit, poſſe ex priuilegio Apoſtolico idem competere non ſolũ Abbatibus, verum & etiam cuicumque Præsbytero, ſi ſummus Pontifex ea liberalitate vti valet: ergo ſecluſo priuilegio de iure id efficere non poſſunt.

10 Vnde immeritò Tamburinus vult, aliquam ſpecialitatem attribuere Abbatibus, vt talibus; quæ nullo modo ex ſuamet doctrina conſiderari poteſt, ſi enim fatetur, poſſe ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ idem concedi cuicumque Præsbytero ad prædictum effectum, quod conceſſum fuit aliquibus Abbatibus; merito dicendum eſt, nullam ſingularitatem pro dignitate Abbatiali, ex ſe ſumpta deduci poſſe; & ita declarauit Rota in nullius, ſeu Vrbinaten Iuriſdictionis 11. Maij 1601. coram Cardinali Seraphino, quæ habetur *in eius impreſſis to.2.decis.*1386. vbi poſtquam declarauit in fauorem cuiuſdam Abbatis contra Epiſcopum, ex eo quod conſtabat de priuilegio, ita concludit. *n.3. Cum omnimoda iuriſdictio detur Abbati; ideo ei præter ea quæ ſunt Ordinis competunt ea omnia quæ poſſunt competere Epiſcopo in ſuo territorio, Gloſſa in Clement.1. in verbo Diœceſanis, de foro competenti cap. Ordinarij, vbi Domini de officio Ordinarij in 6.* &c.

11 Conſonat Riccius *in praxi rerum fori Eccleſiaſtici collect.*539. vbi quærit, An ius Benedicendi companas, & alia, in quibus vnctio requiritur, aliis competat præter Epiſcopos, & in facti contigentia reſpondit: Epiſcopis ſolum licere; motus ex eo, quia benedictio earum rerum, requirit inuentionem olei Sacri, quæ ſolum per Epiſcopos fieri poteſt, ad quod allegat Bub. *conſ. 23.n.4. Balb.conſ 6.n.6.* Anton. *lib.1.variar. reſol. reſol.* 112. *caſ.*3. & exinde Epiſcopis tantum competere cap. Aqua de conſecrandis Eccleſiis cap. nati, cap. Tranſmiſſam, de electione, & ad intentum refert Couar. in repetitione cap. quanto de conſuetudine; quod ita ipſe Riccius conſuluit.

12 Ex qua doctrina infertur, non eſſe permiſſum Epiſcopis delegare, ſeu committere Clericis inferioris gradus ea, quæ ſunt Ordinis, licet aliàs poſſint, quæ ſunt iuriſdictionis *ex d.cap. Aqua.* vt tradunt Noſter Doctiſſimus Aragonenſis Cenedo *in ſuis collectaneis ad ius canonicum collect.* 135. Vgolinus *de poteſt Epiſcopi cap.29. §.8.n.1*, & alii plures penes Barboſam *in paſtorali p.2.allegat.28.n* 55. Cum igitur benedictio, quæ vnctionem requirat pertineat Epiſcopis, vt Epiſcopis ratione Ordinis, ſequitur quod Clerici inferioris Ordinis non ſolum per ſe, verum nec per delegationem ipſorum Epiſcoporum id exequi valebunt. Pluta ad intentum quoad Abbates dici poſſent, ſed conſultò ommito, ne in hoc immoremur, cum aliquo modo non ſit proprium noſtri inſtituti, ſed videre poteris penes Tamburinum in dicta diſput.23. per tredecim quæſita, in ea contenta, vbi late agit de hoc articulo.

13 Et præterea notandum eſt, quod cum prædicta priuilegia ſint conceſſa ad vſum tantum ſuorum Fratrum, ſeu Monachorum (vt diximus ſupra in hac quæſt.n.3. & patet ex illorũ verbis) ſequitur, non poſſe dictos Priores Conuentuales, Guardianos

&



& alios prælatos vltra ſe extendere, & tantum vti poſſe prædicta facultate, quoad vſum tantum ſuorum fratrum, ſeu Monachorum, & in illis rebus, in quibus vnctio non requiritur, & ratio eſt; quia cum talia priuilegia dicenda, & cenſenda ſint odioſa, quia detrahunt Epiſcopis ea, quæ habent vt tales, ex adductis à nobis ſupra quæſt. 15.n.27. & 29. exinde non extendenda ad alios, ſed exercenda tãtum quoad eos, quibus conceditur, ſcilicet ad vſum tantum fratrum, ſeu Monachorum.

14 Et ad noſtrum intentum vltimo loco penderandum eſt, adeo verum eſſe, quod Patres ſocietatis IESV, aliique Prælati Regulares non poſſunt conſecrare vaſa ſacra, Altaria, & ſimilia, in quibus vnctio requiritur, vt immo in talibus actionibus, & rebus, omnes exempti, Epiſcopo ſubiiciantir, à quo ea poſtulare tenentur, vt expreſſe deciditur in cap. veniens. §. Chriſma de præſcriptionibus, ibi Chriſma vero, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines promouendi fuerint, Clerici Eccleſiarum, vel Capellarum ipſius Monaſterij, quod eſt in Veſprimenſ. diæceſi conſtitutum, à Veſprimenſ. Epiſcopo poſtulabunt, &c, & ita probant
15 Chochier de iuriſdictione Ordinaria in Exẽptos to.1.p.1.q.6 n.17. & 29. ibi Exempti, tenentur ab Epiſcopo poſtulare ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, nec conſuetudine, nec præſcriptione acquiri poſſunt, Abbas cap. accendentibus n.2. & 3. de exceſſibus Prælatorum, &c. Quod idem repetit ipſe Chochier in d.lib.1.p.2.q.45. n.16. vbi allegat Abbatem, Balbum, & Francum, & citans eum eiſdem fere verbis ſequitur Barboſa in Paſtor. p.2.allegat. 105.n.65. quibus iunge Lezanam to.5. in Mari Magno Eremit S.Auguſti §.17.n 48. & in altero Mari Magno Carmelitarum, §.24.n.221. & ſequen.

16 Et quamuis Tamburinus in dicta diſput. 23, per illa tredecim quæſita inibi contenta voluerit plura concedere Abbatibus circa facultatem prædictarum conſecrationum tam ex præſcriptione, quam ex variis priuilegiis, ipſe tamen videtur fateri, & confirmare proxime à nobis traditam doctrinam, enimvero prius in eodem to.1. diſp. 15. quæſt.7. referendo caſus, in quibus exempti ſunt ſubiecti Epiſcopis n. 42. ita ait: Vigeſimotertio, exempti in omnibus illis ſubiiciuntur Epiſcopo, quæ ad ordinẽ Epiſcopalem pertinent, exempli gratia in conſecratione Eccleſiarum, petitione Chriſmatis, & ſimilium, cap. veniens, vbi Abbas notabili.1. de præſcriptionib. gloſſ. in cap. Abbatibus 17.q.2. &c. Hæc Tamburinus, ergo ſi ipſe concedit in illis caſibus, tales exemptos Epiſcopis eſſe ſubiectos, ex conſequenti ſequitur, non poſſe ex ſe id efficere, neque tali frui prærogatiua, id enim denotat ſubiectio, cum igitur conſecratio Vaſorum Sacrorum, Altarium, &c pendeat immediate, & pertineat ad Ordinem Epiſcopalem, rectè ex doctrina ipſius Tamburini infertur non licere aliis Epiſcopo inferioribus id efficere; quod quidem eſt de mente Sacræ Congregationis & Sanctiſſimi D.N. Innocentij X. vt patet ex decima octaua declaratione Breuis ſuperius relati in initio huius ſecundæ partis, vbi cum quæreretur in prædicta Sacra Congregatione, quod propoſuimus in titulo huius quæſtionis declarauit per hæc verba. Reſpondit, itidem non poſſe; ex quibus ita concludendum videtur, &c.

## QVÆSTIO XIX.

### An Epiſcopi in partibus Indiarum poſſint ex integro totum vnum Monaſterium, vel Collegium ab audiendis Confeſſionibus reſpondere.

SVMMARIVM.

*Confeſſiones ſecularium nullus Regularis, aut ſecularis audire poteſt, niſi ab Epiſcopo ſit approbatus. num.1.*

*Confeſſarius abſolutè, & ſine conditione, ab Epiſcopo approbatus, non poteſt ab ipſomet reuocari ſine noua cauſa, eaque ad Confeſſiones ipſas pertinente, n. 2.4.*

*Epiſcopi non poſſunt ex integro offere licentias audiendi Confeſſiones omnibus in ſimul Religioſis vnius Monaſterij, vel collegii umero 2.*

*Excommunicari non poteſt inſimul totum vnum Monaſterium, ſeu Collegium Regularium. num.3.*

*Si vnus, vel plures Regulares vnius Monaſterii deliquerunt, non ex eo collectiuè puniendi ſunt omnes, n.3.*

*Innocentes non debent puniri ex eo, quod communitas, vbi exiſtunt, delinquat, n.3.*

*Epiſcopus poteſt reuocare licentias audiendi confeſſiones omnibus Regularibus vnius Monaſterii, ſi non ſeruauerint interdictum, ab ipſo Epiſcopo poſitũ, vel ex alia legitima*

*cauſæ*

*cauſa, ad eaſdem confeſsiones pertinente, num.4.5.& 18.*

*Pœna ſuſpenſionis apponi poteſt quoad omnes Regulares vnius Monaſterii, quando totum ipſum deliquit, & afficit non ſolum communitatem, verum & ſingulos illius, num.6.& 7.*

*Monaſterium, ſeu collegium Regularium dicitur vnum corpus politicum, n.7.*

*Pœna ſuſpenſionis imponi poteſt propter delictum, num.8.*

*Epiſcopus poteſt cum cauſa legitima reuocare licentias, ab ipſo, vel ab anteceſſore datas ad audiendas confeſsiones, n.9.*

*Epiſcopus ſi reuocauit licentias audiēdi confeſsiones, præſumendum eſt, efficere illud ex legitima cauſa, n.9.& ſequent. quod intellige vt n.16.& 17.& 22.*

*Epiſcopus multa noſcit in ſua diæceſi, quæ ſubditos latent, n.10.*

*Prælatis conſulendum eſt, ne propter vnius, vel alterius inſufficientiam, onus commune omnibus imponant, n.10.*

*Subditis (& maxime Regularibus) honeſtiſsimum, & conſultiſsimum eſt, Prælatorum intentioni ſe promptos, & faciles exhibere, numero 1.*

*Epiſcopi non poſſunt reuocare licentias audiendi confeſsiones, ſi eas abſolute, & ſine aliqua conditione eas conceſſerunt n.12.17.& 21.*

*Indignum videtur, quod Epiſcopus reuocet ſine noua cauſa licentias audiendi confeſsiones, ab ipſomet conceſſas, n.12.*

*Epiſcopus ſi voluerit reuocare omnes licentias, audiendi confeſsiones in ſimul Religioſis vnius Conuentus, tenetur renunciare cauſam Sedi Apoſtolicæ, ſi eam petierit, numero 13.*

*Approbatus ſimpliciter ad audiendas Confeſsiones dicitur ille, qui fuit admiſſus ſine limitatione temporis, loci, ſeu perſonarum, vel ad beneplacitum concedentis, n.14.& 17.*

*Facultas data ad beneplacitum concedenṫis reuocabilis eſt, toties quoties libuerit beneplacenti, n.14.*

*Sedes Apoſtolica, vel Epiſcopalis, nunquam moritur, & ideo quod ab illa conceditur, ſemper durat, donec ab ipſamet, vel à ſucceſſore reuocetur, n.15.*

*Epiſcopi non tenētur ediſcere cauſam Regularibus, propter quam eis reuocauit licentias audiendi Confeſsiones, ſed tantum Sedi Apoſtolicæ, ſi hæc petierit, vt cauſam propalent, & non aliàs, aliter nec alio modo, numero 16.& 22.*

*Approbatus ad audiendas confeſsiones ad certum tempus, non poteſt eo elapſo illas audire abſque noua ipſius Epiſcopi Licentia, num.17.*

*Epiſcopus ſi conceſsit Regularibus, vel aliis quibuſuis, licentias audiendi confeſsiones limitate, & conditionaliter, poterit illas reuocare intra limites conditionis, toties quoties voluerit, n.18.& 23.*

*Regulariter, & fere ſemper Epiſcopi concedunt Religioſis licentias audiendi confeſsiones limitatè, & conditionaliter, quo caſu poteſt illos reuocare ad nouum examen, ſi ita eis libuerit, n.19.*

*Epiſcopus poteſt limitate, & conditionaliter, concedere licentias audiendi confeſsiones, tam ſecularibus, quàm Regularibus, numero 20.*

*Iudices non tenentur renunciare ſuperioribus cauſas & motiua, ex quibus ſententiam protulerunt, cum ſemper pro illis præſumendum ſit, n.22.*

*Epiſcopi in partibus Indiarum, poſſunt adimere licentias audiendi confeſsiones omnibus Religioſis vnius Collegij, ſeu Monaſterii, etiam inconſulta Sede Apoſtolica, n.24.*

*Epiſcopi tenentur ſe abſtinere, ne reuocent licentias audiendi confeſsiones omnibus vnius Collegii, ſeu Monaſterii, grauiſsima non ſubſiſtente cauſa, n.25.*

*Adimere poſſunt Epiſcopi in partibus Indiarum omnibus Religioſis vnius Monaſterii, vel Collegii licentias audiendi confeſsiones, tam abſolute, quam conditionaliter, conceſſas ex cauſa legitima eis bene viſa, iuxta conſcientias ſuas, n.26.*

1 CElebris eſt hæc quæſtio, quapropter licet conciſſè, aliquantulum in ea immorabimur, & quamuis dubitum ſolum ſe reſtringat quoad partes Indiarum, pro maiori enodatione, prius diſſeremus, quid procedat extra illas partes; poſtmodum vero, quid in illis.

2 Et quoad primum iam late diximus *ſupra q.9.& 10.* nullum Præsbyterum Secularem, aut Regularem poſſe audire Secularium Confeſſiones, antequam ab Epiſcopo, in cuius territorio exercere vult tale miniſterium, approbatus exiſtat, iuxta diſpoſitionē Tridentini *ſeſſ.23.cap.15.de reformat.* ſemel tamen abſolutè conceſſa licentia ab eodem adimi ſine noua cauſa, eaque ad Confeſſiones ipſas pertinente, vt late dicemus *in ſequenti quæſtione*, & ſic videtur dicendū, multo minus id permitti poſſe quoad totum Monaſterium, ſeu collegium.

Quod probatur, Nam totum Monaſterium, ſeu Collegium excommunicari non poteſt, vt tradit Pelliz. *in manuali Prælat. to.2. trac.7.cap.1.n.54.* ergo minus poterit Epiſcopus ſuſpendere licentias; cum ſi vnus, vel alter cauſam dederunt vt id Epiſcopus efficiat



efficiat, non videtur rationi conſonum, vt Innocentes puniantur, quod ſæpe contingeret, ſi licentiæ reuocarentur, omni communicati; vltra quod ſemper attendi debet auctoritas ipſius communitatis, cum non ſit æquum experiri illam ignominiam, quę ex talibus generalibus reuocationibus reſultare ſolet.

4 Secundò, quia ita fuit à Sacra Congregatione declaratum *ſub die. 20. Nouembr.* 1615. pro vt ex Sellio *in ſelectis Canon. cap. 14.n. 84.* tradit Barboſ. *Apoſtol. deciſ. collect. 204.n.14.* & ex Aldano *in collect. ad Trident. ſeſſ.23.cap.15.de reformat. num.47.* & in altera 20. *Nouemb.* 1620. vt ex Peirino *ad conſtitut. Sixti.* IV. §.11. *n.* 45. tradit idem Barboſ. *in Apoſtol. deciſ. collect.* 636.n.10. quas quidem dictas declarationes licet referant Barboſ. & alij; illam tamen primam integrè, & longius adducit Chochier *de iuriſdictione ordinaria in exemptos to.1.p.4.q.35. in fine*, vbi dicit ſe ab ipſo Secretario Sacræ Congregationis illam accepiſſe, & poſt eum idem Barboſa *in Paſt.p.2. allegat.25. n.50.* eſtque tenoris ſequentis.

5 *Cum Sacræ Congregationi Cardinalium, negociis Epiſcoporum, & Regulartum Præpoſitorum innotuerit, Confeſſarios Regulares grauiter conqueri, quod ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis omnibus ſimul vnius Conuentus Confeſſariis, Confeſsiones audiendi facultas adimatur: Illuſtriſſimi eiuſdem Sacræ Congregationis Patres rati, vix fieri poſſe, vt hæc ſine ſcandalo, magnaque animarum pernicie contingant; re mature perpenſa, ad omnem ſcandali materiam ſubmouendā, & quo magis ſpirituali piarum mentium conſolationi conſulatur ſtatuunt ac decernunt, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, ad quos Confeſſarios approbandi ius ſpectat; Confeſſarios Regulares aliàs ab ipſis libere approbatos, ab audiendis confeſſionibus ſuſpendere poſthac minime licere, niſi ex noua cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente, aut ob non ſeruatum interdictum, ab ipſis Ordinariis poſitum. Statuunt inſuper, eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos locorumque Ordinarios, Confeſsiones audiendi facultatem omnibus ſimul vnius Conuentus Regularibus Confeſſariis, eadem Sacra Congregatione inconſulta nullo pacto adimere poſſe: Quodquidem decretum iidem Illuſtriſſimi Patres opporturum, & neceſſarium duxerunt, ita inuiolabiliter iubent obſeruari. Romæ 20. Nouemb.1615.*

A.Mar.Epiſ.Hoſtien.Cardi.Gallus.

Locus † Sgilli

Vidit Thetin. Secr.

Cuius declarationis auctoritate ita tenet Lezana *to.1. ſumm.cap.19.* & citans eum Carolus Antonellus, *in tract. de regim. Eccleſ. Epiſcop. lib.7.cap.42.num. 14. verſ. limita in Epiſcopo in fine.* Alia argumenta ad intentum conducentia ad hanc opinionem tuendam videre poteris penes Bordonum *in ſuis reſolutionibus, ſeu conſil. Regul. reſol. 36.n.15. & ſequen.* præcipuè.18. vbi remitto lectorem.

6 Pro contraria autem opinione ponderari poteſt, totum Monaſterium, ſeu Collegium ſuſpendi poſſe, licet aliàs omnes non deliquerint, vt probat Pellizzar. *in dicto tract.7.cap.1.n.54.& melius cap.3.n.6.* quia quando totum Collegium, ſeu Moneſterium deliquit, recte poteſt imponi pœna ſuſpenſionis quod ad omnes, quæ non ſolum afficiat totum Monaſterium, vt ſic; verum & etiam ſingulos Religioſos ipſius, vt optime cum Suarez aduertit Pelliz. *in d. tract. 7. cap.3.ſect.1.n.6.* vbi quærit, an & quomodo ferri poſſit ſuſpenſio in totum aliquod Monaſterium,

7 Quatenus eſt vnum corpus politicum, non autem ſolum, pro vt eſt quædam multitudo conſtans ex pluribus Religioſis, ibi degentibus, & reſpondit poſſe per hæc verba: *Quia quando totum Monaſterium ita delinquit, vt ſit dignum ſuſpenſione, delictum illud ita eſt totius corporis, vt tamen per ſingulares perſonas exerceatur: poteſt autem delictum eſſe, & omnium, & ſingulorum, & adeo graue, vt per ſolam ſuſpenſionem ab officiis, aut beneficiis communibus minus ſufficienter puniatur, ergo poterit talis ſuſpenſio ferri, quæ non ſolum afficiat totum Monaſterium, vt ſic, ſed etiam ſingulos Religioſos ſuſpendat à beneficiis, aut officiis perſonalibus, ita Suarez diſtinct.28.de cenſur. ſect.3.num.4. patetque ex dictis*, &c.

8 Ex qua doctrina infertur, quod ſicut pœna ſuſpenſionis poteſt imponi propter delictum, eodem prorſus modo poterunt reuocari licentiæ audiendi confeſſiones omnibus vnius Monaſterij, ſeu Collegij, ſi delictum ſit tali punitione dignum quæ præſumenda eſt, quoties Epiſcopus, eam imponit ex dicendis *infra num.*10. cum Cardinali Lugo.

9 Præterea, quia Epiſcopus poteſt cum, cauſa reuocare omnes licentias, ab ipſomet conceſſas & tunc cum illa pro Epiſcopo præſumenda ſit exinde dicendum videtur, efficere reuocationem, iuſta ſubſiſtente cauſa: ergo eo ipſo quod reuocat omnes li- licentias audiendi confeſſiones Regularibus inſimul vnius Collegij, vel Monaſterij, præſumendum eſt, ex natura actus illud efficere legitima exiſtente cauſa, vt optime conſi

conſiderat Cardin. Lugo. *to. de pœnit.diſ. 21.ſect.3.n.67.* cuius ponderoſa verba referam: nam valde conducunt ad materiã præſentis quæſtionis, & talia ſunt.

10 *Quando Epiſcopus reuocat licentias, & approbationes, an intercedat de facto cauſa ſufficiens in quo dubio id ſolum dicere poſſumus præſumendum in dubio eſſe pro Prælato, qui multa nouit quæ latent ſubditos, propter quæ neceſſe ſit, Confeſſarios iterum ad examen vocare, ſicut autem Prælatis conſulendum eſt, ne propter vnius vel alterius inſufficientiam onus commune omnibus imponat; præſer-* 11 *tim cum facile poßint illi (de quorum inſufficientia ſuſpicio eſt) ſine tanto rumore examinari, & probari; ſic ſubditis, (& maxime Religioſis, vt ſupra dixi) honeſtiſsimũ, & conſultiſsimũ eſt, Prælatorum intentioni ſe promptos, & faciles exhibere: alioquin ſuſpenſionem dabimus æmulis noſtris, quod non tam ob zelum tuendi noſtra priuilegia, quam ob alias cauſas, obediẽtiam Prælatis adhibere nolimus,* &c. Hæc Lugo, Ex cuius doctrina patet, ſemper præſumendum eſſe cauſam, quando Epiſcopi reuocant, vel non concedunt licentias, vt tradit Tamburinus *de iure Abbatum to. 2.diſp. 6.q.2.n.5. verſ. quia in dubio, & n.7. in fine,* & exinde ſubſiſtente cauſa, ſaltem illa præſumpta, poſſe licentias omnium Confeſſariorum vnius Monaſterij, vel Collegij reuocare. hæc ſunt fundamenta ſecundæ ſententiæ.

12 Hanc controuerſiam diſtinctione dirimendam iudico, aut enim Epiſcopi abſolutè conceſſerunt tales licentias ſine aliqua limitatione temporis, vel perſonarum vel ad beneplacitum ſuum, & tunc non poſſe ipſũmet Epiſcopum reuocare tales licentias omnium Religioſorũ vnius Collegii, ſeu Monaſterij dicendum eſt, niſi conſulta Sacra Congregatione iuxta ipſius declarationem ſuperius traditam *n.5.* quæ duobus motiuis voluit, ita fieri; primum quia indignum videbatur, licentias ab eodem Epiſcopo datas ſtatim ſine noua cauſa ab ipſo reuocari; ſecundum quia ferè ſẽper impoſſibile iudicari debet, omnes Religioſos vnius Conuentus eodem tempore deliquiſſe in re tangente ad Sacramentum Pœnitentiæ; quapropter decreuit, quod in caſu continente prædicta 13 duo motiua conſuleretur Sacra Congregatio; vt patet ex prima clauſula prædictæ declarationis; & hunc in sẽſum intelligẽda eſt prima ſententia, vt ſcilicet non poſſit Ordinarius reuocare omnes vnius Monaſterij licentias; quas ipſe abſolute, & ſint conditione aliqua, aut limitatione, conceſſit, inconſulta Sacra Congregatione, vt tradunt Nouar. *in lucer. Regul. verb. Confeſſarius, n.16.* Lezana *in dicto cap.19.n.9.* Peirinus *de priuileg. Minim.to.11.Conſt.2. Sixti IV. n.45. in dict. cap.12.n.14. verſ. nequit tamen,* Bordonus *vbi ſupra in dictæ reſol.36. n.17.* qui poſtquam *n.15.* reſoluit, auctoritate prædictæ declarationis, non poſſe Epiſcopum reuocare omnes licentias, ſimpliciter admiſſas, *n.17.* ita concludit.

*Dicitur autem admiſſus ſimpliciter, qui* 14 *talis approbatus fuit ſine limitatione temporis, loci, & perſonarum, limitatur autem tempus ſi in licentia dicatur per ſex menſes, per annum, per tres annos, ad beneplacitum noſtrum, ad beneplacitum Epiſcopi, quia beneplacitum ex ſua natura reuocabile eſt, toties quoties placuerit beneplacẽti; Si verò dicatur* 15 *ad beneplacitum Sedis, cenſetur ſimpliciter admiſſus, quia Sedes ſemper durat, & nunquam moritur, niſi gratia reuocetur à Succeſſore, Cap. ſi gratioſè 5. de reſcriptis, in 6. igitur approbatio dicitur ſimpliciter facta, ac proinde non reuocabilis ab eodem, quoties non præfigitur tempus, ſeu tacetur in licentia, & quãdo conceſsio eſt ad beneplacitum Sedis: Limitatur verò approbatio quoad locum, quando Regularis approbatur pro diœceſi tantum, & non pro Ciuitate: Demum quoad perſonas, ſi quis admittatur pro viris tantum, non pro fœminis,* &c. Hæc Bordonus. Cui iunge Paulum Fuſcum *de viſit. lib.2. cap.16.n.10. in fine,* vbi diſtinguit, an gratia concedatur ad ſuum beneplacitum concedentis, vel ad beneplacitum Sedis, nam in primo caſu reuocari poteſt quoties voluerit beneplacens; ſecus in ſecundo, quia ſedes ſemper durat, &c.

Et notandum eſt, quod licet Sacra Con- 16 gregatio requirat cauſam in Epiſcopo ad reuocationem, non tamen tenetur illam ediſcere eidem Congregationi, niſi illam poſtulauerit propalare, & non aliàs aliter, nec alio modo; Regularibus verò nullo modo, vt declarauit Vrbanus VIII. per ſuas litteras in forma Breuis, directas. D.D. Chriſtophoro de Louera, tunc Epiſcopo Giennen. *ſub dat. Romæ* apud S.Petrum 30. *Ianuarij* 1619. quod quidem Breue ad litteram refert Torreblacca *de iure ſpirituali, lib.14. cap. 3. numero 23. vbi numero 24.* ita ait.

*Illi quos idemmet Epiſcopus approbauit,* 17 *ſiquidem huiuſmodi approbationem obtinuerint ad certum tempus, eo elapſo non poßint Confeßiones audire abſque noua ipſius Epiſcopi licentia, & approbatione, præuio etiam, ſi eidem libuerit, nouo examine. Illi autem quos ipſemet Epiſcopus ad Confeßiones huiuſmodi audiendas ſemel admiſit ſimpliciter,*

At



*ac ſine vlla temporis præfinitione, nullatenus poßint ab eo reprobari ſine noua cauſa, eaque Confeßiones ipſas concernente. Cæterùm an eadem cauſa ſubſit necne, Epiſcopum non teneri ipſis Regularibus ediſcere, ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxat vbi eam aperiri poſtulauerit,* &c.

Quæ quidem litteræ, etiã in forma Breuis itidem cõceſſæ, ſub eadem contextura, & tenore, Eminentiſſ. Domino meo Cardinali de Sandoual, tunc temporis etiam Epiſcopo Gienen, & teſtatur Barb. *in collect. ad Trident. ſeſſ. 23. c.15. de reform. n. 45.* & *in tract. Apoſt. deciſ. collect. 38.n.7.*

At verò, ſi licentiæ ſint conceſſæ conditionaliter, & limitatè ad certũ locum, perſonas, tempus, aut ad beneplacitum Ordinarij, hiſce in caſibus poſſe illas ab Ordinario reuocari declarauit S. Congteg. in Papien. 17. *Martij* 1619. vt ex Aldano *in compendio Canonicarum Reſolutionum lib.1. tit. 13.n.11.* tradit Barboſ. *Apoſtol. dec. collect. 38. n.17.* per hæc verba.

*Approbatus ab Epiſcopo Confeſſarius Regularis non poteſt ab audiendis confeßionibus ſuſpendi, niſi noua cauſa, eaque ad confeßiones ipſas pertinente, aut ob non ſeruatum interdictum ab ipſo Ordinario poſitum Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium 20. Nouemb.* 1615. *Niſi Epiſcopus facultatem huiuſmodi audiendarum Confeßionum ad ſuum beneplacitum cõceſſerit, quia tunc quãdocũq; reuocare poterit. Sacra Congregatio in Papien. 19. Martij* 1619. *apud Aldanum,* &c. & plura referens tradit ipſe Barboſ. *in Paſt. p. 2. alleg. 25. n.51. cum duobus ſeq.*

Et ad intentum valde conducunt pulcra verba Bordoni *in dict. reſol.36.n.* 19. quicũ prius late diſſeruerit, & allegauerit circa illũ articulũ, quod ſi licentia fuerit conceſſa abſolutè & ſine aliqua limitatione, non poſſit Epiſcopus illam reuocare in *n.* 19. ita ait. *Sed fruſtra laboro, cum hiſce temporibus Epiſcopi occulati ſint, ita quod ars deluditur arte, ſiquidem Ordinarij locorum ſolent approbate omnes Religioſos limitate, ſaltem quoad tempus, ex quo ſequitur, poſſe eoſdem reuocare ad nouum examen non ſolum per ſingulare edictum, ſed etiam per publicum, & generale, licet tempus præfixum non ſit adhuc finitum,* &c. vſque huc Bordnnus, ex cuius doctrina liquido patet hæc ſecunda diſtinctionis pars.

Quod autem poſſit Epiſcopus limitatè, & conditionaliter tales licentias concedere noneſt dubitabile, vt eſt omnium Doctorum concors ſententia, & declarauit Sacra Congregatio in cauſa Archiepiſcopi Cæſarauguſtan, *anno* 2625. cuius verba refert Torreblanca *ex authentico exemplari, in d.lib.14.cap.3.n.16.* per hæc verba. Dominus Archiepiſcopus pro ſuæ animæ quiete ſupplicat ab hac Sacra Congregatione declarari, an ipſe Dominus Archiepiſcopus poſſit dictas licentias limitare pro hominibus tantum, & ad certum tempus concedere. Reſponſum tamen Congregationis talis fuit; *Sacra Congregatio Cardinalium, negotiis Epiſcoporum præpoſita cenſuit, confeſſariis præfatis minime licere Pœnitentium Confeßiones audire vltra facultatem ipſis ab Ordinario conceſſam,* &c. Quam ſententiam cum Gutierrez, Suarez, Cenedo, Vgolino, Fagundez, & alijs tuentur Torreblanca vbi proximè *num.* 12. *vſque ad* 18. Barboſa *in collect. ad d. cap. 15. ſect.23.* Tridentino *n.45. verſ. nam Epiſcopus poteſt, & in paſtor. p.2. alleg. 25. n.52. & ſeq.* Diana *to.6. reſol. moral. tract.7. reſol.61.* vbi cit. Card. Lugo, & Bordon. *in d. reſol.36. q.3. num.23.*

Ex quibus patet, quod ſi omnes Religioſi vnius conuentus habeant licentias audiendi ſecularium confeſſiones abſolutè, & ſine aliqua conditione non poteſt Epiſcopus illas reuocare, niſi iuſta exiſtente cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente, & tunc ſi ſedes Apoſtolica petierit, vt illam renunciet, tenebitur eam eidem Sedi Apoſtolicæ aperire, ſed non aliter, nec aliis perſonis, etiam ipſis Regularibus, vel exemptis, vt diximus ſupra, & in hunc ſenſum præcedit prima opinio iuxta mentem Sacræ Congregationis, vt patet ex verbis ipſius.

Hæc reſolutio fundari poteſt in authentica, vt Iudices non expectent Sacras Iuſſiones §. 1. *collect.* 9. vbi ita ait. *Iubemus igitur, nulli Iudicantium quolibet modo, vel tempore pro cauſis à ſe propoſitis nuntiare ad noſtram tranquillitatem: Sed examinare perfectè cauſam, & quod eis iuſtum legitimumque videtur decernere,* &c. & tradit Petrus Gregorius tertia parte ſyntagmat. Iuris libro 50. capite 1. num. 15. Ex quo textu patet, quod cum præſumendum ſit Epiſcopos habere legitimam cauſam ad talem reuocationem faciendam, vt cum Cardinali Lugo diximus *ſupra num. 9. & 10.* ſequitur, illos non teneri cauſam propalare ipſis Regularibus, nec Sacræ Cõgregationi, ſi ab eadem non fuerint requiſiti iuxta ipſius mentem, & optimè ad intentum Plinius *lib.1. epiſt.5.* aduertit, non eſſe permiſſum interrogare cauſas, & motiua, propterque ita Iudex pronunciauit ibi. *At ego ne interrogare quidem fas puto de quo pronunciatum eſt,* &c.

23 Si verò licentiæ ſint attributæ conditionaliter,& limitate;tunc poſſe illas reuocare, tam particularibus, quam omnibus vnius Collegij, ſeu Conuentus iuxta qualitatem limitationum, ſeu conditionum dicendum eſt,& ex adductis ſupra pro ſecunda ſententia & ex mente ipſius Sacræ Congregationis, vt patet ex declarationibus ſuperius allegatis *num.* 5. *&* 15.& tradit Barboſ.cum aliis *in dicta allegatione* 15. *n.*53.*& ſequen.*

24 Quoad ſecundam partem dubij quid dicendum ſit in partibus Indiarum, deciſum extat ab ipſamet Sacra Congregatione, vt patet ex prima declaratione, pro parte Religioſorum Societatis Iesv propoſita in Breui Sanctiſſimi D.N. Innocentij X. relato ſupra in initio huius ſecundæ partis, & eſt tenoris ſequentis: *Reſpondit, Epiſcopos Indiarum poſſe quidem omnibus ſimul vnius Monaſterij, vel Collegij Confeſſariis adimere facultates audiendi confeſſiones perſonarum ſecularium, etiam inconſulta Sacra Congregatione Epiſcoporum & Regularium negotiis præpoſita cum decretum ab ea editum ſub die* 20. *Nouemb.* 1615. *ex intentionis defectu, & conuenientia morali, non extendatur ad Regiones illas, tam longe ab Vrbe diſſitas.*

25 *Verum ab hac generali ſuſpenſione, (quæ vix ſine ſcandalo & animarum pernicie contingere poteſt) abſtinendum eſſe Epiſcopos, niſi grauiſſima ſubſiſtente cauſa, ſuperquo Sacra Congregatio illorum conſcientias grauiter voluit eſſe oneratas*, &c.

26 Ex qua declaratione expreſſe conſtat, in partibus Indiarum poſſe Epiſcopos ex integro ſuſpendere vel reuocare omnibus Religioſis vnius Conuentus, vel Collegij, omnes licentias audiendi, ſecularium confeſſiones ex cauſa legitima, regulanda iuxta conſcientiam ipſius Epiſcopi reuocantis, qui non tenetur cauſam exprimere, non ſolum ipſis Religioſis, verum nec ſedi Apoſtolicæ in illis partibus, quidquid ſit in aliis; prout alias declarauerant ipſamet Sacra Congregatio in illa *de anno* 1615 relata *ſupra numero* 4. *&* 5. quæ expreſſe illud reſtringebat; ſaltem caſu quo ipſa Congregatio vellet illam poſtulare vt diximus *ſupra numero* 17. quæ ex proxime dicta declaratione conſtat ex intentionis defectu, & conuenientia morali non extendi ad regiones illas tan longe ab Vrbe diſſitas, & hoc ſine vlla differentia, an licentiæ ſint datæ abſolute, & ſine aliena temporis præfinitione, vel limitatè, & conditionaliter, cum verba declarationis ſint clara, & comprehendentia ambos caſus, & exinde pariformiter operare debent, ex regula iuris, quod verba vniuerſalia, omnia includunt *l. Iulianus. ff. de legat.* 3. late Cardin. Tuſcus *tom.* 8. *lit. V. concl.* 121. & ita declarandam eſſe hanc quæſtionem videtur.

De Epiſcopo autem ſucceſſore, & aliis confeſſariis, ſemel approbatis dicemus *infra in quæſtione ſequenti*, vbi Lectorem remito.

---

## QVÆSTIO XX.

### An Epiſcopus Regularem ſemel approbatum, ſine noua cauſa, ſuſpendere poſſit, ab ipſis Confeſſionibus audiendis,

### SVMMARIVM.

*Confeſſarij nominantur, & ſunt Medici ſpirituales, n.* 1.

*Medici corporales eligi, & admitti non debent, quin prius conſtet de eorum probitate morum, & peritia artis, numero* 2.

*Aduocati cauſarum examinari debent, antequam tale manus exercere valeant, numero* 3.

*Nemo poteſt aduocare, & cauſas defendere, quin prius ſit examinatus, & approbatus per Conſiliarios, ſeu Iudices cauſarum, n.* 4.

*Confeſſarij, maiori cura debent examinari quam aduocati cauſarum, vel Medici Corporales, n.* 5.

*Confeſſiones Secularium nullus audire poteſt, ſi prius non præcedat examen, & approbatio Epiſcopi, vel ipſius notitia certa habilitatis, & morum examinandi, n.* 6. *&* 15.

*Regulares obtinentes beneficia curata, tam amobilia, quam perpetua, poſſunt ab Epiſcopo examinari, etiam ſi in eadem, vel in alia Diæceſi examinati, & approbati fuerint, num.* 7.

*Regulares poſſunt audire confeſſiones ſuorum Regularium cum licentia, & approbatione ſuorum prælatorum Regularium, n.* 8.

*Poſſe Epiſcopum ſine noua cauſa ſuſpendere Regularem, ſemel approbatum pro audiendis confeſſionibus, plures defundunt, num.* 9. *& ſequen.*

*Licentiam dare pro audiendis Secularium Confeſſionibus eſt quid mere gratuitum, pendens à voluntate concedentis, num.* 10. *&* 13.

*Epiſcopus quando concedit licentiam audiendi*





*confeſſiones, non videtur ſe reſtringere, vt illam reuocare non poſſit, n.* 10.

*Approbatio audiendi confeſſiones ex ſui natura non eſt immutabilis, nam habet fundamentum variabile, ſcilicet ſcientia, & boni mores, n.* 11.

*Epiſcopus, qui approbauit aliquem ad audiendas confeſſiones, ſi illico approbatum reuocauerit, leuitatis nota afficiendus eſt, num.* 12.

*Approbatio audiendi Confeſſiones, data ab Epiſcopo, eſt quædam declaratio ſufficientiæ, ſed non confert ius irreuocabile, cum ſit facultatiuum, concedere, vel denegare licentiam à principio, n.* 13.

*Reuocari poteſt ſine cauſa, qui beneficium obtinet ad nutum amouibile, n.* 14.

*Epiſcopum non poſſe reuocare licentias audiendi Secularium Confeſſiones, iuſta non exiſtente cauſa, plures defendunt, n.* 16. *& ſequent.*

*Epiſcopus quando concedit approbationem audiendi confeſſiones, ex ea, approbatus acquirit ius, quia habet vim ſententiæ, num.* 17.

*Indecorum videtur reprobare illum, quem aliquis prius ad idem miniſterium approbauit, num.* 18.

*Epiſcopus ſucceſſor poteſt reuocare, vel ſuſpendere licentias audiendi confeſſiones, conceſſas ab anteceſſoribus, numero* 19. *&* 37.

*Capitulum Sede vacante non poſſe reuocare licentias audiendi Confeſſiones, conceſſas ab Epiſcopis anteceſſoribus, plures tuentur, num.* 20. *& ſequent. ſed contraria ſententia eſt verior, & tenenda, num.* 25. *& ſequent.*

*Capitulum Sede vacante ſuccedit, & exercet pro Epiſcopo præmortuo; non vero pro futuro, n.* 21.

*Capitulum Sede vacante non dicitur, propriè in Sede Epiſcopali ſedere, numero* 21.

*Examinare approbandos ad confeſſiones audiendas eſt odioſum, & pertinens Epiſcopis, ratione Iuriſdictionis delegatæ quoad Regulares, n.* 22. *quod intellige, vt n.* 26. *& ſequent.*

*Capitulum Sede vacante non ſuccedit in his, quæ pertinent Epiſcopis iure delegato, numero* 22. *quod intellige vt numero* 27. *& ſequent.*

*Epiſcopus quando procedit, vt delegatus Papæ; in eo iure non ſuccedit Capitulum Sede vacante, quia tunc illud habet Epiſcopus à Papa, n.* 23.

*Capitulum Sede vacante, ſicut Epiſcopus ſucceſſor, poteſt reuocare licentias audiendi Cenfeſſiones, vocareque ad examen, n.* 25.

*Ordinarius habens iuriſdictionem, licèt in lege, vel canone ei dicatur, vt procedat tanquam delegatus, non dicetur exercere delegatam, ſed ordinariam iuriſdictionem, num.* 26. *quia tunc potius excitatio iuriſdictionis ordinariæ, quam noua delegatio appellari debet, n.* 27.

*Epiſcopo ſi committatur aliqua cauſa, in qua in vim iuris poterat exercere iuriſdictionem ordinariam, tunc dicemus procedere tanquam ordinarium, dummodo in commiſſione ſimpliciter delegatio fiat, numero* 28.

*Delegatio ſi in canone, vel lege concedatur Epiſcopo cum clauſula,* Auctoritate noſtra, vel tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, *etiamſi ſit in re, in qua poterat exercere iuriſdictionem ordinariam, tunc procedit, vt delegatus, non vt ordinarius, num.* 29.

*Delegatio ſi fiat Epiſcopo à Pontifice in cauſa, quam expedire poterat authoritate ordinaria, ſi in commiſſione adſit clauſula,* Auctoritate noſtra, vel tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, *tunc Superior delegans videtur mutare illam ordinariam, in delegatam, n.* 30.

*Nullus poteſt audire Secularium Confeſſiones, ſi non ſit ab Epiſcopo approbatus, & hoc ei pertinet ex iuriſdictione ordinaria* 31. *& exinde in eo iure ſuccedit Capitulum Sede Vacante, ibid.*

*Capitulum Sede Vacante ſuccedit Epiſcopo in Iuriſdictione Ordinaria, præter caſus in iure expreſſos, num.* 32. *&* 35.

*Capitulum Sede Vacante ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione delegata in perpetuum dignitati Epiſcopali, n.* 33.

*Epiſcopi habent ex diſpoſitione iuris, in perpetuum, annexum dignitati Epiſcopali, approbare vel reprobare Confeſſarios, & exinde in eo iure ſuccedit Capitulum Sede Vacante n.* 34.

*Capitulum Sede Vacante poteſt approbare, & examinare per Vicarium à Sede electum, omnes Confeſſarios diæceſis, numero* 35.

*Capitulum Sede Vacante fictione iuris dicitur Epiſcopus ſucceſſor, in his, quæ concernunt adminiſtrationẽ iuriſdictionis Ordinariæ, num.* 36.

*Hæreditas iacens gerit vices futuri Hæredis, & repræſentat defunctum, n.* 37.

*Capitulum Sede Vacante gerit vices Epiſcopi defuncti quoad adminiſtrationem illarũ rerum, quæ non ſunt Ordinis Epiſcopalis, & eſt quaſi œconomus futuri Epiſcopi in temporalibus, n.* 38.

*Succedere in aliqua re, vel iure, nihil aliud eſt, quam intrare in locum vltimi poſſeſſoris.* num.39.

*Capitulum ſede vacante licet non ſedeat cum inſiſtentia Corporali, ſedet tamen miniſterio iuris, ſicut Epiſcopus, quoad exercitium iuriſdictionis, & regiminis diæceſis*, n.40.

*Capitulum Sede vacante pro tranquillitate ſuæ conſcientiæ poteſt reuocare licentias audiendi Confeſſiones, datas ab Epiſcopo anteceſſore, ſicut & poteſt Epiſcopus ſucceſſor*, num.41.

*Licentiæ audiendi Confeſſiones, ſi ſimpliciter, abſolute, & ſine limitatione fuerint conceſſæ ab Epiſcopo, non poterunt ab eodem reuocari, ſine noua cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente*, n.42.

*Regulares ſi obtinuerint licentias audiendi confeſſiones conditionaliter, & cum limitatione ad perſonas, locum, & tempus, poterit Epiſcopus illas reuocare, quoties voluerit, etiam ſine cauſa*, n.43.

1 DE materia huius quæſtionis plura apud Doctores reperiuntur diſperſa; enimverò cum circa hunc articulum variæ contentiones, & controuerſiæ frequenter inter Epiſcopos, & Regulares fuerint excitatæ, motiuum dederunt, vt agitatarentur, & quamuis longum eſſet omnia recenſere; attamen breuitate, & conciſione qua potero, reſtringam hanc reſolutionem ad terminos dubij propoſiti, iuxta mentem Sacræ Congregationis, & SS. D. Noſtri Innocentij X.

Et primò ſupponendum eſt, Confeſſarios, Medicos ſpirituales iuſtiſſimè nominari, vt habetur in cap. *cum infirmitas* 12. *de pœnitentiis, & remiſſionibus*, ibi: *Præſenti decreto ſtatuimus, & ſtricte præcipimus Medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moueant, & inducant, vt Medicos aduocent animarum.*

2 Vnde cum in Medicis corporalibus de iure ciuili ſtatutum reperiatur, eligi, nec admitti poſſe, quin prius certo conſtet de artis peritia, & morum probitate, vt patet ex Vlpiano *in l.1. ff. de decret. & ordinat. facien.* ibi: *Vt certi de probitate morum, & peritia artis, eligant ipſi, quibus ſe liberoſque ſuos in ægritudine corporum committantur*, &c.

Et in noſtro Aragoniæ Regno, idem de foro ſancitum reperitur, ſub foro vnico titu. de Medicos y Ciruianos; facto in Ciuitate Tiraſonæ de anno 1592. in volumine fororum, fol. 240. in vltima impreſſione, qui ita ait. *Vltra de loqual, ſi huuiere de exercir ſu arte en la Ciudad de Caragoça, aia de ſer examinado, y admitido en el Collegio de los medicos, conforme à ſus priuilegios y coſtumbres; y ſi fuera dela Ciudad de Caragoça, huuieren de exercitar dichas artes, no lo puedan hazer, ſinque los Medicos tengan dicho grado de Bachiller, y dos años de platica, y approbacion de el Protomedico de Aragon, ſi eſtuuiere præſente en el Reyno, y ſino lo eſtuuiere, de el Medico, o perſona por ſu Mageſtad nombrada en ſu lugar*, &c.

3 Quæ omnia non ſolum in Medicis, ſed etiam in Aduocatis cauſarum ſunt neceſſaria, nam ſi tali exercitio vti velint, præcedere debent examen, & approbatio, vt habetur in L. Nemini licere 11. C. de Aduocatis diuerſorum Iudicum, vbi Barboſ. in eius collect. n. 9. plures Doctores refert.

4 Idemque de lege Regia Caſtellæ ſancitum eſt, in l. 1. tit. 16. lib. 2. recopil. per hæc verba: *y porque algunos ſin tener las letras, y ſufficientia que ſe requieren, ſe atreben a abogar en los pleitos, que ſe tradan en el Conſeio, y demas tribunales de eſta Coſte, mandamos, que minguno lo pueda hazer, no ſiendo examinado, y approbado conforme a lo diſpueſto por la ley primera de eſte titulo*, &c. Quod etiani habetur *in l. 13. tit. 6. part. 3.* vbi ſtatuitur, neminem in Conſiliis, aut Cancellariis poſſe aduocare, quin prius examinatus, & approbatus exiſtat per Regios Conſiliarios ipſius Cancellariæ, vt late cum pluribus probat Machado *to. 2. de el perfecto confeſſor lib. 6 cap. 3. tract. 1. documento 2. num.* 4. late & erudite Salcedo *in commentar. ad nouat. ll. Recopil. ad l. 34. tit. 16. lib. 2. recopil. numero 99. pag.* 112. vbi cum Azeuedo *in d. l. 1.* refert idem ſtatutum reperiri ex variis conſtitutionibus Gallicis.

5 Si igitur tam exactam curam iura adhibuerunt, ne ad exercitium Aduocatorum, ſeu Medicorum admitterentur, qui prius examinati, & approbati non exiſterent, quanto efficacius id procurandum eſt in Aduocatis, & Medicis ſpiritualibus; à quibus pendet ſalus precioſiſſima animæ, quæ tanto precioſior eſt, quanto diſtat corpus ab anima, ex his quæ diximus, *ſupra quæſt. 9. numero 19 & ſequen.*

6 Vnde ſequitur, neceſſario requiri approbationem Epiſoopi per examen, vel notitiam certam habilitatis, vt quis audire poſſit Secularium, aut Sacerdotũ Confeſſiones ex late à nobis ſupra congeſtis in dicta



dicta *quæſt. 9. n. 2.* cũ pluribus ſequentibus, *& quæſt. 10. n. 1. vſque ad* 8. incluſiuè Et reſtringendo materiam ad limites propoſitæ quæſtionis inquirendum eſt, an ſuppoſita approbatione, per Epiſcopum facta, poſſit ipſe ſuſpendere ab audiendis confeſſionibus, vel de nouo ad examen vocare illũ, qui ſemel approbauit: Et iuſta exiſtente cauſa id efficere poſſe iam reſoluimus *ſupra in d. q. 9. n. 17. vſque ad 21. & in quæſt. antecedenti n. 9.*

Verum ne in æquiuoco procedamus, aduertendum eſt ſermonem noſtrum non tendere quo ad Regulares, obtinentes beneficia curata, tam perpetua, quam amouibilia; hi namque, etiã ſi in eadem, vel alia diæceſi examinati exiſtant, poſſunt ab Epiſcopo examinari, ſi ipſe voluerit, ex diſpoſitione textus *in cap. qui Religioſi 18. q. 2. & Tridentini ſeſſ. 25. cap. 11. de Regularibus.*

8 Nec ſimiliter dubium verſatur circa Regulares, audientes Confeſſiones ſuorum Prælatorum Regularium, ſed tantum ſtricte, an Regulares, vel alij tam exempti, quam non exempti, poſſint ſine noua cauſa ſuſpendi à confeſſionibus audiendis, vel ad nouum examen vocari, ſi conſequuti fuerint vnam approbationem, & licentiam; de quo articulo plura apud Doctores reperiuntur diſperſa, & diſcuſſa, vt dixit *ſupra n.* 1. ſed breuitate & conciſione, qua potero illa actitabo.

9 Et Ioannes Sanchez *in ſuis Selectis diſputationibus q. 48. n. 23.* indiſtincte voluit; poſſe Epiſcopum, etiam ſine cauſa, illud efficere, tam reſpectu Secularium, quam Regularium confeſſariorum, & ne videar inuertere fundamenta, quibus hanc tuetur ſententiam ipſius verba referam, quæ talia ſunt.

10 Immo non interueniente cauſa, poſſe licẽtias reuocare reor, quia illas concedere eſt quid mere gratuitum, ſemper pendens à voluntate concedentis quo ad conſeruationem; nec alio modo tradi ab Ordinariis eſt credendum, & ſub tali onere, & cum tacita conditione accipiunt licentias Sacerdotes prænominati, vt docet Suarez *to. de pœnit. diſp. 18. ſect. 7. in fine* hoc tandem reſoluens, quamuis in antedictis immediate oppoſitum aſſeruiſſe videatur, qui licet in Regularibus hæc non habere locum dicat propter conſtitutionem Pij V. quæ tamen iam reuocata eſt per Gregorium XIII. eius limitatio admittenda non eſt. Vazquez *to. de pœnit. q. 93. arti. 3. dub. 5. numero 2. & 5.* Reginaldus *lib. 1. cap. 16. n. 200.* bene animaduertens, cum Suario *numero 3. illius diſputationis* 28. approbationem ex ſui natura non eſſe im- 11 mutabilem, cum habeat fundamentum variabile, videlicet ſcientiam, & bonos mores, quę mutari poſſunt, aut quia prima approbatio errore potuit comparari Hurtado *de pœnit diſp. 10. diffic. 19.* Ochagauia *tract. 2. de confeſſ. q. 40. n. 7.* quidquid in oppoſitum aſſerat Enriquez *lib. 6. cap. 6. numero 6.* plures referens, Ludouicus *de S. Iuan prima parte ſummæ q. 9. artic. 2. diffic. 6. fol.* 513. qui quamuis loquatur de Epiſcopo ſucceſſore, eadem militat ratio de eodem Epiſcopo, qui ſemel approbauit. Quamuis etiam fatear; leuitatis nota afficiendum eſſe Epiſcopum, ſi illico 12 ac conceſſit licentias, eaſdem reuocaret; intempeſtiua enim euocatio, non inepte diceretur, *L. Actione. §. Labeo* vbi gloſſa, verbo, *de hoc, ff. pro ſocio.* Hæc Sanctius, qui late in tota illa quæſtione agit de hac materia.

13 Idem tenet Hurdato *de pœnit diſp. 10. diffic.* 19. vbi ita ait: *Addimus reuocationem approbationis, etiam Religioſorum, quantumuis ſine rationabili cauſa pro ſuo nutu Epiſcopi factam, eſſe validam, & licitam. Et in primis eſt valida, vt aduertit Vazquez, quia approbatio ſua natura eſt reuocabilis, & nullo iure eius reuocatio limitatar. Ergo ſi de facto fiat reuocatio, quamuis abſque rationabili cauſa fiat, erit valida; deinde eſt licita, quia nullo iure prohibetur, non poſitiuo, quia nullibi extat; nec naturali, quia ſicut in principio potuit ab Epiſcopo pro ſolo ſuo nutu abſque cauſa, licite negari, quia nullo iure Sacerdotis nec alio titulo cogitur Epiſcopus ad faciendum, etiam poſt eam factam, pro libito, abſque cauſa licite reuocari, quia poſt approbationem factam nullum apparet ius in approbato acquiſitum, vt aprobatio ipſius non reuocetur; quia quamuis approbatio ſit inſtar ſententiæ, eſt tamen ſolum declaratiua ſufficientia, quam antea approbatus habebat: Non collatiua alicuius, in quo, vel ad quod ius aliquod acquirat, ac proinde ſicut potuit à principio licite pro ſolo nutu Epiſcopi non declarari ſufficientia ſacerdotis, ita etiam declaratio ſemel facta poterit licite pro libito Epiſcopi reuocari*, &c. vſque huc Hurtadus. Quibus adde Borbonum *in ſuis reſolutionibus, ſeu conſil. moral. tom. 1. reſolutione 36. numero* 10. vbi id admittit in vno, vel altero confeſſario, vt reuocari poſſit ab Epiſcopo, etiam ſine cauſa, *& numero* 13. & 14.

*& 14* reſpondet argumentis contrariis, & præterea videbis alios penes, D.Ioan. de Solorzanum *de Indiarum lucubrat. tom. 2. lib. 3. c. 17. n. 30. & ſequent.* & Leandrum de Sanctiſſ. Sacrament. *tom. 1. quæſt. moral. tract. 5. diſp. 11. q. 88. & 89.* licet ipſe contrariam tueatur.

14 Quæ quidem ſententia, præter fundamenta ſuperiùs allegata fulciri poteſt alia non contemnenda ratione, à me excogitata; videlicet, licentiam conceſſam ab Epiſcopo pro audiendis confeſſionibus non poſſe maiori vinculo adſtringi, nec eſſe maioris efficaciæ, quam nominatio facta à Prælato Regulari, vel ab alio quocumque Patrono ad beneficium nutuale, vel ad nutum amouibile, quod videtur eiuſdem naturæ, ac qualitatis, ſicut eſt conceſſio licentiæ audiendi Confeſſiones, ſed talis Beneficiatus, etiam ſine cauſa, poteſt remoueri ad nutum, & voluntatem nominantis, vt probant Archidiaconus, & Bellamera in canone ſciendum, *num. 1.* in expoſitione verbi, *Simpliciter 8. quæſt.* 1. ergo eodem modo poterunt Epiſcopi, vel Ordinarij ſine cauſa reuocare licentias.

15 Præterea, quia negari non poteſt, omnes teneri obedientiam præſtare Epiſcopo, vt confeſſiones ſæcularium ſuorum ſubditorum audire poſſint, vt tradit Tambur. *tom. 2. diſp. 6. quæſt. 12. num. 2. & 3. cum ſequent.* & alij plures penes Dianam *tom. 8. reſol. moral. tract. 1. reſol. 85. verſ. ſed ego, nunc talem opinionem prorſus non admitto*, vbi fundat hanc opinionem in verbis Tridentini, reſpondétque ad argumenta contraria, quem omnino videbis, quia latè & doctè agit de hoc articulo vſque ad verſiculum tertius caſus. Quibus adde Bordonum *in ſuis reſolutionibus, ſeu conſil. moral. tom. 1. reſol. 36. num. 1. & ſequent.* & præcipuè *num. 40.* & quæ latè diximus *ſupra in d. q. 9. num. 2. cum pluribus ſequentibus*. Sed vera obedientia, in qua radicatur illa facultas audiendi ſæcularium confeſſiones, quæ pẽdet ex licentia, & approbatione Epiſcopi, remouet, & non admittit diſcuſſionem, an mandatum Superioris ſit iuſtum, vel iniuſtum, diſcretum, vel indiſcretum, vt per dictum canonem Sciendum, notant Archidiaconus, & Bellamera vbi proximè; ergo ex vi obedientiæ, quam circa hoc exercitium habent Regulares, quoad Epiſcopum, poterit ipſe cum cauſa, & ſine illa prout ei libuerit licentias ſemel datas reuocare, vel ſuſpendere.

16 Alij autem tenent, requiri cauſam, & ſine ea reuocationem eſſe nullam, vt cum Vaſquez, & Turriano *de pœnit. q. 8. art. 1. diſp. 26. dub. 30.* Portello *in dub. regul. verb. Confeſſoris præſentatio, num. 1.* tradit Diana *tom. 3. reſol. moral. tract. 2. reſol. 22. & to. 4. tract. 4. reſol. 200.* & cum Boſſio *de ſubilæo ſect. 3. cap. 2. §. 4. num. 164. fol. 296.* ipſe Diana *tom. 5. tract. 14. Miſcellaneo 2. reſol. 21.* quibus iunge Leandrum de Sanctiſſ. Sacrament. *in d. tract. 5. diſp. 11. vbi q. 85. & ſequent.* agit de hoc articulo, & Bordonum *in d. tom. 1. reſol. 36. num. 8.* Cardinalem Lugo *tom. de pœnit. diſp. 21. ſect. 3. num. 64. & 65.* Torreblanca *de iure ſpirituali, lib. 14. cap. 2. fere per totum*, præcipuè *num. 29. & 30.* & alios plures per ipſos allegatos, quod ita declaratum fuiſſe à Sacra Congregatione 30. *Auguſti* 1630. ex Nouario tradit Barboſ. *Apoſtol. deciſ. collect. 297. n. 13.*

17 Ratio autem huius ſententiæ fundatur in eo, quia per approbationem fuit approbato ius quæſitum, & inſuper quia talis approbatio habet vim ſententiæ, quæ reuocari non debet, niſi iuſta exiſtente cauſa, eaque ceſſante, habere omnia requiſita Tridentini, vt ex Peirino, & Enriquez tradit Diana *in d. tom. 3. tract. 2. reſol. 22.* & communiter Doctores tenentes hanc opinionem.

18 Et pro ea addi poteſt, quod diximus *ſupra quæſt. 9. num. 17.* videlicet, indecorum videri, reprobare, vel ſuſpendere eundem Epiſcopum, ſubiectum quod fuit iudicatum idoneum, & habile ad tale miniſterium, *ex l. quod ſi nolit, §. in factum, ff. ædilitio edicto, l. Pomponius, ff. de negotiis geſtis*, cum aliis ibidem allegatis. Quod magis eneruatur ex eo, quia Princeps, vel Superior non poteſt auferre officia, ſubditis cõceſſa, ſine rationabili cauſa, etiamſi conceſſio fuerit facta ad vitam, vel ad annum, ſeu ad beneplacitum, vt variis argumentis Fragoſo *de Regimine Chriſtianæ Reip. tom. 1. p. 1. lib. 3. diſp. 5. num. 42.* vbi varia adducit argumenta in comprobationem; ergo multo melius idem fatendum eſt in confeſſario ſemel approbato, vt ſine cauſa reuocari non poſſit.

19 In Epiſcopo autem ſucceſſore omnes Doctores conueniunt, poſſe illum reuocare, vel ſuſpendere licentias audiendi confeſſiones cum cauſa, vel ſine illa, ſi pro maiori ſuæ conſcientiæ ſecuritate id efficere voluerit, vt plures referens tradunt Iuan Sanchez, omnino videndus, *in ſelectis diſp. 48. num. 26. & ſequent.* & fere *in tota quæſtione*, latè agit de hac materia, Diana *to. 4. tract. 4. reſol. 200.* Barb. *in paſtor. p. 3. alleg. 25. num. 49. & in collect. ad Trident. ſeſſ. 23. c. 15. n. 43. & 44.* quibus iunge Carolum Antonellum *de regimin. Eccleſ. Epiſcop. lib. 7. c. 12. n. 14. verſ. limita in Epiſcopo ſucceſſore*, & ita declarauit Sacra Congregatio *ſub die* 23. *Nouembr.* 1629. *& 7. Ianuarij* 1630. teſte Sellio *in ſelect. Canonic. cap. 21. n. 77.* quem refert Barboſ. *Apoſt. deciſ. collect. 202. n. 21. & collect. 339. num. 10.*



20 In Capitulo autem Sede Vacante an idẽ procedat, quod diximus de Epiſcopo ſucceſſore non erit abs re inquirere; cum ſit valde controuerſum apud Doctores, vt ex infra dicendis apparebit. In quo articulo Diana *to. 8. reſol. moral. tract. 7. reſol. 94.* cum Bordono *in ſuis conſiliis, ſeu reſolutionibus moral. to. 1. reſol. 36. quæſt. 4. n. 24.* & P. de Bellis *in allegatione, Hiſpano Sermone, typis mandata, p. 2. aſſumpto. 2. n. 1. & 2.* (de qua mentionem fecimus *ſupra q. 10. num. 29. & ſequen.*) reſpondent negatiue, & eis relatis Pelliz. *in manual. regul. to. 2. tract. 8. cap. 3. ſect. 2. ſubſect. 2. n. 44.* fundantur in eo; nam id conceditur Epiſcopo ſucceſſori pro tranquillitate, & quiete ſuæ conſciẽtiæ, vnde cum capitulum ſuccedat Epiſcopo pręmortuo, & non futuro, ex inde in ipſum non tranſit talis facultas, quæ ſoli Epiſcopo ſucceſſori datur.

21 Tum & etiam, quia hoc ius non competi Sedi Vacãti, vt ſic, ſed perſonæ de facto ſedenti; in ſede autem Epiſcopali non poteſt ſedere Capitulum, cum non habeat dignitatem Epiſcopalem, aliàs non eſſet Capitulum Sedis Vacantis: ergo &c.

22 Præterea, quia iterum examinare eſt quid odioſum, & pertinens ad poteſtatem delegatam à Sede Apoſtolica reſpectu Regularium, qui cum ſint exempti ab Epiſcopo, multo magis debent eſſe exempti à Capitulo Sede Vacante, quod cum non ſuccedat in his, quæ competunt Epiſcopo
23 iure delegato, à quo Epiſcopus habet talẽ facultatem; ſequitur, quod ei non poteſt pertinere Vice Epiſcopi, qui iam eſt mortuus, Sed Papæ delegantis, in quo nulla ſucceſſio datur Capitulo, ergo non poterit confeſſarios ſimel approbatos ab anteceſſoribus Epiſcopis iterum examinare, Quod idem videtur prius docuiſſe ipſe Diana *to. 3. tract. 2. reſol. 27. verſ. notandum*, vbi citat Mirandum, & Fagundez quos etiam cum Diana *in dicta reſol. 27. refert* Carolus Antonel. *in tract. de Regim. Eccleſ. Epiſcopal. lib. 4. cap. vltimo, vbi in §. 5.* agendo qualiter ſit eligendus Vacarius Capitularis n. 79. ita ait.

24 *Nota 12. quod licet Epiſcopus ſucceſſor poßit omnes licentias audiendi Confeſsiones, Regularibus conceſſas, ſuſpendere, & de nouo illos examinare, id tamen non poteſt fieri à Vicario Capitulari, neque à Capitulo, Miranda in manual. Prælat. to. 1. quæſt. 45. art. 7. in fine. Fagundez præcep. 2. lib. 7. cap. 2.* Hæc Antonellus.

25 Salua tamen pace tantorum Virorum prędicta ſententia ſuſtineri non poteſt, ſed dicendum Capitulum ſede Vacante poſſe reuocare licentias audiendi Secularium confeſſiones, vocareque ad examen eodem prorſus modo, ſicut poteſt Epiſcopus ſucceſſor.

26 Ad quod probandum ſupponendũ eſt, quod quando aliquis Ordinarius habet aliàs ex ſe iuriſdictionem Ordinariam, & à lege, vel Canone ei attribuitur, vt procedat tanquam delegatus, tunc non debet appellari delegatus, nec, vt talis procedit, ſed vt Ordinarius, quia videtur Iuriſdictionem ordinariam exercere, ei à Canone, vel à lege attributam, gloſſa *in cap. irrefragabili* 13. *§. cæterum, verbo, Super, de offic. Ordinarij*, & latè tradit Riccius *in praxi aurea, & quotidiana, reſ. 449. num. 1. & 2.* vbi adducit plura iura, idem confirmantia, & allegat Beroum, Zabarellam, Ancharranum, & Hoſtienſem, quibus adde Barboſ. *in paſtorali allegat. 73. numero 35. & allegatione 92. ferè per totam.*

27 Et ratio eſt, quia tunc potius excitatio iuriſdictionis ordinariæ, quam noua delegatio dici debet, vt cum Felino, Abbate, Crot. Anchar. & Carroccio tradunt Riccius, & Barboſ. vbi proximè; & licèt ipſi ſe inclinent ad dicendum, prædictam iuriſdictionem à lege, vel à Canone de nouo attributum, non ordinariam, ſed delegatam cenſeri. 28 Eorum tamen doctrina non indiſtinctè, ſed cum diſtinctione intelligenda eſt, iuxta à nobis tradita *ſupra quæſt. 1. n. 26.* videlicet, quod ſi ſimpliciter in lege, vel canone committatur Epiſcopo aliqua cauſa, in qua in vim iuris exercere poterat iuriſdictionem ordinariam, tunc dicemus procedere, tanquam ordinarium, non verò tanquam delegatum, & in hunc ſenſum procedit doctrina Riccij, & Barboſæ, aliorumque Doctorum, quos pro hac ſententia allegauimus.

29 An verò, ſi in delegatione Canonis, vel legis addantur verba, *Auctoritate noſtra*, vel, *tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus*, vel alia ſimilia, in eo caſu illa iuriſdictio ordinaria conuertitur in delegatam, vt diximus *ſuprà in d. q. 1. num. 26.* & patet ex textu *in c. cum aliquibus, verſ. niſi de reſcriptis, in 6.* & cum Bartulo, Menochio, Azeuedo, & P. Molina expreſsè tradit ipſemet Barboſ. *in d. alleg. 98. num. 2.* & in hunc ſenſum intelligendi ſunt DD. tenentes, tales Ordi- 30

narios non vti iuriſdictione Ordinaria, ſed
delegata, quia per appoſitionem prædicta-
rum clauſularum, ſuperior delegans vide-
tur velle mutare illam ordinariam iuriſdi-
ctionem in delegatam, vt punctim ita di-
ſtinguit idem Barboſa *in collect. ad d. cap.*
*irrefragabili, §. certum, n. 13. verſ. tanquam*
*ſuper hoc delegatus à nobis*, & *verſ. nec etiã*;
Reſpondendo ad quandam declarationem
Sacræ Congregationis *infra* referendam
*n.* 36. & de hoc Articulo videndus eſt Sal-
gadus *de retent. Bull. part. 2. cap. 25. num.* 16.
cum pluribus ſequent. vbi varios Docto-
res, diuerſaſque illationes, aliquaſque De-
clarationes Sacræ Congregationis, ad in-
tentum conducentes, adducit & *n.* 21. refe-
rendo verba noſtri Doctiſſimi Cenedo in
fine ita concludit. Vnde quando Conci-
lium Trident dicit, *tanquam Sedis Apoſto-*
*licæ delegatus*; hoc facit, vt maiori auctori-
tate fiat illud, quod præcipit, & magis ti-
meatur; non vero vt deroget iuriſdictioni
Ordinariæ Zerola *ſecunda parte, verbo, Vi-*
*ſitatio, verſ. 3. in fine*, &c.

31 Quibus ſic conſtitutis, patet ad oculum,
quod cum ex diſpoſitione Tridentini *ſeſſ.*
23 *cap.* 15. *de reformatione*, indiſtincte
Epiſcopo concedatur, & nullus poſſit audi-
re ſecularium Confeſſiones, niſi ſit ab ipſis
approbatus; vt late probauimus *ſupra quæſt.*
9. *&* 10. & in quæſt. antecedenti; in eoque
decreto nullum verbum reperiatur, indu-
cens in Epiſcopis eius delegatum, ſequitur
manifeſte, illud ipſos habere in vim iuriſ-
dictionis ordinariæ, in qua nullus negauit,
32 ſuccedere Capitulum Sede Vacante, vt di-
ximus *ſupra in d. q.* 10. *n.* 40. & eſt in confeſ-
ſo apud omnes Doctores, ergo non bene
prædicti Auctores hanc poteſtatem, & fa-
cultatem auferre intendunt Capitulo Sede
Vacante ex eo quod ſit iuriſdictio delega-
ta indiſtincte.

33 Secundò probatur, prædictam iuriſdi-
ctionem eſſe ordinariam, nam quoties
aliquid competit Epiſcopo iure communi
ſpeciali, ſuccedit Capitulum Sede Vacante,
vt late cum pluribus probauimus *ſupra*
*quæſt.* 10. *n* 55. *vſque ad* 58. & præter ibi al-
legatos idem tenet Campanil. *diuerſ. iur.*
*canoni. rubr.* 12. *cap.* 13. *&* 75.

Maxime ſi talis iuriſdictio delegata, in
perpetuum ſit commiſſa dignitati, & mu-
neri Epiſcopali, quia tunc ſine dubio tran-
ſit in Capitulum Sede vacante, vt cordate
probat P. Molina *tom. 6. de iuſtitia & iure,*
*tract. 5. diſp. 11. num.* 8. quem ſequitur Bar-
boſ. *in Paſtor. part. 3. alleg.* 133. quæ eſt vlti-
ma *num.* 21. cuius verba referam, quia val-
de ad intentum conducunt, & talia ſunt.

Verum in hac limitatione, nunc placet po-
tius diſtinguere cum Molina *d. diſp.* 11. *n.* 8.
*&* 9. inter caſum, in quo aliquid iuriſdi-
ctionis in perpetuum committitur muneri
Epiſcopali ex delegatione Sedis Apoſtoli-
cæ, vt ex officio deinceps competat Epiſco-
pis; & inter caſum in quo id eidem Epiſco-
po, & ſub nomine dignitatis, & conſequẽ-
ter etiam eius ſucceſſori, à Su mmo Ponti-
fice delegatur ad aliquam peculiarem tan-
tum cauſam, vel negotium, iuxta te xtum
*in cap. quoniam Abbas, de officio delegati*: Ete-
nim in hoc vltimo caſu, iuriſd ictio delega-
ta non tranſit in Capirulum Sede vacan-
te, & ita procedit limitatio communis Do-
ctorum, de qua ſupra, quam ad dictam re-
gulam affirmatiuam pro ſucceſſore Capi-
tuli Sede vacante *numero præcedenti.* At in
primo caſu; non procedet ea dem limitatio,
ſed potius dictæ regulæ affirmatiuæ ſtan-
dum eſt, & ſecundum eam reſoluendum,
Capitulum in dubio ſuccedere, etiam in
huiuſmodi iuriſdictione, in perpetuum Epi-
ſcopali muneri delegata, niſi aliud aliunde
legitimè colligatur ex mente delegantis.
Ratio eſt, quia ſuppoſita perpetuitate hu-
ius delegationis, per quam id de quo actum
fuerit annectitur in perpetuum Epiſcopali
muneri, non quidem principaliter in bo-
num Epiſcopi, nec tanquam eius priuile-
gium, ſed in bonum eorum, in quos ea iu-
riſdictio taliter delegata exercetur, vel alio-
rum, & Eccleſiæ, conſequitur eandem iu-
riſdictionem cenſendam eſſe, vt acceſſo-
riam; immò vt partem totius iuriſdictionis
Epiſcopalis in communi, ac proinde, vt ta-
lem tranſituram in Capitulum, in quod Se-
de vacante tranſit, per viam Regulæ, tota
Epiſcopalis iuriſdictio, vt ſanè cum iudicio
aduertit Molina *ſub dicto num.* 8. Hæc Bar-
boſa qui *n.* 22. proſequitur materiam.

Ex quibus colligitur, quod cum pote- 34
ſtas, & auctoritas approbandi Confeſſarios,
ex diſpoſitione iuris, ſit perpetuo annexa
dignitati, & muneri Epiſcopali, negari non
poteſt, Capitulum Sede vacante in eo iure
non ſuccedere, tanquam in parte totius iu-
riſdictionis Epiſcopalis in communi, & ita
hanc ſententiam cum pluribus tuetur Bar-
boſa *in paſtor. part. 1. allegat.* 25. *num.* 10. per
hæc verba: Capitulum Sede vacante poteſt 35
approbare, & examinare Confeſſarios per
Vicarium à ſe electum, cum ſuccedat in
omni iuriſdictione, Epiſcopo competente,
præter caſus à iure expreſſos, & hic actus
approbandi non eſt actus formaliter Ordi-
nis, & dignitatis Epiſcopalis. ita Suarez *to.* 4.
*diſp.* 28. *ſect.* 5. *num.* 2. Enriquez *lib.* 3. *de pœ-*
*nit. cap.* 6. *in princip.* Fagundez *in quinque*
*Eccleſiæ*



*Eccleſiæ præcep. 2. lib. 7. cap. 2. n.* 54 Campan.
*in diuerſ. iuris Canoni. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 74.
Marcelin. *in tract. temp. peſtilentiæ. p. 5. cap.*
4. *n.* 15. Boſius *de triplici Iubilei priuilegio*
*ſec. 3. caſu 2. n.* 61. Torreblanca *iuris ſpiri-*
*tualis lib. 14. cap. 2. n.* 15. Quod idem repe-
tit ipſe Barboſ. *in collect. ad Tridentinum*
*ſeſſ. 23. cap. 15. de reformat. n.* 27. vbi præter
allegatos addit Stephanum Daluin. trac. de
poteſt Epiſcopor. & Abbat. *cap.* 20. *num.* 4.
Bartholo. à S. Fauſto *tract. de pœnitentia lib.*
6. *q.* 46.

Et ita fuiſſe reſponſum à Sacra Congre-
39 gatione Concilii teſtatur Campanilis *in di-*
*cto cap.* 13. *n.* 74. provt ſequitur: *Cum expone-*
*re Confeſſores ſit proprium munus Epiſcopo-*
*rum, nullus alius poteſt ſe in hoc intromittere.*
*Verum his non obſtantibus, certum eſt, ac con-*
*ſuetudine, quotidianoque vſu obtentum, Vi-*
*carium Capitularem poſſe ſupra dictam elar-*
*gire facultatem, dum Sedes vacat.* &c. ex qua
declaratione deducitur, quod ſi Capitulum
Sede Vacante poteſt examen ſubire, &
approbationem præſtare, clare intellexit
Sacra Congregatio, hoc ius pertinere Epiſ-
copis ex iuriſdictione ordinaria, aliàs non
declararet ſuccedere Capitulum, vt eſt no-
tum. Et præterea praxis Vniuerſalis hoc
manifeſtat, cũ videamus in omnibus Hiſ-
paniæ diæceſibus, ita inconcuſſe obſerua-
ri qua propter in hoc articulo non eſt
ambigendum de quo latè, doctè & erudi-
te agit Pellizz *in manuali Regul. to. 2. tract.*
8. *cap. 4. ſectione 1. num. 7. & ſequen.* vbi reſ-
pondit allegationi P. de Bellis (de qua men-
tionem fecimus *ſupra q. 10. num. 29. & ſe-*
*quen*) & ita concludit Pellizz. poſtquam
pluribus fundamentis noſtram tuetur ſen-
tentiam ibi: *Quomodo corruit ratio. P. de Bel-*
*lis, relati à Diana, p. 7. tract. 12. reſol. 26. qua-*
*propter, Vicarium Capitularem Sede Vacan-*
*te non poſſe punire Regulares tunc temporis*
*prædicantes ſine licẽtia, ac benedictione illius*
*quod eſt indirecte dicere illos non teneri, Sede*
*Vacante petere licentiam, ac benedictionem*
*à Vicario Capitulari. Quod iam oſtendi eſ-*
*ſe falſum: ſicut, & falſum eſt quod ait ex eu-*
*dem ratione idem P. de Bellis allegatus à*
*Diana ſupra reſol. 27. videlicet, Vicarium*
*Capitularem Sede Vacante non poſſe ſuſpen-*
*dere, aut prohibere Regularibus, ne prædi-*
*cent iuſta occurrente cauſa: puto enim,*
*id ipſum poſſe facere in omni caſu, in quo poſ-*
*ſet Epiſcopus, ſi viueret; idque ob rationem*
*pro hac noſtra reſponſione adductam*, &c:
Hæc Pellizz. qui *n.* 8. reſpondet argumen-
tis contrariis.

37 Nec argumenta aliquid vrgent; nam ſi
Diana, Bordouus & cæteri fatentur, indi-
ſtincte, concedi futuro Epiſcopo, vt poſſit
reuocare licentias datas ab anteceſſoribus,
recte dicitur Capitulum Sede Vacante fu-
turus Epiſcopus in his, quæ concernunt
adminiſtrationem iuriſdictionis Ordina-
riæ, licet non proprie ſub nomine Epiſco-
pi, ſaltem iuriſfictione, quod comprobatur
exemplo hæreditatis iacentis, nam mortuo
teſtatore, ius ciuile fingit quandam perſo-
nam, quæ gerat vices hæredis ſucceſſoris,
& repræſentet defunctum, & nonine illius
exerceat actus, donec adeatur hæreditas,
quam quidem perſonam fictam vocat ius 38
ciuile hæreditatem iacentem; ſcilicet illud
intermedium tempus à morte teſtatoris,
vſque ad aditionem hæreditatis, ſic ſimili-
ter mortuo Epiſcopo, Capitulum gerit vi-
ces defuncti, quoad adminiſtrationem il-
larum rerum, quæ immediate non ſunt or-
dinis, vel pertinent ipſis Epiſcopis intrinſi-
ce ratione ipſius dignitatis Epiſcopalis, vel
per delegationem naturaliter ipſæmet di-
gnitati vt ſic, & tunc dicitur dictum Capi-
tulum, adminiſtrator, eſtque quaſi œcono-
mus bonorum temporalium Epiſcopatus;
in cæteris autem, præcipue in iuriſdictone
ordinaria negari non poteſt, ipſum ſucce-
dere, & exinde Sedem Vacantem, tan-
quam ſucceſſorem immediatum Epiſcopi
defuncti habere idem ius quoad iuriſdi-
ctionem ordinariam, quod habiturus eſt
Epiſcopus qui poſtea ſuccedat, & quodam-
modo erit illa perſona ficta hæreditatis ia-
centis, licet maiori & ſpeciali iure, nam
tanquam ſucceſſor, & adminiſtrator pro-
prius exercet, donec futurus Epiſcopus
poſſeſſionem Epiſcopatus nanſciſcatur, &
ideo appellari debet ſucceſſor.

Enimvero ſuccedi dicitur (in terminis 39
iuris) quando ſublato de medio vltimo
poſſeſſore alius ſubintrat in locum ipſius,
in regimine, & adminiſtratione muneris,
vel rei; *lege Gallus 29. §. videndum 14 & §.*
*ſequenti. ff. de liberis & Poſthumis. l. 2. ff. de*
*vulgari, cum aliis pluribus*; Sed Capitulum
ſublato de medio vltimo Epiſcopo poſſeſ-
ſore, intrat in regimine iuriſdictionis Or-
dinariæ in locum ipſius, ergo ſi prædicti
Doctores concedunt Epiſcopo ſucceſſori
facultatem reuocandi licentias audiendi
ſecularium confeſſiones, in illa compre-
henditur Capitulum Sede Vacante, tan-
quam ſucceſſor, ex dictis ſupra; ex quibus
ſatisfit primo argumento.

Ad ſecundum reſpondetur, quod cum 40
prædicti Doctores admittant, poſſe Epiſco-
pum ſucceſſorem reuocare licentias pro
tranquillitate ſuæ conſcientiæ, eadem cau-
ſa conſiderari debet in Capitulo ex dictis
pro

proxime, nec vrget, quod non ſedeat, nam licet non ſedat realiter inſiſtentia corporali, attamen ſedet miniſterialiter ex diſpoſitione iuris, vt diximus in exemplo hæreditatis iacentis; nec ex eo quod dicatur ſedens vacans excludit debet, nam intelligitur ſedens vacans quoad actualitatem, & perſonalitatem Epiſcopi; non vero quoad exercitium iuriſdictionis, & regiminis Eccleſiæ, iuriúmque & bonorum ipſius, vt decreuit Tridentinum *ſeſſ.24.cap.16.de reformat*, vbi ſtatutum reliquit, Capitulum Sede Vacante in prædictis ſuccedere, illique commiſit curam Epiſcopatus quoad temporalia, & ſpiritualia, idemque decretum fuerat in *cap.cum olim 14.de maioritate, & obed.* cap.vnico *eodem titulo in 6.cap.ſi Epiſcopus de ſuplenda negligentia Prælatorum eodem libro*, & in aliis pluribus, ergo ſicut Epiſcopis ſucceſſoribus concedunt prædictam facultatem pro ſecuritate, & tranquillitate ſuarum conſcientiarum, eodem prorſus modo idem fateri debent in Capitulo Sede Vacante, cùm eadem vigeat ratio.

Multo minus vrget tertium, cui ſatiſfit ex adductis *ſupra à n.26. vſque ad* 34. ex quibus clare patet, hoc ius approbandi confeſſarios, particulariter non deſcendere ex delegatione facta dignitati Epiſcopali, ſed ex iuriſdictione ordinaria, in qua Capitulum ſuccedere ſatis probauimus & conducunt ea, quæ diximus *ſupra.q.* 10.*num.* 54. *& ſequen.*

41 Nec præterea Doctores, quos Diana pro ſe allegat ei fauent, nam remittit videndum Cardinalem Lugo *de pœnit diſp.* 21.*ſect.*3.§.2.*numero* 61. qui ſolum diſputat, an approbatio ſemel data poſſit ab Epiſcopo valide, & licite reuocari, & referendo ſententias Doctorum quoad dictum articulum *num.*62. ita ait: *Alij ergo dicunt, Religioſi approbationem non poſſe reuocari ab eodem Epiſcopo, nec etiam à Capitulo, Sede Vacante; poſſe tamen ab eius ſucceſſore*, &c.

Vnde infertur; Cardinalem Lugo ſolum referre, quod dicunt aliqui Doctores, ſed nihil amplius de Capitulo Sede Vacante agit, Immo potius reſoluit dubium cum illa diſtinctione, à nobis ſupra tradita *num.* 28. Allegat præterea Diana pro ſe P. de Bellis *in allegatione Hiſpana*, qui licet ita defenderit, attamen ei ſatiſfit, ex his quæ diximus *ſupra q.9.num.* 29.*& ſeq.* Et tandem Pelliz adhuc dubitat; an priuilegium Clementis IV. in quo fundat ſuam opinionem ſit conceſſum, vt priuilegium, vel ſit viuæ vocis oraculum, & concludit Pelliz. quod ſi non reuixit, erit ſublatum in generali illorum reuocatione. Ex quibus omnibus dicendum videtur, poſſe Capitulum Sede Vacante, prædictas licentias reuocare, vocareque ad examen, pro quiete, ſecuritate, & tranquillitate conſcientiæ, ſicut poteſt Epiſcopus ſucceſſor; & ideo reuertamur modo ad alia pro vera reſolutione quæſtionis propoſitæ in initio.

42 Concludendo igitur principale dubium, probabilem iudico quamlibet prędictarum opinionum, de quibus *ſupra numero* 9.*vſque ad* 19. tum proper authoritatem DD. illas tuentium, tum propter fundamenta quibus nituntur. Hodie tamen probabiliorem, & in praxi ſequendam cenſeo illam diſtinguentem; an licentiæ ſint datæ ſimpliciter, & abſolute ſine limitatione temporis, locorum & perſonarum; vel limitate ad tempus, loca, & perſonas; primo enim caſu, non poterunt Epiſcopi vel Ordinarij, qui tales licentias, & approbationes conceſſerunt, illas adimere, vel ad nouum examen vocare ſine noua cauſa ſuperueniente, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente.

43 At vero ſi Regulares obtinuerint tales licentias cõditionaliter, & limitate ad perſonas, locum, vel tempus, tunc bene poſſe Ordinarium, etiam ſine cauſa, illas reuocare fatendum eſt, ex late à nobis congeſtis *ſupra in quæſtione antecedenti à n.* 12.*vſque ad.*24. Et pro hac reſolutione plures enumerat declarationes Sacræ Congregationis ita decidentes, Barb. *Apoſt. dec collect.* 202.*n.*20.*& collect.*297.*n.*13. & in Paſtorali. *p.2 alleg.* 25.*n.*50.*&* 51.*& de vniu. iure Eccleſ. lib.* 1.*cap.*43. *num.* 206. *cum ſequen. & in collec.ad Trident. ſeſſ.* 23. *cap.*15. *de reformat. numero* 41. *&* 42. *præcipue numero* 45.

44 Quam diſtinctionem communiter ſequuntur DD. Bordonus *in ſuis reſolutionibus, & conſil. moral. reſol.* 36. *num.*16.*&* 17. Diana *to.*5.*reſol. moral.tract.*14.*reſol.*21. late Tamburinus *de iure Abbatum to.*2. *diſp.* 6.*quæſt.*12. *numero* 7. *& ſequen.* præcipue *n.* 9. vbi ad litteram ponit aliquas declarationes, & Bullam Vrbani VIII. circa hanc materiam emanatam ad inſtantiam, Eminentiſſimi, Domini mei Cardinalis Sandeual, de qua multoties in hoc tractatu mentionem fecimus, & aliam reperies pœnes Torreblancam, de iure ſpirituali lib.14. cap.3. vbi diffuſe (ſequendo hanc diſtinctionem) agit de hoc articulo; Idem tenet Doctiſſimus & ſemper Laudandus Eminentiſſimus Cardinalis Lugo *to. de pœnit diſp.*21.*ſect.* 3. vbi *in num.* 61. in terminis mouet præſentem quæſtionem *& num.*62. *verſ. ſecundo dicendũ videtur*; & in numeris ſe



ſequentibus reſoluit illam provt diximus ſupra & eo relato Diana *to.*6. *reſol.moral. tract.*7.*reſol.*62. quibus iunge Pelliz. *in manuali Regul to.*2.*tract.*8.*cap.*2.*ſect.*2. *ſubſect.* 2.*num.*40. & alios plures idem tenentes. videre poteris pœnes proxime allegatos.

45 Nouiſſime tandem, ita declarauit Sacra Congregatio, & SS.D.N. Innocentius X. per ſuum Breue decreuit, vt patet ex Breui ſuperius relato in initio huius ſecundæ partis in ſecunda declaratione pro parte Religioſorum Societatis IESV propoſita, per hæc verba: *Reſpondit: Regulares libere ab Epiſcopo præuio examine approbatos ad audiendas confeſsiones perſonarum Secularium, ab eodem Epiſcopo ſuſpendi non poſſe ſine noua cauſa, eaque ad confeſsiones ipſas pertinente*, &c. Ex qua declaratione duo colliguntur; primo quod ſi libere non ſit conceſſa licentia, poterit ab Epiſcopo reuocari ſecundum quod à ſucceſſore poterit quomodocumque ſuſpendi; & ita dicendum iudico.

---

## QVÆSTIO XXI.

An Bulla Pij V. quæ eſt in ordine 34. to.2. Bullarij, conceſſa inſtante, & ſuplicante ſereniſſimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium, ſit reuocata in Bullis ſummorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur,

### SVMMARIVM.

*Regulares nullo modo poſſunt obtinere beneficia curata ſecularia.* 1. *quod fallit, ſi adſit ſummi Pontificis diſpenſatio ob aliquam Eccleſiæ vtilitatem, vel neceſitatem num.* 2.

*Regulares poſſunt fungi munere Parochorum ob deficientiam Clericorum Secularium, numero* 2.

*Diuerſi Pontifices conceſſerunt varia Indulta, vt Regulares ad Prouincias Indorum ſe transferentes, poſsent fungi munere Parochorũ ob defectum Clericorum.* 3. *quæ fuerunt limitata, & reuocata per alios Pontifices n.* 19.*&* 20.*&* 25. *cum ſequen.*

*Regulares in Indiis poterãt exercere officium Parochorum cum ſola approbatione ſuorum ſuperiorum Regularium, vel Capitulorum Prouincialium, nec indigere aliqua ordinariorum collatione, inſtitutione, vel approbatione, num.* 4. *quod limita, vt* 26.*& ſequen.*

*Indulta, quibus concedebatur Regularibus, vt in Indiis poſſent exercere officia Parochorum ſine licentia Ordinariorum, fuerũt obtenta ante Concilium Tridentinum, quod quidem illa reuocauit, & ita fuit iuſſum obſeruari per diuerſas Regias Schedulas n.* 5.*&* 6.*cum ſequen.*

*Nemo poteſt ſecularium confeſsiones audire, aut verbum Dei prædicare ſine licentia, & approbatione Ordinarij loci, vel diæceſis, vbi talia miniſteria exercenda ſunt, num.*7,

*Regulares exercentes curam animarum, quo ad ipſam, viſitari debent ab Epiſcopo, num.*8.*&* 23.

*Pius V. cõceſsit Regularibus, vt in Indiis poſſent fungi munere Parochorum ſine licentia, & approbatione Ordinariorum, dummodo in ſuis Capitulis Prouincialibus eſſent nominati, & approbati, quod Indultum fuit reuocatum à Gregorio* XIII. *& poſtea, de verbo ad verbum, approbatum à Gregorio* XIIII. *n.*10.*&* 11.

*Officium Parochorum in Eccleſiis ſecularibus nullatenus exercere poſſunt Regulares, niſi ob defectum Clericorum ſecularium, num.*12.*&* 13.

*Clerici ſeculares, ſi numero ſint pauci, vel non reperiantur, qui curam animarum exercere valeant, tunc commendari debet Regularibus, qui illud miniſterium adimplere poſsint, n.*14.*&* 15.

*Cauſa principalis alicuius actus ſi ceſſat, debet etiam ceſſare illius effectus, numero* 16

*Parochiales Eccleſias, & curata beneficia gubernari per clericos ſeculares magis expediens eſt, quam per Regulares, numero* 17.

*Epiſcopi habent auctoritatem, & iuriſdictionem in Regulares, & alios exemptos, in concernentibus, & dependentibus ad curam animarum, n.*17.*&* 23.

*Viſitare poſſunt Epiſcopi Eccleſias exemptas, tam quoad perſonas, quam quoad conſeruationem Sanctiſsimi, & Eccleſiaſticorum ornamentorum, & omnium concernentium curam animarum n.*18.

*Gregorius* XV. *per Bullam ſpecialem decreuit, quod omnes Regulares ſint Ordinariis ſubiecti quoad adminiſtrationem Sacramentorum, & exercitium Parochorum, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, num.*19.*&* 20.

*Confeſſarij Monialium, ſubiectarum Regularibus, ad eum effectum non indigebant* Ordi

*Ordinariorum approbatione; Hodie tamen ex Conſtitutione Gregorii* XV.*neceſſaria eſt illorum approbatio,n.*21.*&* 22.

*Regulares exercentes curam animarum ſubſunt iuriſdictioni,Viſitationi, & correctioni Epiſcoporum; in his, quæ ad curam pertinent animarum non obſtante Breui Pii* V. *numero* 23:

*Vrbanus* VIII.*generaliter reuocauit omnia Indulta,& priuilegia, etiam per modum communicationis conceſſa, audiendi confeſſiones, ſine examine & approbatione Ordinariorum,n.*24.

*Curati, etiam Regulares, non poſſunt deputari, niſi prævio examine Epiſcopi, & de eius conſenſu, ex diſpoſitione Tridentini n.*25.

*Regulares exercentes curam animarum in Indiis, licet fuerint nominati in ſuis Capitulis Prouincialibus, neceſſario prius ab Ordinariis approbandi ſunt, antequam in illa ſe immiſceant,ex conſtitutione Clement.* VIII. *numero* 26.

*Regulares vt exercere poſſint curam animarum, etiam in Indiis,non ſolum debent habere apapprobationem Ordinariorum,ſed etiam ſubiecti manent ei,in concernentibus dictam curam,n.*27.

*Regulares non poſſunt Baptizare,vel eſſe Patrinos,aut alia ſacramenta miniſtrare, niſi habita prius ſpeciali licentia Presbyteri Parochialis,numero* 29.

*Exempti omnes,etiam Regulares,ſubſunt Ordinariis ratione beneficii,vel Parochialis Eccleſiæ,num.*29.

*Regius ſenatus Caſtellæ protegit Ordinarios, vt poſsint procedere contra Regulares vel alios exemptos, exercentes curam animarum in Monaſteriis virorum,ſeu mulierum,vbi adeſt Parochialis,nam in illa ſubiiciuntur Epiſcopo,n.*30.

*Ratione rerum non exemptarum ſubiicitur quis Epiſcopo,n.*31.

*Exemptus promotus ad Parochialem, in concernentibus ad eam ſubiicitur iuriſdictioni Ordinarij,ſi in ratione illius contrahat,vel delinquat,n.*32.

*Senatus Regius Caſtellæ protegit Ordinarios, contra Regulares exercentes curam animarum in Monaſteriis virorum, ſeu mulierum, in concernentibus ad illam, ſi obtineatur commiſsio aduocatoria in prima inſtantia contra iuriſdictionem Ordinariam,n.*33.

VT ad verum intellectum, & ſecuram
1 reſolutionem præſentis quæſtionis
peruenire valeamus nottandum eſt, nullo modo de iure licere Regularibus, obtinere beneficia curata ſecularia,vt patet ex capite Cũ de beneficio 5. de præbendis in ſexto, Clement. vnica de ſupplenda negligentia Prælatorum, Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 14*cap.*10.*de reformat.* Garcia *de benefic.* 7.*p. cap.* 10.*fere per totum* præcipue *n.*20.*& ſequent.* & infinitos referens Barb *de vniuerſ. iure Eccleſiaſtico lib.*3. *cap.*4.& ita declarauit Sacra Congregatio teſte ipſo Garcia vbi proxime *num.* 31. *&* 32. & tradit Barboſ. *Apoſt.deciſ.collect.*633.*num.*20.& quia hæc concluſio eſt certa apud Doctores, ideo in ea extendenda non immoror.

Hæc tamen regula generalis, fallit, & 2
non habet locum, ſi adſit ſummi Pontificis diſpoſitio ab aliquam Eccleſiæ vtilitatem, vel neceſſitatem, vel propter deficientiam Clericorũ ſecularium, *cap.pro vtilitate* 16. *q.*1.*gloſſa in cap.quod Dei timorem,verbo Regimen*, vbi Abbas *num.*13. & communiter Doctores *de ſtatu Monachorum*, D.Ioan.de Solorzano *de Indiarum gubernatione to.*2.*lib.*3.*cap.*16.*num.*1.*&* 2.Barb. *de vniuer.iure Eccleſiaſt. lib.*1 *cap.* 6.*num.*59.qui plures alios allegant.

Ex qua cauſa, ſcilicet ob defectum Cle- 3
ricorum,in Prouinciis Indorum,varij Pontifices diuerſa indulta,& priuilegia conceſſerunt Regularibus,qui illuc ſe conferebãt, & à noſtris Catholicis Regibus, Hiſpaniarum miſſis, ad propagandam Catholicam fidem, vt patet ex Bullis Leonis X. Adriani VI.Pauli III. & Clementis VII.in quibus diplomatibus conceditur,quod ratione neceſſitatis,& vtilitatis conuerſionis,doctrinæque Indorum, poſſent Regulares Mendicantes, in Indiis exiſtentes, adminiſtrare omnia Sacramenta,fungi munere,& officio Parochorum,vt latè, doctè,erudite, & diffusè tradit Solozano *in d.lib.*3.*cap.* 16.*n.*9. *& ſequen.*vbi refert diuerſas Regias Schedulas,ad idem tendentes, pluraque ad intentum conducentia cumulat, vbi videre poteris,

Præterea, in prædictis Indultis concedi- 4
tur, vt cum ſola prædicta approbatione ſui Superioris, vel in Capitulis Prouincialibus facta,ſufficeret vt Regulares curatorum officio fungi poſſent,nec indigere Ordinarij approbatione, collatione, inſtitutione, vel quaque aliqua alia interuentione, vt per Rodriguez *to.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 35. *artic.*2.

Sed cum prædicta priuilegia,ſeu Indulta 5
ta fuiſſent obtenta ante editionem Concilij Tridentini, in quo reuocata remanent(vt ex dicendis apparebit) ſequitur operare non poſſe.

Quod autem ſint obtenta ante Tridentinum patet, Nam Leo X.fuit Romæ creatus *die* 15.*Martii* 1513. & obiit ibidẽ *prima*

De



*Decembris* 1521.vt patet ex Hiſtoriis, & ex Bullario Cherubini *to.*1.*pag.*458.*in prima impreſsione*,& quoad obitum *pag.*546. & *in ſecunda pagina* 394. Cui ſucceſſit Adrianus VI. qui creatus fuit 9. *Ianuarij* 1522. vt in eodem Bullario *tom.*1.*pag.*546.*& pag.*552.*in prima impreſsione*, & *in ſecunda*, *pag.*459. eique ſucceſſit Clemens VII. qui creatus fuit 19. *Nouemb.* 1523. & obiit 25. *Septemb.*1534. in eodem Bullario *pag.*552. *& pag.*610. *in prima impreſsione*, & *in ſecunda pag.* 466. & poſt eum fuit creatus Paulus III. *die* 12.*Octobr.*1534.& obiit 10.*Decembr.*1549. in eodem Bullario *pag.* 610. *&* 690. *in prima impreſsione*, & *in ſecunda, pagin.*508.

6 Concilium verò Tridentinum fuit finitum, *die* 4.*Decembr.*1563. & confirmatum *ſeptimo Kalend. Februarij*, per Pium IV.*anno* 1564. vt patet ex *Conſtitut.*73. ipſius; quæ incipit: *Benedictus Deus*, & habetur in dicto Bullario *tom.*2.*pag.*4.*in prima impreſsione*, & *in ſecunda*, *pag.*1. ex quibus temporum computationibus ad oculum patet, prædicta Indulta, & priuilegia obtenta fuiſſe ante Tridentinum, & cum eo cautum, & expreſſum reperiatur, vt examen, & inſtitutio, confirmatio, & admiſſio Ordinarij ſint neceſſaria in quibuſcumque beneficiis, etiam Regularibus, vel Iuriſpatronatus Regum, vt patet ex Tridentino *ſeſſ.* 7. *cap.* 13. & *ſeſſ.*24.*cap.*18. & *ſeſſ.* 25.*cap.*9.*verſ. ad hæc, de reformat.* ſequitur exinde, per hanc vltimam diſpoſitionem eſſe reuocatas illas antecedentes.

7 Similitérque neminem poſſe, Verbum Dei prædicare, nec ſæcularium Confeſſiones audire ſine licentia, & approbatione Epiſcopi illius loci, vel diœceſis, vbi tale miniſterium exerceri intenditur, vt habetur in eodem Tridentino *ſeſſ.*5. *cap.*3. *ſeſſ.*23. *cap.*15.*ſeſſ.* 24. *cap.*4. *de reformat.&*
8 *ſeſſ.*25.*cap.*11.*de regul.* ibi: *Nec etiam aliqui, etiam ad nutum amouibiles, deputentur, niſi de eiuſdem conſenſu, ac præuio examine per eum aut eius Vicarium faciendo*, &c. vt latè probauimus *ſupra quæſt.* 9.*&* 10. & tradunt Gonzalez *ad regul.* 8.*gloſſa.*5.§.3. *num.* 53. *&* 54. & eo relato Piaſecius *in praxi part.*1. *cap.* 3. *numero* 46. vbi refert duas Declarationes Sacræ Congregationis, Campanil. *diuerſ. iur. Canon. rubr.*12. *cap.*13.*numero*52.Sbrocius *de offic.& poteſt. Vicarij*, *lib.*2. *quæſt.* 111. *numero* 9. *&* 10. & alij plures penes Barboſ. *in collect. ad dict. cap.* 11. Tridentini *à numero* 2. *vſque ad* 15. & *in Paſtoral. part.* 3. *allegat.* 74. *numero* 18. ibi: *Monaſteria quæuis, ſeu Eccleſiæ, locave Regularia, curam animarum annexam habentia, quoad ipſam curam viſitari debent ab Epiſcopo: Item, & perſonæ huiuſmodi curam exercentes, ſiue ſint Sæculares, ſiue Regulares ſubſunt immediatè in his, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius diœceſi ſunt ſita Monaſteria iuxta Concilium Tridentinum ſeſſ.* 25. *de regular. cap.*11. &c. & ibi plures allegat, & *in ſequentibus numeris* alia refert, quæ probant prædicta, quibus iunge D. Solorz.*in dicto lib.*3.*cap.*17.*num.*12. Tamburin.*de iure Abbatum,tom.*1. *diſp.*15.*q.*7. *num.*46. *cum ſequent.*



Ex quibus deducitur, per hanc vlti- 9
mam Tridentini diſpoſitionem reuocata exiſtere prædicta Indulta, & priuilegia, & ita in illis partibus obſeruandum eſſe decretum fuit per varias Regias ſchedulas iuriſpatronatus *de anno* 1574. *verſ.*10.
vt latè tradit D. Solorzan. *in dicto lib.* 3. 11
*cap.* 16. *numero* 14. *&* 15. & ferè *per totum*, & *cap.*17.vbi *à numero* 10. *cum pluribus ſequent.* eruditè agit de hoc articlo, & diſputat materiam; tradítque genuinum ſenſum, & intellectum *ad dict. cap.*11. Trident. vt dicemus *infra num.*24. *&* 25.quem omnino videbis,nam reperies multa notatu digna.

Infertur ex dictis, non ſolum prædi- 10
cta Indulta, verum & etiam alia Benedicti XI. Nicolai V. & Sixti IV. relata per D.Solorzan. *in dicto cap.*16,*numero*12. eſſe reuocata per dicta Tridentini decreta, quæ quidem iuſſa fuerunt obſeruari in illis partibus per Regias Schedulas, provt teſtatur ipſemet D. Solorzan. vbi proximè *num.*15. quod ægrè ferentes Regulares, ſemper inſtiterunt, dicentes, nullatenus ſua priuilegia, & exemptiones eſſe euacuatas, immò potius in ſuo robore permanſiſſe, & vt controuerſiæ ceſſarent, ídque firmius fieret, nec ambigendi daretur locus, impetrarunt nouum indultum, ſiue Breue à Sanctitate Pij Quinti, ſub dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris *die vigeſimaquarta Martij, anno* 1567. *Pontificatus ſui anno ſecundo*, ad inſtantiam Catholiciſſimi, & Prudentiſſimi Regis Noſtri Philippi Secundi, in quo de nouo concedebantur omnia ea, quæ ante Tridentinum, in prædictis indultis fuerant conceſſa; non obſtantibus nouis diſpoſitionibus ipſius Tridentini, vt patet

P ex

ex Bulla, quæ habetur in Bullario Cherubin. *tom.2.* in Conſtit. Pij V. *Conſtit.* 34. *pag.* 220. *in prima impreßione*, & *in ſecunda pag.* 166. & eſt tenoris ſequentis,

## PIVS PAPA V.

*Chariſsime in Chriſto, Fili noſter Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

11 EXponi nobis nuper fecit tua Maieſtas Regia, quod iuxta Sacri Oecumenici Concilij Tridentini decreta nulla matrimonia, niſi præſente Parocho, aut de illius licentia contrahi, nulluſque Religioſus abſque Epiſcopi licentia, Verbum Dei prædicare, ac ſecularium perſonarum cõfeſſiones audire: Epiſcopi verò nouas Parochias in locis ab inuicem longe diſtantibus conſtituere poſſint. Quia tamen in partibus Indiarum Maris Oceani, Religioſi propter Presbyterorum defectum hactenus officio Parochi functi fuerunt, & id quod ad conuerſionem Indorum attinet exercuerunt, & exercent; ex quo non modicos, ſed maximos fructus, etiam Verbum Dei eiſdem Indis prædicando, ac confeſſiones audiendo, ad fidei Catholicæ propagationem fuerunt; dicta Maieſtas tua nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus ipſis Religioſis, vt illi ad vberiores fructus in dicta conuerſione Indorum reportandum incitentur, & locis eis aſſignatis, & aſsignandis officium Parochi, matrimonia celebrando, & Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrando, provt hactenus conſueuerunt exercendi, & ab eorum Superioribus in Capitulis Prouincialibus obtenta licentia, Verbum Dei prædicandi, & Secularium Confeſſiones, de ſuorum Superiorum licentia audiendi, facultatem concedere, aliaſque in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui ſingulorum, præſertim Catholicorum Regum votis, ad diuini cultus augmentum, & animarum ſalutem tenden. libenter annuimus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnibus & ſingulis Religioſis, quorumcumque etiam Mendicantium, Ordinum, in dictis Indiarum partibus, & in eorundem Ordinum Monaſteriis, vel de illorum Superiorum licentia, extra illa commorantibus, vt in locis ipſarum partium, èis de ſimili licentia aſſignatis, & aſsignandis, officium Parochi huiuſmodi matrimonia celebrando, & Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrando, provt hactenus conſueuerunt (dummodo ipſi in reliquis ſolemnitatibus dicti Concilij formam obſeruent) exercere, & Verbum Dei (vt præfertur) quatenus ipſi Religioſi Indorum illarum partium idioma intelligant, de ſuorum Superiorum licentia (vt præfertur) in eorum Capitulis Prouincialibus obtenta, prædicare, ac Confeſsiones audire, Ordinariorum locorum, & aliorum quorumcumque licentia minime requiſita liberè, & licitè valeant, licentiam, & facultatẽm authoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Et inſuper, ne in locis illarum partium in quibus ſunt Monaſteria Religioſorum, qui animarum curam exercent, aliquid per prædictos Epiſcopos innouetur, eadem authoritate, & tenore ſtatuimus, & ordinamus.

Super quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere, ac quicquid ſecus ſuper his, à quoquam, quauis authori-

tate



tate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Mandantes nihilominus dilectis filiis, Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & B. Mariæ de Mercede, ac de el Carmen extra, & intra muros Hiſpalienſium Monaſterium, per Priores gubernari ſolitorum, Prioribus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, eiſdem Religioſis, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eis, & eorum cuilibet, conceſſione, indulto, ſtatuto, & ordinatione, ac aliis præmiſſis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes, eos per locorum Ordinarios, & alios quoſcumque contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas, eorum arbitrio moderandas, & applicandas, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac cenſuras ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictum ponendo, inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio Brachij ſæcularis, non obſtan. &c.

12 Quod quidem Indultum, licet fuiſſet reuocatum per Gregorium XIII. poſtea tamen fuit confirmatum, & de verbo ad verbum approbatum à Gregorio XIV. *ſub die* 16. *Septembris*, *ann.* 1591. vt teſtantur Veracruz, quem refert, & ſequitur Rodriguez *tom.* 1. *quæſt. Regul. quæſt.* 35. *art.* 1. & *in ſumma part.* 2. *cap.* 9. *concluſ.* 6. & alij plures relati per D. Solorzan. *in dict. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 16. *& ſequentibus*, vbi *num.* 20. *& ſequent.* refert quaſdam ſchedulas idem confirmantes, & melius *cap.* 17. *num.* 16. *& ſequentibus.* Ex quibus Indultis colligebatur, poſſe Regulares in Indiis fungi munere Parochorum ſine licentia, & approbatione Ordinariorum, dummodo illas haberent à ſuis Capitulis Prouincialibus.

13 Verum cum numerus Clericorum Sæcularium in illis partibus, à tempore conceſſionum dictorum Indultorum auctus fuiſſet in dies, taliter quod ceſſaſſet cauſa impulſiua, ob quam Pius V. & Gregorius XIV. talia Indulta conceſſerunt, intrabat diſpoſitio textus *in cap.* 1. *de Capellis Monachorum*, ibi: *In Eccleſiis vbi Monachi habitant, Populus per Monachum non tegatur: ſed Capellanus, qui Populum regat, ab Epiſcopo per Conſilium Monachorum, inſtituatur. Ita vt ſolius Epiſcopi arbitrio, tam ordinatio eius, quam diſpoſitio, & totius vitæ pendeat conuerſatio*, &c. Et ad idem ponderari poteſt textus in cap. Monachi de ſtatu Monachorum, vbi Abbas *numero* 5. aduertit, ſolum permitti Regularibus ob defectum Presbyterorum Secularium talem animarum curam commendari; & ea ceſſante ad ſæculares remittendam eſſe, & ita ex dictis Iuribus videbatur dicendum, non per Regulares, ſed per Seculares clericos regendas, & adminiſtrandas eſſe Parochiales in illis partibus, nam ceſſabat cauſa, cum plures eſſent qui id exequi poterant, ex dicendis *infra numero* 16.

14 Nec prædictis obſtat textus *in cap. Doctos* 16. *quæſt.* 1. ibi: *Doctos, ac probos Monachos Presbyterij honore dedicatos baptizare, prædicare, pœnitentiam dare, debita miſeris laxare, & decimarum, Primitiarum, Oblationum viuorum, & mortuorum portione iuſta perfrui debere, moderata diſpenſatione commendamus, vt iuxta Apoſtolum de altario, cui ſeruiunt, viuentes, per obſequium Dominicæ plebis panem, & vinum, immaculata benedictione transforment in Corpus & Sanguinem Domini noſtri* IESV CHRISTI, &c.

15 Quod idem probatur *in cap. ex authoritate* 24. eadem cauſa, & quæſtione, in quibus iuribus videtur concludi, licere Monachis, fungi munere Parochorum, & regere Eccleſias curatas, omniaque ad id neceſſaria miniſtrare. Quia reſpondetur, non ſolum hæc iura repugnare prædicta à nobis tradita reſolutioni, immò & fauere; nam intelligenda ſunt, quando Clerici ſæculares idonei, & ſufficientes non reperiuntur; vel quia ſunt numero pauci; Populus verò numeroſus, & diſtinctus, vt cum Hoſtienſi *in ſumm. de ſtat. Monach.* § *vtrum*; *verſ. in illis autem*, tradunt Paulus Fuſcus *de viſit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 17. qui latè agit de hoc articulo, & cum Abbate, & Syluestro, D. Solorz. *in d. cap.* 16. *n.* 36.

16 Ex quibus videtur dicendum, quod cum cauſa finalis, & motiuum principale ceſſent iuxta mentem Pij Quinti; exinde ceſſare debere effectus ſuæ Conſtitutionis. *l. adigere.* § *quamuis, de iurepatronat. l. ſi Pater, ff. de hæredibus inſtituendis. l. generaliter, Cod. de Epiſcopis, & Clericis,*

*cap. cum ceſſante* 60. *de appel.cum vulgatis*, optime ad intentum D.Solorz .*in d.cap.*16. *num.*29.*&* 37.*&* 44.*vſque ad* 47. vbi *num.* 49. *vſque ad* 65 incluſiue adducit fundamenta fauentia Regularibus, vt in Indiis debeant, & eis liceat, fungi munere curatorum iuxta d.conſtitutionem Pij V.

Attamen *num.* 66.*vſque ad* 77. probat
17 cum Ioſepho de Acoſta, & Ioanne Mattienzo, Magis oportere, vt per Sacerdotes Seculares inibi adminiſtrentur, & regantur Curata. & eo citato idem ſentit Barb. *in Paſt.p.*3.*allegat* 74.*num.*20.in nouiſſime impeſſis *de anno* 1649. vbi ita concludit. *Independentibus etiam à curam animarum, habent iidem Epiſcopi aucthoritatem ſuper Regulares, vt ait Marius Antonin. var. reſol. lib.*1.*reſol.*112.*cauſa* 50.*prope finem, quem refert, & ſequitur Campanilis in diuerſ.iur. canon rub.*12.*cap.*13.*num.*51.*Seraph.deciſ.*1067. *num.*1. *&* 2.*vbi quod Epiſcopus viſitat. Eccleſiam Monachorum, in qua cura animarum exercetur, & perſonas eam exercentes, non obſtante quacumque exemptione, nouiſſime me citato in hoc loco Tamburinus de iur. Abbatiſſarum diſp* 17.*q.*1.*n.*3.*in fine, & Ioannes Solorzano de iure Indiarum to.*2.*lib.*3.*cap.*17. *à n.*51. *& in terminis Regularium, doctrinas Indorum habentium Frater Emanuel to.* 1. *quæſt.Regular.q.*36.*artic.*3.*&* 4.*& to.*2.*q.*64. *artic.* 1. *Miranda in manuali Prælator. q.* 42. *articul.* 1. *cum ſequentibus. Felicianus*
18 *à Vega ad cap. cæterum* 5. *de iudiciis num.* 34.*Et quodam modo venit in conſequentiam perſonarum, vt inquiratur quomodo conſeruetur Sanctiſſimum Sacramentum, & Eccleſiaſtica ornamenta, vt per Sacram Congregationem deciſum fuiſſe refert Seraphinus deciſ.*1067.*in fine*, &c. Hæc Barboſa.

19 Quæ omnia licet ita ſe habeant, hodie tamen adeſt conſtitutio Gregorij XV. quæ tollit difficultatem *ſub dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ* 1622. *Nonis Februarij*, quæ incipit, *Inſcrutabili Dei prouidentia*, & habetur penes Tamburinum *de iure Abbatiſſarum diſp.* 16. *q.* 2. & pœnes Cherubinum in Bullario *to.* 3. *in conſtitutionibus eiuſdem conſtit.* 18. *in vltima impreſſione pag.* 296. eſuſque principale fragmentum refert Barboſa *in collect. ad Trident. ſeſſ.*25.*cap.*11.*de Regul.numero* 18. *eſtque temporis ſequentis.*

*GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam*

INſcrutabili Dei prouidentia vniuerſalis Eccleſiæ Regimini, meritis licet imparibus præſidentes, paſtoraralis noſtræ ſolicitudinis partes eſſe dignoſcimus, in eam curam præcipue incumbere, vt à dignis, & probatis tantum Sacerdotibus ſancte adminiſtrentur Eccleſiaſtica Sacramenta; atque vt virginum Deo ſacrarum Monaſteria diligentiſſime cuſtodiantur, & viri aſſumantur idonei, ad prædicationis officium, ſalubriter exequendum. Sane Tridentinæ ſynodi decretis prouide cautum eſt, nullum Præſbyterum, etiam Regularem, poſſe confeſſiones ſecularium, etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliâs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gatis detur, obtineat.

Nec non, vt in Monaſteriis, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura, perſonarum ſecularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ, tam Regulares, quam Seculares, eiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediate in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationẽ pertinet, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſeopi, in cuius diæceſi ſunt ſita. Itemque vt Epiſcopi, vniuerſi obteſtatione diuini Iudicij, & interminatione maledictio nis æternæ, in omnibus Monaſteriis, ſibi ſubiectis ordinaria, in aliis vero Sedis Apoſtolicæ aucthoritate, clauſuram Sanctimonialiũ vbi violata fuerit diligẽter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, con-



ſeruari maxime procurent; inobedientes, atque contradictores per cenſurãs Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas quacumque appellatione poſtpoſita compeſcentes,

Atque vt Regulares, in Eccleſiis ſuorum Ordinum prędicare volentes, ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneãtur; in Eccleſiis vero, quæ ſuorum ordinum non ſunt, nullo modo prædicare poſſint ſine Epiſcopi licentia: contradicente autem Epiſcopo, nulli, etiam in ſuorum ordinum Eccleſiis prædicare præſumant.

Verùm quia experientia compuratum eſt, Eccleſiaſtici regiminis rationes poſtulare, vt decretis eiuſmodi aliquid adiungatur: matura deliberatione noſtra, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac generali, ac perpetuo valitura conſtitutione decernimus, ſtatuimus, & declaramus, vt deinceps, tam Regulares, quàm Seculares quomodolibet exempti, ſiue animarum curam perſonarum Secularium Monaſteriis, ſeu domibus Regularibus, aut quibuſuis aliis Eccleſiis, vel beneficiis, ſiue Regularibus, ſiue Secularibus incumbentem exerceant, ſiue alias Eccleſiaſtica Sacramenta, aut vnum ex illis miniſtrent, præuia Epiſcopi licentia, & approbatione; ſiue quoquomodo in dictæ curæ exercitio, aut in eorũdẽ Sacramentorum, vel alicuius ex illis, adminiſtratione de facto abſque vlla auctoritate ſe ingerant: in his quæ eiuſmodi curam, ſeu adminiſtrationem concernunt, omnimodæ iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni diæceſani Epiſcopi, tanquam Sedis Apoſtolicę delegati, plene in omnibus ſubiiciantur. Ad hæc tamen Regulares, quam Seculares huiuſmodi nullis priuilegiis, aut exemptionibns tueri ſe poſſint, quominus, ſi delinquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum Monalium, etiam Regularibus ſubiectarum, ab Epiſcopo loci ſimiliter tanquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ delegato quoties, & quando, opus fuerit puniri, & corrigi valeant. Confeſſiones vero, ſiue Seculares quomodocumque exempti, tam Ordinarii, quam extraordinarii, etiam Regularibus ſubiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, niſi prius ab Epiſcopo diæceſano, idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed & Adminiſtrantes bona ad eiuſdem Monaſteria Sanctimonialium, vt præfertur, etiam Regularibus ſubiectarum pertinentia, ſiue Regulares extiterint, ſiue ſeculares, quomodolibet exempti, Epiſcopo loci, adhibitis, etiam Superioribus Regularibus, ſingulis annis rationes adminiſtrationis, gratis etiam exigendas, reddere teneantur; ad idque iuris remediis cogi, & compelli queant. Liceatque Epiſcopo, ex rationabili cauſa, Superiores Regulares admonere, vt eiuſmodi Confeſſores, atque Adminiſtratores amoueãt: iiſque Superioribus id facere detrectãtibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem, prædictos Confeſſores, & Adminiſtratores amouẽdi, quoties, & quando opus eſſe iudicauerit, Ac ſimiliter poſſit Epiſcopus, vna cum Superioribus Regularibus, quarumcũque Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Præfectarum, vel Præpoſitarũ eorundẽ Monaſteriorũ, quocumque nomine appellentur, electionibus per ſe, vel per aliũ intereſſe, ac prę ſidere, abſque vlla tamẽ ipſorum Monaſteriorum impenſa.

Ac demum habeat Epiſcopus, tanquã dictę Sedis delegatus, auctoritatẽ coercendi, ac puniendi quoſcumque exemptos, tam ſeculares, quã Regulares, qui in alienis Eccleſiis, aut quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia; & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum, non

petita illius benedictione, aut ipſo contradicente prædicare præſumpſerint. Ita vt Epiſcopi in ſupra ſcriptis caſibus, in prænominatas perſonas, in præmiſſis omnibus & ſingulis, aut circa ea quoquomodo delinquentes, quoties, & qua do opus fuerit, etiam extra viſitationem, per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas vti eiuſdem ſedis delegati procedere, omnemque Iuriſdictionem exercere libere, & licite valeant. Decernentes ſic per quoſcumque Iudices, &c. non obſtantibus ordinationibus & conſtitutionibus Apoſtolicis, &c.

20 Ex qua conſtitutione liquido patet, omnes Regulares, Epiſcopis eſſe ſubiectos in ordine ad exercitium Parochorum, & adminiſtrationem Sacramentorum non obſtantibus Indultis, in eorum fauorem obtentis, quæ reuocata remanent per dictum decretum Gregorij XV.

21 Quod quidem hodie ſeruandum eſſe expreſſe teſtatur Tamburinus *de iure Abbatiſſarum diſp. 16. q. 2. nu. 2.* per hæc verba: *Armendar. in addit. ad recopilationem Nauar. lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 98. dicit quod confeſſarij prædicti non ſunt Epiſcopo (loquitur de confeſſariis Monialium) neque Ordinario ſubiecti, & ideo approbari, & admitti non debent, ſed à ſuis Superioribus, cui fauent Sorb. in ſuis annotat, ad compendium Mendicantium, verbo, Moniales, Azor p. 1. lib. 13. cap. 9. q. 2. & Campanil. in diuerſ. iur. canon lib. 16. rubr. 12. num. 53. & fere omnes in hac re ſcribentes ante conſtitutionem Gregorij XV. quæ hodie obſeruanda eſt, ſimul cum quibuſdam declarationibus Sacræ Congregationis Cardinalium Concilij Tridentini interpetum*, &c. Vſque huc Tamburinus,

22 Et in terminis Breuis pij V. ita declarauit Sacra Congregatio *die 16. Februarij 1627*, Teſte Sellio *in ſelectis canonicis cap. 31. n. 14* relato per Barboſ. *Apoſtol. dec. ſ. collect. 633. n. 13.* per hæc verba: Regulares exercentes curam animarum ſubſunt iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in his tamen, quæ ad dictam curam pertinent, non obſtante Breui Pij V. *ſub dati Romæ 24. Martij 1567.* Quod idem repetit, ipſe Barboſ. *ex Aldano in collectam ad Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 11. de Regular. n. 5. & ibidem num. 4.* repetit ex Sellio idem fuiſſe declaratum, ab ipſamet Sacra Congregatione *ſub die 5. Iulii eiuſdem auni 1627.*

Et quamuis Lezana *to. 1. ſummæ cap. 19. num. 35. in fine* dicat, huiuſmodi conſtitutionem Gregorij, iuſſu SS. N. Vrbani VIII. fuiſſe ſuſpenſam pro Regnis Hiſpaniarum, vt conſtat ex Breui Nuncij Apoſtolici, tunc temporis exiſtentis, nunc vero Eminentiſſ. Cardin. Sacceti 21. *Aprilis* 1625. Quam quidem ſuſpenſionem intentum allegat Tambur. *de iure Abbatiſſarum diſp. 16. q. 3. n. 3.* pro d. Breue Gregorij XV. in verſ. Nota cum Lezana, &c. 23

Sed re vera, quamuis dicta ſuſpenſio ita ſe haberet quæ admitti non poteſt, attamen videmus, ipſum Vrbanum VIII. poſtmodũ per Breue ſpeciale, *ſub die 12. ſeptembris* 1628. generaliter, & indiſtincte reuocaſſe omnia indulta, & priuilegia, etiam per modum communicationis conceſſa, audiendi confeſſiones ſine examine, & approbatione ordinariorum, & hoc etiam quoad Regna Hiſpaniæ, vt late probauimus *ſupra q. 9. n. 9.* cum pluribus ſequen. ergo prædicta ſuſpenſio nihil poteſt nocere ad præſens, eſto quod ita ſe haberet. 24

Verum enim vero & adhuc probari poteſt, quod etiam ſecluſo prædicto Breui *de anno 1628.* in terminis iuris prædicta ſuſpenſio non poterat aliquid operare contra diſpoſitionem conſtitutionis Gregorij XV. cum enim ex decreto Tridentini *in a ſeſſ. 25. cap. 11. de Regul.* expreſſe decernatur, quod in Monaſteriis, ſeu domibus, tam Virorum, quam Mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarum ſecularium; perſonæ tam ſeculares, quam Regulares, huiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediate, in his quæ ad dictam curam & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, adminiſtrationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius diæceſi sũt ſita. Nec quod ibi aliqui, etiam ad nutum ammouibiles, deputentur, niſi de eiuſdem conſenſu, ac præuio examine, per eum aut eius Vicarium faciendo, patet quod perſonæ tali miniſterio deſtinatæ, tam Seculares quam Regulares iuxta mentem Tridentini, immediate quoad illud ſubſunt Epiſcopo, & hunc eſſe genuinum ſenſum Concilij, accurate expendit D. Solorz. *in d. lib. 3. cap. 17. num. 11.* vbi alios allegat ita explicantes, vt diximus *ſupra n. 7. & 8.* & patebit ex Breui Clementis VIII. ſtatim referendo in ſequẽti numero. 25

Præterea ad inſtantiam ipſorum Regularium, in Indiis exiſtentium, obtenta fuit alia Bulla à Clemente VIII. *ſub dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 8. Nouembr. 1597. Pontificatus ſui anno 6.* & incipit: *Religioſorum quorumcumque.* Quæ qui 26



quidem originaliter aſſeruatur in conuentu S. Franciſci Limenſi, provt teſtatur D. Solorz. *in d. to. 2. lib. 3. cap. 16. num.* 63. in qua iubetur vt in illis partibus, Regulares exercentes curam animarum indigeant approbatione ordinariorum, antequam illam exercere poſſint, eſtque tenoris ſequentis,

*CLEMENS PAPA VIII.*

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Religioſorum quorumcũque qui ad ſalutem animarum Chriſti fidelium procurandam fidelem operam præſtant, proſpero, ac tranquillo ſtatui libenter conſulimus, provt in Domino ſalubriter conſpicimus expedire; cum itaque in partibus Indiarum, multi Fratres Ordinis Minorum de obſeruãtia Sancti Franciſci, ad Indos nouiter ad fidem conuerſos, Chriſtianam doctrinam edocendos, eorumque animarum curam exercendam, ob penuriam Sacerdotum Secularium, ex Apoſtolicæ Sedis ſpeciali Indulto deputari ſoleant, qui ab eorum Superioribus nominati, ac à locorum Ordinariis, ſeu eorum officialibus approbati prius fuerint, cumque ſicut accepimus, fratres ſic ad curam animarum deputati, licet extra clauſtra in locis, in quibus pro tali adminiſtratione deputantur morentur, nihilominus certis cuiuſque hebdomadæ diebus, ad Conuentus, quos in locis principalibus habent, accedere debeant, & Cõmiſſarios generales, alioſque Superiores quibus ſubſunt, & obediunt, & à quibus viſitantur, habeant, ita vt extra clauſtra Religionis morari minime dici poſſint, Nos eorum quieti, & tranquillitati proſpicere volentes, ex voto venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſuper conſultationibus, & negotiis Epiſcoporum, & Regularium, Præpoſitorum, Fratres prædictos Ordinis Minorum de obſeruantia, ad animarum curam exercendam, vt præfertur, deputatos, in concernentibus curam animarum, ordinario Loci ſubeſſe, in reliquis vero, nõ Ordinario loci, ſed ſuis Superioribus ſubiectos remanere, de quorum licentia extra clauſtra degunt, ſicque ab omnibus cenſeri, ac ita per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus, ſuper his, à quocumque quauis auctoritate ſciẽter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Quocirca quibuſcumque locorum Ordinariis, in Indiarum partibus conſtitutis, per præſentes committimus, & mandamus, ne Fratres prædictos contra præſentium tenorem ſuper præmiſſis vllatenus perturbare, moleſtare, vel inquietare audeant, vel præſumãt, quinimò illis in eiſdem præmiſsis, efficacis defenſionis præſidio aſsiſtant, & faueant. Contradictores quoſcumque per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis quarumuis Eccleſiarum, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, vel manu Notarij Apoſtolici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus ipſis haberetur, ſi forent exhibitæ, & oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 8. Nouemb. Pontific. Noſtri anno 9.

M. Veſtrius Barbianus,

Ex qua Conſtitutione expreſsè conſtat, prædictos Regulares, neceſſariò ab Ordinariis prius approbandos eſſe, antequam munus Parochorum exercere valeant; licet in ſuis Capitulis Prouincialibus anteceden

cedenter nominati, & approbati fuerint, ſimiliterque illos ſubiici ordinariis in concernentibus curam animarum, licet in ceteris ſint ſubiecti ſuis Superioribus, vt patet ex illis verbis *Qui ab eorum Superioribus nominati, ac ab eorum Ordinariis, aut eorum officialibus approbati fuerint* &c. Et rurſus in illis: *Fratres prædictos Ordinis Minorum de obſeruantia ad animarum curam exercendam, vt præfertur, deputatos, in concernentibus curam animarum Ordinario loci ſubeſſe*, &c. & ita docet Dominus Solorzano *in d. cap. 16. num* 64. *in fine, & cap.* 17. *num.* 16. *&* 17. & eo relato Barboſ. Apoſtol. *deciſ. collect.* 628. *n.* 4. Tamburinus *de iure Abbatum to.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 11. *num.* 51. & alij plures per ipſos relati, ex quibus ita hunc articulum concludendum videtur.

28 Nec contrarium docet Lezana *to.* 1. *ſummæ cap.* 9. *num.* 81. *in fine*, qui poſtquam dixit, non licere Regularibus baptizare, vel eſſe patrinos, aut alia Sacramenta miniſtrare, niſi prius ſpeciali licentia præsbyteri Parochialis, ita coucludit: *Aliqui tamen Religioſi, in Indiarum partibus exiſtentes, poſſunt exercere officium Parochi, matrimonia celebrando, & Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrando, ex Pio V. in Bulla edita anno* 1567. *quæ incipit.* Exponi nobis, &c. Hoc namque nos non negamus, immo cum ipſo fatemur iuxta mentem Bullæ Pij V. poſſe prædictos Regulares in Indiis officium Parochi exercere, dicimus tamen, quod iuxta prædictas Bullas Clementis & Gregorij, requiri prius approbationem Ordinarij, eſſeque talesRegulares ei ſubiectos in concernentibus prædictam curam animarum, provt prędictę conſtitutiones ita ſtatuunt; & cum Lezana ſolùm loquatur iuxta Conſtitutionem Pij V. non ſe extendit ad idem dicendum, iuxta poſteriores moderantes illam, provt credendum eſt ipſum ſentire inſpectis tenoribus dictarum Conſtitutionum.

29 Tandem pro noſtra ſententia, & ad intentum ponderari debet elegans deciſio textus *in cap. cum Capella, de priuileg.* ibi *Cum Capella Ducis Burgundiæ gaudere dicatur huiuſmodi priuilegio, quod nullus Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, in perſonas Canonicorum eiuſdem Capellæ, ſuſpenſionis, vel excommunicationis, aut interdicti ſententias audeat promulgare: quidam Capellæ ſupradictæ Canonici, qui Parochiales Eccleſias à te tenent, occaſione priuilegij prælibati, in his etiam quarum iuriſdictio ad te pertinet, ita ſe dicunt exemptos, vt quantumcumque grauiter interdum excedant, tuæ correctioni recuſant, & ſententiæ ſubiacere. Quocirca mandamus, quatenus, in quantum exempti ſunt, eiuſdem ratione Capellæ, Apoſtolicis priuilegiis deferas reuerenter; ſed in quantum ratione Parochialium Eccleſiarum, vel alias iuriſdictionem tuam reſpicere dignoſcuntur, Officii tui debitum in eoſdem liberè proſequaris*, &c.

Ex quo textu patet, omnes exemptos ratione beneficij Parochialis eſſe ſubiectos Iuriſdictioni, & punitioni Epiſcoporum in concernentibus curam animarũ, & ideo ſi eius ratione contrahant, vel delinquant, cognitio pertinet ad Ordinarium, vt accurate probat Chochier *in tra. de Iuriſdictione ordinaria in exemptos to.* 1. *p.* 2. *cap.* 45. per hæc verba 30

Tertius caſus; exemptus ſimpliciter, ratione verò perſonæ ſecundum quid, ratione rei, ſeu loci, ſi obtineat Eccleſias Parochiales, aliaue officia, quorum adminiſtratio, & regimen, ſeu cognitio ad Epiſcopum ſpectat, ſi illorum ratione delinquat, ſeu contrahat, iuriſdictiò contra illum ſpectabit ad Epiſcopum, Couarrunias *pract. quæſt. cap.* 11. *num.* 5. Francus *in cap.* 1. *§. illum n.* 4. *de verb. Significat. n.* 6. Ac (vt inquit Capicius) licet aliquis ſit exemptus, ſi tamen efficiatur Prior Monaſterij, non exempti, poterit tanquam Prior talis Monaſterij cõueniri coram Ordinario, Capicius *deciſ.* 59. *num.* 2. *per cap.* 1 *de priuilegiis in* 6. Nauarrus *conſ.* 19. *num.* 9. *de cleric non reſident. p.* 1. quia poteſt quis eſſe pro parte exemptus, & pro parte ſubiectus, Trancus *cap. ſi Papa §. & eſt num.* 2. *eodem in* 6. & ratione rei non exemptæ ſubiici Ordinario, velut in exemptis, qui aſſumuntur ad regimen loci non exempti, qui tandiu ſubſunt Ordinario quandiu ibi degunt, tex. *in cap. cum Capella*, vbi Innocentius & Doctores *de priuilegiis*. Brixienſ. *in repetitione, verbo Exemptio colum.* 7. *fol.* 353. Ideo exempti omnes quoad ea, quæ pertinent ad beneficia non exempta, ſubſunt Iuriſdictioni Epiſcopi, etiamſi eſſent familiares Cardinalium. Nauar. *conſ.* 9. *de iureiurando*, Thomas Zerola *in paxi Epiſcopali p.* 1. *verb. Exemptio. §.* 4. *&* 2. 31

Idem repetit Chochier n. 64. ibi: Quinquageſimus octauus, Exempti conueniri poſſunt coram Ordinario ratione publicarum fonctionum, ſeu officiorum *L. vnica* vbi expreſſe Caſtrenſis. *C. in quibus cauſis milit. fori. præſcrip.* Auth. *vt Iudices ſine quoquo ſuffragio §. nolumus, in fine; l.* 2. *C.* vbi *de Curiali, vel Cohortal.*, ibique DD. Quod ipſum docte explicat Abbas dicens, familiares Papæ, & quoſuis exemptos, ratione beneficiorum conueniri poſſe coram Or-

di



dinario Abbas *cap. dilecti filii numero* 9. *verſ. & nota, de foro competenti*. Hæc Cochier.

32 A quo idem mutuauit Salgado eo relato *in tract. de ſupplicat. Bullar. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 4. *&* 5. vbi poſtquam in antecedentibus late probauit, & reſoluit provt *ſupra num.* 12. ita conoludit, *Quare omnino fatendum erit, quod ſi exemptus à Iuriſdictione Ordinarii, promotus fuerit ad officium, ſeu beneficium non exemptum eius reſpectu, & contemplatione Ordinarius erit Iudex cõpetens, cuius iuriſdictioni ſubiectus erit, atq; ideo, ſi cõmiſſio impetretur contra exemptum ad illum conueniendum ſuper re tangente adminiſtrationem ſuæ Eccleſiæ non exemptæ ſiue officii, provt hactenus probauimus, poterit tam ipſe, quam Epiſcopus Ordinarius, nec non Fiſcalis Regius petere à Senatu hoc ſupremo remiſſionem huius cauſæ ad Ordinarium omnino faciendam in prima inſtantia*, &c. Et tandem ipſe Salgado *n.* 27. reſoluit in terminis d. decreti Conſilij Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Regular.* Regium Senatum Caſtellæ protegere Ordinarios contra Regulares exercentes curam animarum in Monaſteriis virorum, ſeu Mulierum in concernentibus ad eam, nam in tali caſu ſubſunt in vim dicti decreti, iuriſdictioni, & punitioni Epiſcoporum, & in ſequentibus numeris late agit de hoc articulo, quẽ omnino videbis, & latiſſime in terminis Regularium D. Solorz. *in d. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 47. *cum pluribus ſequentibus*, ad quem remito lectorem ne in hoc vlterius immoremur.

33 Verum licet prædicta ita ſe habeant cũ nouiſſime Sacræ Congregationi propoſitum eſſet, an dicta Bulla Pij V. eſſet reuocata, vel moderata in Bullis ſummorum Põtificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur, licet in aliis declarationibus decreuerit eſſe reuocatas, vt patet ex ſuperius adductis, *num.* 9. *& ſequen.* nihilominus in noſtro Breui reſpondit. Agendũ cum Sanctiſſimo, an velit declarare, Bullam non eſſe reuocatam, illam tamen non ſuffragari, niſi in locis, vbi eſt defectus Parochorum; vt patet ex Breui ſuperius relato in initio huius ſecundæ partis, in tertia declaratione pro parte Religioſorum Societatis IESV propoſita.

Ex qua declaratione concludendum eſt, quod cum in Indiis tot ſint Clerici Seculares, non debent admitti vbi illi non defuerint ex late penderatis à D. Solorz. *in d. cap.* 16. *num.* 29. *cum pluribus ſequentibus*, præcipue *num.* 66. *vſque ad* 77. non verò in aliis vbi mumerus Clericorum Secularium ſit copioſus ex late ſupra deductis,

---

## QVÆSTIO XXII.

### An Epiſcopus poſſit cum cenſuris procedere contra Regulares exemptos, ſi inobedientes fuerint in confeſſionibus audiendis, vel prædicatione verbi Dei, & hoc an vigore Cõcilij Tridentini, vel per quem canonem?

SVMMARIVM.

*Epiſcopi an poſſint procedere contra Regulares, cum cenſuris, in caſibus, in quibus illis ſubiiciuntur, eſt anceps quæſtio, numero* 2.

*Epiſcopi de iure poſſunt procedere contra Regulares, & alios exemptos, cum cenſuris, ſi Secularium confeſſiones audiant, vel verbum Dei prædicent ſine eorum licentia, & approbatione, n.* 3.

*Regulares non poſſunt ab Epiſcopis, cenſuris illaqueari ex eo, quod prædicent verbum Dei vel ſecularium confeſſiones audiant ſine ipſorum approbatione, ſi ad eum effectum aliquo priuilegio fuerint muniti, num.* 4. *Sed alÿ contra ſentiunt, numero* 5.

*Regulares excommunicari, vel aliis cenſuris poſſunt ab Epiſcopo affici, in caſibus, in quibus illis ſubiiciuntur, præcipue ſi audiant confeſſiones ſecularium, vel prædicent verbum Dei ſine ipſorum appprobatione, num.* 5. *ſed alÿ contra ſentiunt, numero* 25.

*Epiſcopis ſubiecti ſunt Regulares quoad approbationem audiendi Secularium confeſſiones, & prædicandi verbum Dei, n.* 6.

*Conceſſo vno, concedi debet, quod ex principali cauſa reſultat, n.* 6. *&* 13.

*Commiſſio ſi ſit conceſſa, cenſetur etiam commiſſum omne illud, quo ad ipſam cauſam ſpectare noſcitur, n.* 7. 18. *&* 22.

*Iuriſdictio ſi concedatur, cohæret ei quidquid ſine illa exiſtere non poteſt, licet veniat in conſequentiam, n.* 7. *&* 8.

*Iuriſdictio ſi ſit delegata alicui, intelliguntur conceſſa omnia illa, ſine quibus exqui non poteſt, n.* 8.

*Index cauſarum ciuilium non habet cogni-*

*tio*

tionem criminalium, ſed incidenter ea vti poteſt, ſi in cauſa ciuili inobedientia, vel contumacia commitatur à parte, & hoc raione dependentiæ neceſſariæ, numero 9. & 13.

Delegatus repræſentat perſonam delegantis in omnibus, & per omnia, n. 10.

Delegans poteſt delegato commiſſionem limitare, n. 11.

Iuriſdictio Ordinariorum quoad Regulares ex variis priuilegiis ſummorum Pontificum remanet coarctata, n. 12.

Regulares ſi prædicauerint Verbum Dei, vel audierint Secularium Confeſſiones ſine approbatione Epiſcoporum, poſſunt ab eis puniri, etiam cum cenſuris, n. 13.

Delegato licet directè aliquid non committatur; committitur tamen quidquid conducit ad cauſæ cognitionem, cum omnibus dependentibus, & concernentibus ad illam, numero 14. & 15.

Delegatus poteſt coërcere pœnis, & cenſuris impedientes vti ſua iuriſdictione delegata, num. 15.

Iuriſdictio Iudicis delegati fruſtra operare poſſet, ſi in ſe per omnia media non haberet actionèm, & coercitionem, n. 16.

Cenſuræ Eccleſiaſticæ ſunt gladij, quibus iuriſdictio Eccleſiaſtica tuetur, & quibus punit inobedientes, n. 17. & 18.

Expreſſum dicitur, quod virtualiter ineſt ex natura rei, n. 18.

Concilium Tridentinum iubet, obſeruari omnia decreta de Regularibus loquentia, non obſtantibus eorum priuilegiis, & deputat Epiſcopos, illorum exequntores ad eum effectum, n. 19.

Clauſula, Omnia, & Singula, comprehendit omnia ſine aliqua limitatione, & cuncta includit taliter, quod nihil prætermiſſum cenſeatur, n. 10.

Pœnæ augendæ, vel diminuendæ ſunt ſecundum qualitatem delicti, n. 21.

Concilium Tridentinum, & ſummi Pontifices, quando ſubiiciunt Regulares iuriſdictioni Epiſcoporim, perneceſſe concedunt vt poſſint procedere ad punitionem cum cenſuru, num. 22.

Concilium Tridentinum non limitat Epiſcopis modum procedendi contra Regulares, in caſibus, in quibus eos ipſis Epiſcopis ſubiicit, & ideo ſi inobedientes fuerint, poterunt procedere omnibus modis ad punitionem, iuxta terminos iuris, n. 23.

Clauſula, nõ obſtãtibus priuilegiis, derogat omnia priuilegia contra diſpoſitionem apposita, n. 24.

Regulares habent varia priuilegia, ne ab Epiſcopis poſſint cenſuris innodari, n. 26.

Mendicantes fere omnes communicant interſe priuilegia, quæ à ſummis Pontificibus cuique illorum fuerunt conceſſa, numero 27.

Variæ decretales, & diuerſa Tridentini decreta diſponunt, vt in aliquibus caſibus, Epiſcopi poſsint cum cenſuris procedere contra Regulares, n. 28,

Caſus exceptus firmat regulam in contrarium, n. 29.

Extenſio in odioſis fieri non debet, numero 29.

Pœnæ, & cenſuræ comminata, in legibus Synodalibus, & Conſiliis Prouincialibus, celebratis ab Epiſcopis, vel Archiepiſcopis, non ligant Regulares, n. 30.

Regulares exempti ſunt à legibus diæceſanis, num. 30.

Cauſa impulſiua, propter quam Pontifices conceſſerunt priuilegia exemptiua Regularibus fuit, in odium Ordinariorum, numero 31.

Priuilegia Regularium, ſemper interpretari debent ad eorum fauorem, n. 32.

Epiſcopi hodie poſſunt procedere contra Regulares cum cenſuris, in caſibus in quibus illis ſubiecti ſunt, n. 33.

Sacerdos Regularis, ſi audierit Secularium confeſſiones ſine Epiſcopi approbatione, vel prædicauerit verbum Dei, poteſt ab eo puniri, etiam cum cenſuris, numero 34.

Epiſcopi habent facultatem interdicendi Regularibus, & aliis exemptis, ne prædicent verbum Dei ſine illorum approbatione, in vim Tridentini, n. 35.

Epiſcopi poſſunt procedere cum cenſuris, & aliis pœnis, contra Regulares, & alios exemptos, prædicantes verbum Dei, & audientes Secularium confeſſiones ſine illorum approbatione; & hoc in vim conſtitutionis Gregorij XV. n. 26.

Epiſcopi poſſunt per conſtitutionem Gregorij XV. punire pœnis & cenſuris Regulares, prædicantes verbum Dei, & audientes Secularium confeſſiones ſine ipſorum approbatione, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem, num. 37. & 38. cum ſequen.

DVo in hac quæſtione ſiue dubio ventilanda continentur. Primum, 1
An Epiſcopus poſſit procedere cum cenſuris contra Regulares exemptos, ſi ei inobedientes fuerint in audiendis ſecularium confeſſionibus, vel prędicatione verbi Dei. Secundum; & dato quod cum cenſuris procedere poſſint, an talem auctoritatem habeat vigore Concilij Tridentini, vel per alium Canonem,



2 Quoad primum valdè controuertunt DD. an generaliter Epiſcopi poſſint cum cenſuris procedere contra Regulares, in caſibus, in quibus eis ſubdũtur, vt pro vtraque parte plures referunt, Sanchez *de matrim. lib. 5. cap. 33. num. 22. & ſequẽ*, & Barboſ. *in paſtor. allegat.* 78. *num.* 27. & copioſiſſime *allegat.* 105. *& in collect. ad Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *de Regul.* quibus iunge Lezanã *to.* 3. *ſummæ verbo, Exemptio Regularium, n.* 12. *&* 13. Fran. Leonem *in Theſaur. fori Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 19. Dianam *to.* 3. *reſol. moral. tract.* 2. *de dubiis Regular. reſol.* 76. late Ceſpedes *de exemp. Regul. cap.* 18. *dub.* 274. vbi refert fundamenta ambarum ſententiarum, & alios plures infra citandos; Et quia longun eſſet recenſere omnia, quæ circa hunc articulum dicta & diſcuſſa ſunt inter Doctores, conſultò ommitto, reſtringendo quæſtionem ad terminos Dubij propoſiti.

3 In quo Tamburinus *de iure Abbatum to.* 3. *diſp.* 5. *q.* 11. *num.* 104. *&* 105. tenet, poſſe de iure Epiſcopos procedere cum cenſuris contra Regulares exemptos, prædicantes verbum Dei, & auſcultãtes ſecularium confeſſiones ſine approbatione ordinariorum; Quod probat reſpectu concionatotum *ex cap. excommunicamus. §. quia vero, de hæreticis* ibi: *Prædicationis officium vſurpare præſumpſerint, excommunicationis vinculo innodentur*, &c. & quoad confeſſiones ex Clement. dudum §. ſtatuimus, verſ. ac deinde, de ſepulturis; quod limitat, niſi aliquo priuilegia tales exempti fuerint muniti.

4 Zerola in praxi, verbo Excommunicationis cauſa materialis *dub* 5. *verſ. quartò, an Epiſcopus*, indiſtincte docet, in ambobus caſibus id efficere poſſe, & idem tenet Laurettus de Franchis *de controuer. inter Epiſcop. & Regul. q.* 6. *n.* 304.

5 Riccius *in praxi aurea, & quotidiana reſol.* 210. poſtquam poſuit Regularem generalem, quod excommunicatio lata ab ordinariis contra ſubditos ſuos non ligat Regulares; ſtatim *in n.* 1. excipit ab hac Regula, & ait fallere primo in prædicantibus ſine licentia Ordinarij, vel Sedis Apoſtolicæ, per tex. *in d. cap. excommunicamus, §. quia vero*, & ex Trident *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *in fine de reformatione*, & pro ſe allegat Caſtrum *de iuſta Hæreticorum punitione lib.* 3. *cap.* 3. & Pegnam *in directorio Inquiſitorum ſuper cap.* 13. *in p.* 2. & præterea adducit Bullam Leonis X. quæ eſt XV. & proſequitur ipſe Riccius in tertia fallẽtia prædictæ Regulæ per hæc verba: *Tertio fallit, quando auſcultarent confeſſiones Secularium Sacerdotum ſine licentia Ordinarij, ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reformat. Clement. dudum. §. ac deinde, de ſepulturis*, &c. & hanc ſententiam late defendit Bordonus *in ſuis reſolutionibus, ſeu conſil. Regul. in.* 1. *reſol.* 7. *q* 6 *n.* 9. vbi plures allegat idem tenentes.

Fundamenta autem huius opinionis 6
deſumuntur ex eo, quia ſi conceditur (vt eſt certum) Regulares ſubiici Epiſcopis in prædictis caſibus, vt nos late probauimus *ſupra p.* 9. *&* 10. neceſſario concedendum eſt id, quod ex principali cauſa reſultat, vt patet ex cap. præterea 5. in fine de offic. & poteſt. Iudic. delegati, ibi *Quia ex* 7
*eo, quod cauſa ſibi cõmittitur, ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur plenariam recipit poteſtatem*, & vt Probat Cardinalis Tuſcus *to.* 1. *lit. A. concl.* 97. *num.* 1. *ex l.* 2. *ff. de iurid. omnium Iudicum*, & cum pluribus tradit Barboſa *in tract. variis axiomate* 4. *num.* 9. Præcipue cum hoc ius ſit inſeparabile à cauſa principali, quo caſu, in iuriſdictone cohæret, quidquid ſine illa ſtare nõ poteſt, licet veniat in conſequentiam, vt cum Baldo probat Gratianus *to.* 5. *diſcep. forenſ. cap.* 839. *num.* 25. Sed Epiſcopi non poſſunt exequi in Regulares ſuam iuriſdictionem in his, quæ illis ſubiiciũtur, ſi cenſuras in eos comminare non poſſent, ergo dicendum eſt conceſſam eſſe hanc facultatem.

Cui argumento intẽdit ſatisfacere Ceſ- 8
pedes, qui contrarium defendit *in tract. de exemptione Regular. cap.* 18. *dub.* 274. *vbi n.* 7. ita ait: *Obiicies primò, delegata iuriſdictione alicui, illa omnia intelliguntur cõceſſa, ſine quibus illam exequi non poteſt cap. præterea, & cap. prudentiam in fine, ſed ſine cenſuris non poteſt expleri iuriſdictio: ergo*, &c. *Reſpondeo negando minorem, nam ſunt aliæ pœnæ, & alia iuris remedia*, Hæc Ceſpedes.

Sed conuincitur ex quadam eleganti doctrina Cardinalis Tuſchi *to.* 1. *in d. lit. A*
*concl.* 77. *num.* 14. vbi ita ait. *Amplia, quia* 9
*licet Iudex cauſarum ciuilium non habeat cognitionem criminalium, tamen incidenter habet; ſi in cauſa ciuili committatur contumacia, vel inobedientia, ratione dependentiæ neceſſariæ, Federicus de Senis conſ.* 302. *n.* 3. *verſ. officiales vero*, &c.

Ex qua doctrina patet, quod cum cenſurarum promulgatio neceſſario ſupponat contumaciam, & inobedientiam ratione dependentiæ, ex conſequenti ſequitur, comprehendi incidenter in ſubiectione, facultatem procedẽdi cum cenſuris propter inobedientiam, & contumaciam; quibus

bus pœna naturalis, & propria eſt cẽſura & regulariter loquẽdo, alia cõdigna pœna, puniri non poſſent ab Epiſcopis confeſſarij, & concionatores delinquentes, ergo non bene ſatisfacit Ceſpedes argumento, negando ſolum conſequentiam.

10 Secundò probatur prædicta ſententia. Non delegatus in omnibus, & per omnia repræſentet perſonam, & gerit vices delegantis *cap. 1. diſtinct. 94.* cum aliis adductis à Bordano *in d. reſol. 7. q. verſ. tumquia delegatus*, & à Gratiano *to. 1. diſcep. forenſ. cap. 106. num. 38.* Et iuxta metas delegationis, delegantis auctoritate, & radiis præfulget, aut coruſcat, ſicut ipſemet delegans *cap. 2. de conſuetudine in 6.* vbi communiter DD. Rota *in meis recollectis Pœnæ to. 1. deciſ. 409. n. 3.* vbi annotaui alias deciſiones; Sed Epiſcopi quoad probationem cenſurarum, reſpectu Regularium gerunt vices Pontificis delegantis ſuam Iuriſdictionem, in caſibus, in quibus Tridentinum eos ſubicit Epiſcopis, præcipuè reſpectu concionatorum & confeſſariorum, ergo in caſu inobedientiæ, ſicut poſſet Pontifex delegans cum cenſuris procedere, poterunt, & etiã Epiſcopi, ſicut & ipſius delegati.

11 Cui fundamento intendit ſatisfacere Ceſpedes vbi proxime *n. 8. in fin.* & ita ait: *Reſpondeo delegatum adhuc repræſentare perſonam delegantis etiamſi nequeat excommunicare, vt poteſt delegans, nam adhuc cum hac coarctatione, & reſeruatione, potuit delegans delegare*, &c. Quæ quidem reſreſponſio contra ipſum retorquetur, ergo ſi delegans non coarctauit, habebit delegatus talem facultatem, & poteſtatem, Sed in decretis Tridentini, vbi conceditur Epiſcopis Iuriſdictio, vt procedere poſſint contra Regulares, eoſque ſubiicit Ordinariæ Iuriſdictioni, non reperitur coarctata delegatio, vel iuriſdictio, vt procedere non poſſint cum cenſuris, ergo ex doctrina ipſius Ceſpedes conceſſa videtur talis facultas & poteſtas.

12 Nec contra hanc reſponſionem obſtat quod ex variis priuilegiis (vt patebit ex allegandis ſtatim pro ſecunda ſententia) id habent Regulares; ex quibus videtur coarctata ordinariorum Iuriſdictio; Nam reſpondet Bordonus *in d. reſol. 7. n. 9. verſ. reſpondetur ad primum*; dicta priuilegia, noſtris temporibus euanuiſſe, vel procedere quatenus exempti ſunt, non quatenus ſubduntur.

13 Quæ reſponſio adæquatè non ſatisfacit, nam in caſibus in quibus non ſubduntur, non erat dubitabile, & præterea, nihil priuilegia concedebant; vnde cum aliquid operare debeant, videtur dicendum comprehendere caſum ſubiectionis.

Quare melius (meo videri) ſatisfit dicendo, quod etſi concedamus, generaliter priuilegia diſponere, ne ordinarij poſſent Regulares cenſurare (quod in omni caſu difficultate non caret) illud tamen locum habere non poteſt, quando ex natura actus, in ipſo tanquam in neceſſarium antecedẽs, eſt imbibita talis facultas, vt optime conſiderauit Tuſcus *in d. concl. 77. n. 14.* vnde cum iuriſdictio approbandi Concionatores, & audientes Secularium confeſſiones ad Epiſcopos immediate pertineat, ex late deductis *ſupra q. 9. & 10.* ſequitur, quod ſi in hac ſubiectione (à qua non liberant priuilegia dictos Regulares) fuerint contumaces, & inobedientes, in illa poteſtate, & auctoritate habent facultatem coërcendi cum cenſuris, & pœnis ad omne illud acceſſorium, & per neceſſarium antecedens imbibitum in ipſa iuriſdictione, vt patet exemplo Iudicis, qui ſolum poteſt procedere in cauſa ciuili, in qua ſi pars fuerit contumax vel rebellis, aut immodeſtum aliquid contra talem Iudicẽ effecerit, poterit ille Iudex procedere criminaliter contra talem partem, puniendo illam iuxta qualitatem delicti, licet aliàs in radice cauſæ id efficere non poſſet.

14 Quare concludendum eſt, quod etſi delegato directe non committatur facultas coërcendi cum cenſuris, ſi tamen expreſſe non prohibeatur, remanet ex natura actus omnimoda illa poteſtas omnium conducentium ad cauſæ concluſionem cum omnibus, dependentibus ad perfectam illius exequutionem, vt cum Bartulo, Soccino & aliis tradit Marcheſanus de *cõmiſſionibus to. 1. p. 1. §. 2. n. 39. pag. 790*,

15 Ex quibus deducitur; reſponſionem datam à Ceſpedes non bene adaptari, ſed conuinci, tum ex eo, quod in noſtro caſu ordinariorum facultas non ſit coarctata, tum quia cum ex natura poteſtatis ordinariorum & ſubiectionis Regularium quoad concionandum, & auſcultandas confeſſiones non ſit reſtricta, nec in priuilegiis ſpecialiter exceptuata; deducitur exinde, habere facultatem ad omne illud, quod ſequitur per neceſſarium antecedens ad eum effectum tanquam acceſſorium, & connexum, vt optime cum Menochio *de arbitrariis caſu 438. num. 4.* tradit Barboſ. *in collect. ad cap. ex litteris 29. de offic. & poteſtat. Iudicis delegati numero 2.* per hæc verba: *Quia verius eſt, hanc poteſtatem coërcendi impedientes, dari delegato, ab delegante, quia committendo cauſam, videtur non poteſt, quod reperitur in poteſtate coërcẽdi.*



16 Tertiò, prædicta ſententia fulcitur ex eo, quia iuriſdictio fruſtra operaretur, ſi per omnia media in ſe non haberet coërtionẽ, *c. Paſtoralis in initio, de offic. & poteſt. Iudicis deleg.* ibi: *Poteſt compellere renitentem, eo quod Iuriſdictio illa nullius eſſe videretur momẽti, ſi coertionem aliquam non haberet*, &c. Idem probat text. *in c. ex litteris, eod. tit.* ibi: *Cum huiuſmodi demandata Iuriſdictio deluſoria videretur, ſi ſubdelegatus huiuſmodi, coertionem aliquã non*

17 *haberet*, &c. & notat gloſſa *in d. c. Paſtoralis, verbo, Si coertionem*, Iuriſdictionẽ, ſine coërtione nullam eſſe, ex *l. vlt. ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio*; ergo quando iura canonica, & decreta Trident. Epiſcopis cõceſſerunt iuriſdictionẽ in Regulares, præcipuè quoad approbationem Concionatorum, & confeſſariorũ præcisè illis attribuerunt coërtionem, in caſibus in quibus dictos Regulares ſubiecerunt; cum nulla reputari deberet Iuriſdictio ſine coërtione, & vix Epiſcopi cogere, & coërcere poſſent potenter, & cum effectu ſine cenſuris: nam ſunt gladij, quibus iuriſdictio Eccleſiaſtica tuetur, & debellat; Ergo Epiſcopi eis vti poterunt, vt à Regularibus obediantur.

18 Cui argumento reſpondere intendit Ceſpedes vbi *ſupra n. 9.* dicendo, quod quãdo iura concedunt Epiſcopis, vt cõtra Regulares vti poſſint cenſuris; expreſſis verbis illud declarãt, & ideo quod extra illos caſus habebũt coërtionem, ſed non per cẽſuras, licet facultas cõcedatur per verba quãtũuis generalia.

Sed replicari poteſt, non ex eo quod nõ exprimatur poteſtas procedẽdi cũ cenſuris videtur excluſa talis facultas, quia (vt diximus *ſupra n. 7. & ſeq.*) quando in natura Iuriſdictionis tacitè ineſt, & ei eſt annexum aliquid per neceſſarium antecedens, nõ ponit quidquam ſubſtantiale in eſſe rei, vt exprimatur, vel non ex regula iuris, quod expreſſum dicitur quidquid in actu virtualiter ineſt. Noſter Regens Seſſe *deciſ. 65. n. 22.* latè Ferrer. *ſuper Conſtit. Cathaloniæ, gloſſ. 4. n. 65.* vbi plures ampliationes ad hanc regulã tradit; ergo quando iura tribuunt Epiſcopis coërtionem contra Regulares, in caſibus in quibus illis ſubiiciuntur, licèt cenſuræ ſubticeantur, virtualiter remanent incluſæ, tamquam principalia remedia, & arma, quibus Iuriſdictio Odinaria defenditur, & punit, & exinde non concludere reſponſionem datam à Ceſpedes, quæ etiam conuincitur ex ſtatim dicendis.

19 Hæc ſunt fundamenta quibus Bordonus vbi ſupra hanc tuetur ſententiam, quæ quidem licet conciſſæ refert etiam Sanchez *de matrimonio to. 2. lib. 7. cap. 33. num. 22.* & alia duo addit Ciarlinus *cap. 5. num. 25.* vide licet, Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 22. de Regular. in fine*, iubere obſeruari omnia ipſius decreta, de Regularibus loquentia, non obſtantibus eorum priuilegiis, & deputat Epiſcopos exequutores, vt latè nos diſeruimus *ſupra 10 n. 60. cum ſequ.* ergo tamquam tales exequutores habebunt facultatem procedendi cum cenſuris.

20 Cui intendit ſatisfacere Ceſpedes *vbi ſupra num. 11.* quia vult intelligere diſpoſitionem Tridentini non ad alia ipſius decreta, ſed ſolum reſtringere illa ad contenta in illa ſeſſione & capite. Quod quidem dici non poteſt, nec talis reſtrictio admitti, nam incipit caput. *Hæc omnia, & ſingula, in ſuperioribus decretis contenta*, &c. poſtea proſequitur; *Et quia Sancta Synodus deſiderat, vt omnia, & ſingula ſupradicta*, &c. Quæ verba operantur comprehenſionem, & incluſionem omnium, ſine aliqua limitatione, taliter quod nihil prætermiſſum cenſeatur, vt cum pluribus probat Barboſ. *de clauſ. vſufrequ. clauſ. 96. num. 2. & 3.* & ideo non poteſt limitari illa Tridentini diſpoſitio prout intendit Ceſpedes,

21 Quod ita præſentiens ſic proſequitur. *Sed concedamus, etiã loqui de omnibus decretis in Tridentino. Reſpondeo tamen, nec Epiſcopum poſſe procedere cenſuris, nec per hæc ſequitur, priuilegia obſtare; nã obſtarent, ſi nullomodo Epiſcopus poſſet procedere in Regularis*, &c.

22 Sed conuincitur Ceſpedes primo, quia etſi poſſint Epiſcopi procedere aliis pœnis, ex eo non prohibetur, nec excluditur, quod cenſuras proferre non valeant; enim vero ſecundum qualitatem delicti, pœnæ augeri, vel diminui debenr; & ideo aliquando cenſuris, quando delictum eſt graue, & aliquando ſire illis ſi fuerit leue procedendum eſt.

23 Secundò probat Ciarlinus hanc ſententiam ex eo quia Concilium non limitat modum procedendi, ergo poterit Epiſcopus omnibus modis procedere; Sed huic obiectioni reſpondet Ceſpedes *vbi ſupra num. 12.* quod & ſi non limitet, attamen in hoc relinquere in ſuo robore priuilegia Regularium, & exinde virtute illorum non poſſe Epiſcopos cum cenſuris procedere,

24 Vnde cum in noſtro caſu ex Tridentino, *ſeſſ. 25. in dict. cap. 21. de regularibus*, & ex diſpoſitione iuris quoad Concionãtes, & audientes ſæcularium confeſſiones ſine approbatione, habeãt Epiſcopi facultatem procedendi, non poteſt dici priuilegia ſubſiſtere, quãdoquidem dictum Trident. reuocat illa, vt patet ex verbis proximè relatis, præcipuè in illis, *Non obſtantibus eorum omnium, & ſingulorum priuilegiis, & illis Conſtitutionibus, &*

Regulæ,ex quibus,omnia priuilegia derogata cenſentur, vt cum pluribus tradit Barb. de clauſulis vſufrequentioribus,clauſ.83.n.1.& 32.

Et fortaſſe Ceſpedes,non ſatis tutus de reſponſionibus,per ipſum datis ad prædicta argumenta in d.n.12.in fine,ita concludit. Vide Bordonum in loco ſupra,& facile etiã retorquere poteris reſponſiones,&c. Ex quibus bene colligitur, non firmas iudicaſſe ſolutiones ad argumenta, & pro hac ſententia vide quæ diximus ſupra q.10.n.5.cum plurib.ſequent.

25 Contrariam tamẽ opinionem plures etiã DD.tuentur, ſcilicet Epiſcopum non poſſe cum cenſurts contra Regula res procedere, Sanchez tom.2.conſil.moral.lib.6.c.9.dub.1.n.28.& in Decalogum lib.6.c.1.n.14.& de matri. lib.7.diſp.33.n.22. vbi pro ſe citat Gambarã, Enriquez.& Rodriquez, quos ſequitur Portel.de dub.Regular.in addit.verb.Epiſcopus,n.9. Villalobos to.2.ſummæ tract.35.diffi.5.n.17. & alij plures penes Barb.in collect.ad Trident. ſeſſ.25.de Regul.c.14.n.10.& in paſtor.p.3.alleg.78.n.25.& penes Dianam to.3.reſol.mor.tr.2.reſ.78.& to.7.tr.12.reſ.27.quibus iunge Pelliz.in manual.Regul.to.2.tr.8.c.6.ſect.1.n.44.& alios allegatos per Bordonum in ſuis conſiliis, ſeu reſol.moral.to.1.in d.reſ.7.q.6. n.9. verſ.oppoſitum ſentiunt, & probabilem appellat hanc opinionem Lezana to.1.c.11.n.14.

26 Fundamẽta ſententiæ huius deſumuntur ex eo,quia Regulares habẽt varia priuilegia, ne per Epiſcopos, vel alios Ordinarios poſſint cenſurari,vt patet ex priuilegio Alexãdri V.conceſſo FF.Dominicanis, teſte D.Antonio 3.p.ſummæ tit.24.c.75.§.1.verſ.Excommunicari non poſſunt;& altero Sixti IV.eiſdẽ Religioni,& FF.Dominicanis, relato à Ceſpedes in d.c.18.dub.274.n.2.& à Rodriguez in Bullario pag.371.n.57.& habetur etiam penes Cherubinum to.1.Bullar.pag.341.§.8. in vlt. impreſſ. & ex aliis priuilegiis conceſſis à Clemente IV.Religioni,& FF.S.Franciſci,penes Emun.Rodrig to.2.quæſt.Regul q.58.art.5.& altero ab Alexãd.IV. penes Hieron.Rodrig. Bulla 13.in to.1.Bullarij,pag.57.& ex aliis pluribus diuerſorum Pontificum conceſſis aliquibus Religionibus ex Mendicãtibus,prout refert Lezan.in d.to.2.ſum.in d.c.11.n.14.in fi.

27 Vnde cum ferè omnes Mẽdicantes inter ſe cõmunicent,& participẽt priuilegia vnius Religionis in alteram, vt latè refert Barb.in tract.de vniuerſ.iur.Eccleſ.lib.1.c.41.ſequitur, prædictos Regulares ex vi ſuorum priuilegiorum eſſe liberos,& exemptos,vt Epiſcopi contra eos non poſſint cẽſuras proferre,etiã in caſibus,in quibus illis ſubiiciuntur,cum ad eum effectum liberi,& immanes remaneãt.

28 Secundò probatur,quia in pluribus capitibus Concilij Trident. & in variis decretalibus conceditur Epiſcopis,vt poſſint cum cẽſuris procedere contra Regulares,in aliis verò non exprimitur, ergo generaliter ex natura iuriſdictionis ordinariæ, vel delegatæ non habent eam facultatem, ſi eis expreſsè non conceditur, aliàs fruſtra adderetur illa poteſtas,vel fatendum eſt, ſuperfluam eſſe illam adiectionẽ, ſi ex ſe id efficere poſſent.

Et hoc fit clarius ex illo iuris principio, 29 quod caſus exceptus firmat regulam in contrarium,l.nam quod liquidò, ff.de penu legata,l. quæſitum,§.idem reſpondit,ff.de fundo inſtructo, c.2.de coniugio leproſorũ cũ vulgatis,ſed Trid. & alia iura exprimunt aliquos caſus, in quibus contra Regulares poſſunt Epiſcopi procedere cum cenſuris;ergo tanquam excepti caſus firmabunt regulam,vt præter illos non valeant Epiſcopi proferre cenſuras,maximè cũ ſimus in odioſis,in quibus non debet fieri extenſio,niſi quatenus expreſſum reperitur, l.cum quidam,ff.de liberis, & poſth. c.odia 15. de reg.iur.in 6.cum concordantibus.

Tertiò defendunt hanc ſententiam,quia 30 Regulares non ſubiiciuntur legibus Synodalibus,aut Conciliis Prouincialibus,celebratis ab Epiſcopis.nec pœnæ, aut cenſuræ in illis comminatæ ligant dictos Regulares, prout plures DD defendunt; ex eo quia exempti ſunt à lege diœceſana, Suar.de legib.li.3.c.33. n.8.& lib.4.c fin.Sãchez co.2.conſil. moral.lib. 6.c.9.dub.1.n.8.& alij,quos refert,& ſequitur Bordonus in ſuis reſolut.ſeu conſiliis Regularib. to.1.reſol.7.n.6. vbi plura adducit fundamẽta pro corroboratione;ergo à fortiori fatẽdum eſt,quod multo minus per ſententiã,aut declarationẽ poterunt Epiſcopi cum cenſuris compellere Regulares ad aliquid faciẽdum, etiam in caſibus,in quibus ſubiiciuntur,cum per alias pœnas poſſint illud iubere,& fortius vinculum iudicãtur illud legum Synodaliũ, vel Prouincialis;ergo ſi ab eis eximũtur Regulares,nec contra eos virtute illarũ poſſunt cenſuræ comminari, multo minus poterunt ex aliis titulis, præcipuè cum tot priuilegiis reperiantur muniti.

Quartò addit Ceſpedes pro hac ſententia 31 aliud fundamẽtum,deductum ex P.de Bellis in hunc modum,ſcilicet,quod huic opinioni adhærendum eſt,propter coniecturas, & præſumptiones,quæ militant, & fauent exẽptis, quæ mouit Pontifices ad attribuendas exemptiones Regularibus,fuit in odium Ordinariorum,qui nimis Religioſos infeſtabãt, & ex conſequenti tales exemptiones debent ampliari.

Præcipuè cum ex Bulla Leonis X.priuile- 32 gia Regularium ſemper ad eorum fauorem interpretari debeant; maximè quia talis exemptio fauorabilis eſt Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, cuius intereſt, multos habere ſubiectos, & exinde non eſt credendum velle



velle ſe expliare iuriſdictione,quam in Regulares exercet, ſi ſpecialiter id non exprimat; quæ omnia, & alia ad hunc articulum conducentia videre poteris penes Dianã to. 7.reſol.moral.tract.12.Miſcel.reſol.27. vbi refert verba P.de Bellis,in qua fundat ſuã opinionem, quam etiam ex eiſdem fundamẽtis ſequitur Ceſpedes in d.dub.274.& ſimiliter ipſe Diana vbi proximè refert contrariam ex Nouario,& Bordono,qui acriter defendit primam opinionem, & accuratè reſpondet argumẽtis huius ſecundæ,vbi videre poteris.

33 In hac contrarietate ſententiarum,ambas probabiles cenſeo; ſed primam probabiliorem iudico,ſecundum ſtatum antiquiorem, & hodie omnino, & ſine dubio ſequendum eſſe,fateri debet,vt patet ex dicendis pro reſolutione ſecundæ partis dubij.

34 Et ad eam deueniendo ſine hæſitatione dicendum eſt,poſſe hodie Epiſcopos procedere cum cenſuris contra Regulares, in caſibus in quibus eis ſubiiciuntur,& quoad noſtrum intẽtum præſentis dubij adeſt expreſſa declaratio S.Congreg. ſub die 14. April. 1646.teſte Diana to.9.reſol.moral. tract.9.reſol.36.verſ.ſed ſi aliquis, vbi ita ait:Sed ſi aliquis quærat hic, quomodo, & à quo ſit puniendus Regularis excipiens ſæcularium cõfeſſiones abſque approbatione Epiſcopi, de hoc dubio nouiſſimè extat declaratio S. Cõgregat.tenoris ſequentis: Eminentiſſ.& Reuerendiſſ. Domini, quæritur ab Eminentiis veſtris,qua pœna,& à quo ſit puniendus Sacerdos Regularis, qui abſq; præuia Archiepiſcopi, aut Epiſcopi approbatione confeſſiones ſæcularium audit. Die 14.Aprilis 1646. Sacra Congreg. Eminent. Cardin. Concilij Trident.Interpretum reſpondit,puniendum eſſe ab eodem Archiepiſcopo, ſeu Epiſcopo pœnis, etiam cenſurarum.

Petrus Aloiſius Cardin. Carrafa.

Franciſcus Paulucius S.C.Secret.

Hæc Diana,idemque tenet Zerola in praxi,verbo excommunicationis cauſa materialis,verſ.quarto an Epiſcopi,cui iunge Pelliz.in manuali Regul.to.2.trac.8.c.6.ſec.1.n.44.

35 Dicendum igitur eſt,poſſe hodie Epiſcopos procedere cum cenſuris contra Regulares prædicatores,vel cõfeſſarios,ſi inobediẽtes fuerint in prędicatione verbi Dei,vel audiendis confeſſionibus ſecularium ſine illorũ approbatione,ſed à quo iure hoc eis pertineat dubium eſt, & videtur dicendum,eſſe attributum in vim Tridentini,cum enim in eo Regulares, & exempti ſubiiciantur Epiſcopis, ex latè deductis ſupra q.9.& 10.exinde videtur, hanc facultatem pertinere;cũ enim poſſint interdicere prædicationem,vt declarauit Sacra Congregatio teſtibus Piaſeco, & Fran. Leone relatis, & ſecutis à Barboſ. in Paſt.p.3. allegat 79.n.8.& Apoſt. deciſ.collect. 591.n.9 & reſpectu confeſſariorum ex latè deductis à nobis ſuprà q.20. videtur dicendum, Epiſcopos habere hanc auctoritatem ex Tridentini decretis.

Sed verius eſt, hodie pertinere indiſtin- 36 ctè ex Conſtitutione S.M.Gregorij XV.quã ad litteram retulimus ſupra in q.anteced.n.19. & ita iuxta præſentem ſtatum diſputationes, & controuerſiæ quoad hunc articulum ceſſare debent,vt patet ex §.atque vt Regulares, & §.confeſſores,dictæ cõſtitutionis, in quibus indiſtinctè Epiſcopis ſubiicit omnes Regulares,& exemptos concionatores, & Cõfeſſarios delinquentes, & in §.ac demũ clare ſtatuit,vt Epiſcopi cum cenſuris poſſint procedere contra illos, vt latè probauimus ſupr.q. 10.num.21.& ſequent.

Vnde hoc,tanquam notum,& certum ita 37 probat Ceſpedes,qui cum neruoſè defendat contrariam ſententiam, tandem in d.c.18. dubio 278.n.4.ita concludit.Sed hodie per Conſtitutionem Gregorij XV.quæ incipit, Inſcrutabili(de qua alibi fuſe)& per declarationẽ factam ab Vrbano VIII.in forma Breuis,directam Epiſcopo Gienen, iam poſſunt Regulares puniri ab Epiſcopo,& etiam cenſuris,vt docent plures Doctores,& patet clare ex verbis Bullæ,quæ talia ſũt: Ac demũ habeat Epiſcopus authoritatem coercendi, & puniendi quoſcumque exemptos,tam Seculares,quã Regulares, qui in alienis Eccleſiis quæ ſuorum Ordinum non ſunt,abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſiis ſuis,aut ſuorum Ordinum,non petita illius benedictione,aut ipſo contradicente,prædicare præſumpſerint,&c. Dat ergo poteſtatem Epiſcopo puniendi Regulares concionatores ſine ipſius licentia,quam facultatem nõ habebat ante dictam conſtitutionem; Inſuper dat etiam facultatem puniendi cenſuris,dum dicit. Ita vt Epiſcopi in ſupradictis caſibus, in prænominatas perſonas, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, aut circa ea quoquomodo delinquentes,quoties,& quando opus fuerit, etiã extra viſitationẽ,per cẽſuras Eccleſiaſticas,aliaſque pœnas,vt eiuſdem delegati procedere,omnẽque iuriſdictionem exercere libere & licite valeant,&c.Clare ergo patet,poſſe ab Epiſcopis poſt dictam Conſtitutionem puniri Regulares etiam cenſuris,Hæc.quoad concionatores ſentit Ceſpedes.

Quod idem quoad cfeſſarõios reſoluit in 38 d.cap 18.dub.277. vbi cum in principio defendat cum Sanchez Vulp.& Nouar.contra Zerolam, & Laurettum de Franchis, non poſſe Epiſcopos nec per Tridentinum, nec per cap. dudum, cenſuris procedere contra Regulares, audientes Secularium con

confeſſiones, ſine illorum approbatione in fine ita concludit. Dico tamẽ modo, iã poſſũt Epiſcopi per Cõſtitutionẽ Gregorij XV. *Inſcrutabili*, de exemptorum priuilegiis, excõmunicare Regulares Sacramentorũ Pœnitentiæ adminiſtrãtes ſine licentia his verbis: *Decernimus, ſtatuimus, & mandamus, vt deinceps, tam Regulares, quàm ſæculares quomodolibet exempti, ſiue animarum curam*, &c. *ſiue aliàs Eccleſiaſtica Sacramenta, aut vnum ex illis miniſtrent, ſine præuia Epiſcopi licentia, & approbatione*, &c. *aut in eorundem Sacramentorũ, vel alicuius ex illis adminiſtratione de facto ſe ingerant abſque vlla authoritate*, &c. Hinc clarum eſt, poſſe Regulares ab Epiſcopo cenſuris compelli, ſi ſine approbatione audiant Sæcularium quorũcumque cõfeſſiones, &c. Ex quibus patet manifeſtè, quod licet olim ita opinare potuiſſent Ceſpedes, & alij, hodie tamen ſine dubio dicendum eſt, per dictam Conſtitutionem Gregorij XV. Epiſcopos cẽſuris procedere poſſe contra Regulares in caſibus contentis in d. Conſtitutione.

39 Quod idem tenet Bordonus *in d. reſol.* 7. *q.* 13. *n.* 21. & ita ait. *Sextò. Quamuis olim Epiſcopi non potuerint punire Regulares, in alienis Eccleſiis, ſine eorũ licentia prædicãtes*, &c. Nunc autem poſt Cõſtitutionem, *Inſcrutabili*, Gregorij XV puniri poſſunt, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas ab Epiſcopo, vt ſtatuit in eadẽ Conſtitutione in illis verbis. *Ac demum*, &c.

Quod ita fuiſſe declaratum à S.D.N. Vrbano VIII. teſtatur Barb. *in collect. ad Trident. ſeſſ.* 5. *c.* 2. *de reform. n.* 22. per hæc verba: *Sed hodie per Conſtitutionem Gregorij XV. incip.* Inſcrutabili, *contrarium eſt dicendum; verba autẽ d. Conſtitutionis ſunt. Ac demum*, &c. & illos coërcere, & punire poſſe, etiam cenſuris Eccleſiaſticis fuit declaratum per S.D.N. Vrbanum VIII. *in quadam Conſtitutione in forma Breuis, directa Epiſcopo Gienen ſub Dat.* 30. *Iãuarij* 1629. &c. Quod idem confirmat ipſemet Barb. *in collect. ad c.* 4. *Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. n.* 21.

40 Ex quibus bene concluditur ad deciſionẽ noſtri dubij, poſſe Epiſcopos procedere cenſuris contra Regulares concionatores, & confeſſarios ſi prædicta exerceãt ſine approbatione Epiſcoporum in vim prædictæ Cõſtitutionis Gregorij XV. & aliarum à nobis allegatarum *ſupra in d q.* 9. *&* 10.

Nec mirum, quod plures DD. dixerint contrarium, cum ferè omnes id tenẽtes, ſcripſerint ante d. Cõſtitutionem Gregorij XV. quam cum ad præſens habeamus, fatendum eſt, quod dicimus, provt in ea expreſsè deciditur, & patet clarè ex declaratione S. Congreg adducta à Diana, & à nobis relata *ſupra n.* 33. *&* 34.

Et nouiſſimè ita etiã declarauit eadẽ S. Cõg. & S.D.N. Innocẽtius X. decreuit, vt patet ex Breui ſuperius relato, in initio huius ſecundæ partis in 4. declar. ex propoſitis pro parte Religioſorum Societ. IESV, per hæc verba: *Reſpondit, poſſe procedere, non quidem in vim Concilij Trident. ſed in vim Conſtitut. Greg. XV. quæ incipit:* Inſcrutabili Dei prouidentia, &c. Vnde hodie omnia ſupradicta de plano procedere, non eſt dubitabile.

## QVÆSTIO XXIII.

## An licentia audiendi confeſſiones, & prædicandi, ab Epiſcopo, per litteras miſſiuas, an ſolũ per litteras patentes Cancellariæ concedi poſſit. 1

### SVMMARIVM.

*Epiſcopus poteſt concedere licentiam concionandi, vel audiendi confeſſiones, non ſolũ per litteras patẽtes, ſed etiã per miſſiuas, n.* 1. *&* 9. *& ſeq.*

*Approbatio ad concionandum, vel audiendum confeſſiones eſſentialiter non requirit, vt in ſcriptis detur, n.* 2.

*Licentia audiendi confeſſiones, vel prædicandi, poteſt concedi ore tenus, n.* 2. *&* 9.

*Approbatio ad audiendas confeſſiones, vel concionandum, non requirit pro forma, vt in libris cancellariæ deſcribatur, n.* 2.

*Tridentinum non præſcribit Epiſcopis formam ad concedendam approbationem concionatoribus, vel confeſſariis, & ideo poterunt illam præſtare, vt ipſis libuerit, n.* 3.

2 *Approbati ad concionandum, vel audiendũ confeſſiones, conſultius efficient ſi approbationẽ in authenticis ſcriptis obtineant, vt quoties, & quando opus fuerit illam exhibere poſſint, n.* 4.

*Approbatio ad audiendas confeſſiones, & concionandum, non indiget litteris patentibus, quoad forum internum, ſecus tamen quoad externum, & Iudiciale, n.* 5. *&* 7.

*Licẽtia, & approbatio ad cõcionandũ & audiẽdas cõfeſſiones, verbo ſolo Epiſcopo perficitur, n.* 6.

*Approbatio ad prædicandum, vel audiendas cõfeſſiones, ore tenus data, non expirat morte concedentis, n.* 8. *eodem porſus modo ſicut illa, quæ cõceditur cũ litteris patentibus, n.* 9. *&* 10.

1 HÆc quæſtio ſiue dubium leuem continet difficultatem, & ideo facile reſolui poteſt, certum eſt enim, poſſe Epiſcopum concedere licentiam audiendi confeſſiones, vel prædicandi verbum Dei non ſolum per litteras patentes Cancellariæ, ſed etiam per litteras miſſiuas, provt omnes Doctores profitentur, & praxis vniuerſalis obſeruat.

Ratio deſumitur ex eo, quia nõ eſt ſubſtãtiale, vel eſſentiale requiſitum, vt in ſcriptura authentica præciſè detur; immò nec in ſcriptis, cum ſufficiat vt ore tenus habeatur, vt patebit ex dicendis *in ſequenti quæſtione*; ergo multo melius ſufficiet per litteras miſſiuas.

3 Secundò, quia ſimiliter non eſt de eſſentia, nec opus eſt, vt approbatio in libris Cancellariæ deſcribatur, vel in aliquo particulari ſcripto, ergo ſine illo valebit.

Tertiò, quia quando Tridentinum Regularibus, aliiſque quibuſcumque inducit obligationem, vt non poſſint Verbum Dei prædicare, vel confeſſionos audire, ſine licentia, & approbatione Ordinariorum non inducit formam, vel requirit, vt illam in ſcriptis obtineant, relinquendo actum, ad arbitrium Epiſcopi; ergo ex natura actus fieri poterit ab Epiſcopo, provt ipſi libuerit, & ita cum Reginaldo, Graffis, & Nouario tenet Diana *tom.* 5. *reſol. moral. tract.* 14. *Miſcel.* 2. *reſol.* 41. & cum Coriolan. & aliis Barboſ. *in Paſtor. p.* 2. *allegat.* 25. *num.* 22. *& in collect. ad Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reform. num.* 33.

4 Licet ipſe vtrobique aduertat cum Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract.* 5. *cap.* 2. *quæſt.* 10. *prope finem*, conſultius eſſe, approbationem in ſcriptis authenticis dari, & iam ita habere, vt Concionator, vel Confeſſarius exhibere poſſit, quoties & quando opus fuerit, quod ita conſuluit Bonacina *tom.* 1. *diſp.* 5. *de pœnit. q.* 7. *punct.* 4. §. 1. *n.* 32. per hæc verba. *Conſultum tamen eſt, prædictam approbationem in ſcriptis dari, vt confeſſarius poſſit exhibere, quoties expedierit, aut opus eſſe iudicauerit*, &c. de quo dicemus *infra in ſequenti q. num.* 10.

5 Enimvero, licet quoad ſubſtantiam, & ſecuritatem exercendi miniſterium prædicandi, vel auſcultandi confeſſiones, ſufficiat approbatio ſine litteris; hoc tamen erit ſufficiens quoad forum conſcientiæ, & internum, vt cum pluribus probat Sanchez, *de matrimon. libro octauo, diſputatione* 29. *n.* 4. vbi latè agit de hoc articulo.

6 Et ratio eſt, quia talis licentia ore tenus & ſolo verbo perficitur, quia cum ſit lex priuata, pendens à voluntate concedentis, non indiget ſcriptura authentica, optime Rodriguez *tom.* 1. *q. regul. q.* 7. *art.* 5. late Tamb. *de iure abbatum tom.* 1. *diſp.* 16. *q.* 2. *num.* 1.

7 Attamen in foro iudiciali, ſi ex ea concionator, vel confeſſarius agi vellent, non erit probatio ſufficiens illa approbatio, quæ non fuerit authentica per litteras





patentes Cancellariæ, vt tradunt Zeroſa, *in praxi p.* 1. *verbo, Bulla*, §. 1. *verſ. nec gratia ſuffragatur. &* §. 4. *verſ. ſi vero loquimur*, in collationibus factis ab Ordinario, Sanchez, *de matrimonio libro octauo, in d. diſputatione vigeſima nona, num.* 2. Paulus Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *qu.* 105. *num.* 2. quos refert & ſequitur Barb. *in collect. ad Clement. dudum de ſepult. num.* 13. *q.* 2. *num.* 3. & alios, quos allegat, & illis iungo Bordonum *in ſuis reſol. ſeu conſil. moral. tom.* 1. *reſol.* 36. *num.* 2. & vide Peirinum *in addit ad Priuilegia Mini. capite ſecundo*, & quæ dicemus *infra in ſequenti quæſtione*, Ex quibus in hoc articulo non eſt abigendum.

8 Sed dubitari poteſt, an ſi approbatio fuerit data ore tenus, vel per litteras miſſiuas, expiret morte concedentis taliter, quod ſi Epiſcopus, qui dedit approbationem concionandi, vel audiendi confeſſiones ſine litteris patentibus moriatur, poſſit, poſſit approbatus ex litteris miſſiuis, vel ore tenus, continuare exercitium, donec licentiæ à ſucceſſore reuocentur.

9 Et dicendum eſt, non cenſeri reuocatam, & ex inde poſſe taliter approbatum vti miniſterio, & ratio concluſionis eſt, quia cum ea approbatio per litteras miſſiuas, vel ore tenus, ex ſui natura ſit legitima, nec ad validitatis eſſentiam ſit neceſſaria ſcriptura, cum pro forma ſubſtantiali illi Tridentinum non requirat, nec quod in litteris patentibus detur, vt diximus *ſupra num.* 2. exinde ſequitur, quod in eſſe formali, & ſubſtantiali approbationis, idem operatur, quoad effectum illa approbatio cum litteris patentibus data, ac cum litteris miſſiuis, & ſicut in primo caſu licentia, & approbatio non expirat per mortem concedentis, ſic ſimiliter, nec in ſecundo, vt cum Bonacina *tom.* 1. *de Sacrament. penit. diſp.* 5. *q.* 7. *punct.* 4. §. 1. *n.* 32. tradit Lezana. *tom.* 1. *ſummæ cap.* 19. *n.* 10.

10 Ex quibus concludendum eſt, approbationem ad concionandum, & ad auſcultandas confeſſiones poſſe Epiſcopum concedere, vel per litteras miſſiuas, vel per patentes, & authenticas Cãcellariæ, vel ore tenus, provt magis ipſi libuerit, & ita omnes doctores profitentur, & declarauit Sacra Congregatio eodẽ modo, & S.D.N. Innocent X. decreuit provt patet ex Breui ſuperius relato in initio huius ſecundæ partis in 5. declar. pro parte Religioſorum Societatis IESV, propoſita per hæc verba.

*Reſpondit, poſſe concedi, etiam per litteras miſſiuas, vel ore tenus, ſi ita Epiſcopo videbitur*,&c.

---

## QVÆSTIO XXIV.

### An licentia prædicandi verbum Dei, & audiendi confeſſiones poſſit Epiſcopus concedere ore tenus, ſine ſcriptis?

SVMMARIVM.

*Concilium Mediolanenſe* IV *ſtatuit, non poſſe concedi licentias, & approbationes audiendi confeſſiones, & prædicandi verbum Dei, ſine litteris patentibus ſub pœna excommunicationis, n.* 1.

*Pontifex ſi de plenitudine ſuæ poteſtatis diceret verbo; eſto Diaconus, vel Sacerdos, etiam ſi habeat intentionem Ordinandi, non ex eo remaneret ordinatus ille, cui talia verba dixiſſet, n.* 2.

*Litteræ ſunt neceſſariæ ad probationem gratiæ, & ſine illis dicitur informis, numero* 3.

*Nullus in Prælatum, vel in dignitate, aut præbenda ſeu Beneficio præficiendus eſt, nec pro tali habendus ſine litterarum expeditione, n.*4.*&* 17.

*Approbatio, & licentia audiendi confeſſiones & concionandi, poteſt ab Epiſcopo ore tenus concedi, ſi ita ipſi libuerit numero* 5. *& ſequen.*

*Priuilegia, gratiæ, & indulgentiæ concedi poſſunt verbo tantum, & ſine ſcripto, numero* 6.*&* 9.

*Scriptura non eſt neceſſaria ad concedendam approbationẽ prædicandi, vel audiendi cõfeſſiones, n.*7.*& ſequen.*

*Scriptura non eſt de neceſſitate gratiæ, aut priuilegij, per ſe loquendo, n.*9.

*Approbationem ad concionandũ, vel ad audiendas confeſſiones prudẽtius eſt in ſcriptis obtinere, licet quoad eſſentiam non ſit de neceſſitate, n.*10.

*Statutum ſiue lex particularis vnius Prouinciæ, non extenditur vltra illam, n.*11.

*Sacramenta omnia eſſentialiter requirunt materiam, & formam, n.*12.

*Confici non poteſt Sacramentum ſine materia, num.*12.

*Pontifex ſupplere non poteſt, vt efficiatur Sacramentum ſine materia, & forma, numero* 13.

*Sacramentum, vt conficiatur, moraliter vniri debent materia & forma, numero* 13

*Gratia dicitur informis ſine expeditione litterarum, ad effectum probationis, & pro ipſius canonicatione, n.*14.

*Gratia ſeu priuilegium non expirat per mortem concedentis, etiamſi litteræ non ſint expeditæ, n.*15.

*Papa ſi ore tenus pronunciet aliquem in Abbatem, vel Epiſcopum, illico eſt Epiſcopus, ſeu Abbas, licet vt talis recipi non debeat, niſi litteris expeditis, n.*16.

1 HÆc quæſtio maximam habet conexionem cum antecedenti, & eodem prorſus modo decidenda venit, quamuis aliqua fundamenta opponi videantur, ne approbationes, vel licentiæ ad concionandum, vel audiendas confeſſiones ore tenus, concedi poſſint, ſed quod præciſe requiratur, fieri per litteras patentes, vt patet ex Concilio Mediolanenſi VI. apud S. Carolum Borromeum, vbi *p.*2.*tit.*6.*cap.*4. ita decernit. *Qui Parochialem Eccleſiam non obtinet, etiamſi Regulares fuerint, confeſſiones ne audiant; quemadmodum ſtatuit Tridentina Synodus, niſi Epiſcopi ſcripto approbati fuerint, Qui cõtra fecerit, excommunicationis pœnam ſubeat*,&c.

Ex quo decreto clare patet, requiri ſcriptum, nec ſufficere approbationem ore tenus conceſſam, & hoc ita ſtatutum, & obſeruatum eſſe per dictum Concilium in Prouincia Mediolanenſi teſtatur Bonacina *to.* 1. *tract. de pœnit. diſp.*5. *q.* 7. *punct.* 4. §. 1. *numero* 33. *verſ. immo in Concilio noſtro.*

2 Secundò opponitur; quia ſi Pontifex de plenitudine ſuæ poteſtatis diceret alicui verbo, vel ore tenus, *eſto Diaconus*, vel *eſto Saceodos*, non remaneret ordinatus, etiamſi haberet intentionem ordinandi, vt optime tradit Bordonus *in ſuis reſol. ſeu conſil. moral. to.*2. *reſol.*67. *numero* 91. ergo eodem modo licentia, & approbatio audiendi confeſſiones, vel prædicandi verbum Dei concedi non poterit verbo, aut ore tenus.

3 Tertiò quia litteræ ſunt neceſſariæ ad probationem gratiæ, ſeu priuilegij, & ſine illis gratia dicitur informis, vt tradunt communiter Doctores *in Rubrica de conſtitution.* & pluribus allegatis Tamburinus *de iure Abbatum to.*1. *diſp.* 16. *quæſt.* 2. *numero* 3.*&* 4. ergo approbatio ore tenus data erit informis, ſi litteræ non expediantur.

4 Quartò, nam Extrauagans *Iniunctæ*, §. *ſanè, de electione*, probat infinitis exemplis, nullum in officio, dignitate, Prælatura, Præbenda, ſeu Beneficio, præficiendum eſſe, nec pro tali habendum, ſine litterarum expeditione; ergo idem in noſtro dubio fateri debemus.



5 His tamen non obſtantibus dicendum eſt, approbationẽ auſcultandi confeſſiones, & prædicandi Verbum Dei ore tenus datam ab Epiſcopo ſufficere, vt talis approbatus ea vti poſſit, & probatur ex Clementina *dudum*, §. *verùm ne Parochiales, circa medium, verſ.* Nos etenim, de ſepulturis, ibi.

6 *Vniuerſa priuilegia, gratias, Indulgentias, verbo, ſeu ſcripto, ſub quacumque forma, vel expreſſione*,&c. vbi gloſſa *lit. D.* probat idem ex cap. *inſtitutionis* 25. *q.*2. ibi: *Siue quæ ſcripto decreuimus, ſiue quæ in noſtra præſentia videntur eſſe diſpoſita*, &c. latè Sanchez *de matrim. lib.*8. *diſp.*29. *num.*2. Tambur. *vbi ſuprà in d. diſp.*16.*q.*2.*n.*1.*& ſequent.* Barboſ. *ad Concilium Trident. ſeſſ.*23. *cap.*15. *de reform. & in collect. ad d. Clementinam dudum, de ſepulturis.*

7 Et in terminis præſentis dubij ipſe Barboſ. *in Paſtor. p.*1. *allegat.* 2L. *num.* 22. ita ait: *Tertio obſeruandum, non eſſe de eſſentia approbationis, vt ea fiat in ſcriptis; ſufficit enim quod in voce habeatur; ex eo quia ſcriptura per ſe loquendo non eſt de neceſſitate gratiæ, nec Concilium ad approbationem eam requirit; quare ita reſoluunt Iacobus de Graffiis in aureis deciſionibus, p.*1.*lib.* 1. *cap.*13. *num.*51. Valerius Reginaldus *lib.*1. *num.*98. Coriolanus *de caſibus reſeruatis, p.*1 *ſect.*2.*art.*7.*n.*3. Homobonus de Bonis *de examin. Eccleſiaſtico, tract.*5.*cap.*2.*q.*10.*prope finem*,&c.

8 Idem tenet Lezana *tom.* 1. *ſummæ cap.*19. *num.* 10. *in fine*, per hæc verba: *Deinde approbatio hæc non requirit ad ſui validitatem, quod detur in ſcriptis, cum Concilium non requirat hoc, nec ſit neceſſaria ad rationem priuilegij.*

9 Bonacina *in dict. to.* 1. *tract. de Pœnitent. Sacrament. in d. diſp.* 5. *quæſt.*7. *punct.*4. §. 1. *numero* 52. in hæc prorumpit. *Quæres octauo, vtrum approbatio danda ſit in ſcriptis. Reſpondeo ad validitatem approbationis non requiri, vt detur in ſcriptis; ratio eſt, tum quia ſcriptura (per ſe loquendo) non eſt de neceſſitate gratiæ, & priuilegij, vt cum communi Doctorum docui in tract. de legibus q.*1. *punct.*5.&c.

10 Optimè Bordonus *in ſuis Conſil. ſeu reſol. moral. tom.*1.*reſol.*36. *num* 2. conſulit per hæc verba: *Secundo reſpondeo, ſufficere ore tenus datam approbationem in ſcriptis; tamen prudentius ferè committitur; Concilium autem vtro ex dictis modis ſit tradenda non diſponit: vnde id relinquitur arbitrio Epiſcoporum, qui communiter eam conſignant in ſcriptis*, &c. de quo diximus *ſupra in quæſt. antecedenti, num.*4.

Et ita fuiſſet declaratum à Sacra Congregatione 26. *Nouemb.* 1602. teſtatur Sellius, relatus per Barboſ. *Apoſtol. deciſ. collect.* 133. *num.*5. prout ſequitur. *A caſibus Epiſcopo reſeruatis abſoluendi licentia poteſt dari viua voce*, &c. Quibus omnibus iunctis concludendum eſt, prædictam licentiam, ſeu approbationem poſſe ab Epiſcopo dari, vel in ſcriptis, vel ore tenus, aut verbo, prout magis ipſi libuerit, vt patet ex proximè allegatis, & ex dictis *in quæſtione antecedenti.*

11 Nec argumenta aliquid obſtant contra hanc reſolutionem, nam ad primam (de quo ſuprà *num.*1.) reſpondetur, quod licet in Prouincia Mediolanen. ita ex allegato decreto obſeruari debeat; attamen cum ſit lex ſpecialis illius prouinciæ, vel Ciuitatis, non obligat, nec obſeruari debet extra territorium, vt ſæpè declarauit Rota, & patet *ex meis recollectis Peña tom.*1.*deciſ.*212.*n.*6.*& deciſ.*493.*num.*2. vbi vtrobique aliàs annotaui, & ideo non ex eo quod Mediolani obſeruetur; in cæteris orbis partibus extendendum eſt, ſi non adſit lex ſpecialis, ſicut Mediolani, & ita obſeruat Bonacina *in d. diſp.*5.*de pœnit. q.*7.*punct.*4.§.1.*num.*32. *verſ. immo in Concilio noſtro.*

Et argumentum potius confirmat, quàm vrget, nam fruſtra in Concilio decideretur, & ſuperfluè illa diſpoſitio, & decretum factum fuiſſet, ſi ex Iuris diſpoſitione iam eſſet ſtatutum, nam caſus exceptus firmat regulam in contrarium, *l. nam quod liquidè* §. *finali. ff. de penu legata, l. quæſitum*, §. *idẽ Reſpondit*, vbi gloſſ. *verb. non poteſt, ff. de fundo inſtructo, cap.*2. *de coniugio leproſorum, cum vulgatis*; ergo ſi in Prouincia Mediolanen. adeſt tale decretum particulare, firmat regulam, quod in aliis, non ita obſeruatur, & ideo non obſtat.

12 Similiter nec ſecundum (de quo *ſupra num.*2.) quia longe differunt poſſe dari, ore tenus, vel verbo approbationem ad concionandum, vel audiendas confeſſiones, vel non poſſe à Summo Pontifice, etiam de plenitudine poteſtatis Ordines ſacros conferri verbis, veluti: eſto Diaconus, vel 13 Sacerdos, nam in hoc ſecundo caſu, non ſufficiunt verba ſola, quia cum ſit Sacramentum, eſſentialiter, & præciſè requirit materiam, & formam; vnde deficiente materia, non poteſt confici Sacramentum, nec Pontifex hanc partem ſupplere, cum non proueniat à Iure Eccleſiaſtico, vel poſitiuo, ſed à Diuino, & quamuis verba prædi-

ἀta, eſto Diaconus, vel Sacerdos, poſſent inducere formam, at vero cum moraliter non vniantur cum materia, ſicut eſſentialiter eſt neceſſarium exinde illa verba ſola non erunt ſufficientia, non ſolum formaliter, verum, nec virtualiter, ad collationem ordinum, vt aduertit Bordonus *in d. reſolut.* 67 *num.* 91. in noſtro vero caſu cum actus approbandi ſit facultatiuus Epiſcopo, & ad ipſius nutum, nec per Tridentinum aut aliud generale Concilium, vel per aliquem Canonem requiratur pro forma; vt talis approbatio detur in ſcriptis; ex eo dicendum eſt, vnum caſum non adaptari ad alterum, & ideo argumentum non vrgere.

14 Minus obſtat tertium de quo *ſupra n.* 3. nam licet fateamur, gratiam dici informem ante expeditionem litterarum; attamen hoc intelligitur ad effectum probationis, & pro Canonicatione ipſius; ſecus tamen, vt ex ſe non ſit valida, & ex inde eſt; gratiam, ſeu priuilegium non expirare poſt
15 obitum Pontificis, vel Principis concedentis, licet litteræ non ſint expeditę, vt tradunt Gonzalez *ad Regulam* 8. *gloſ.* 12. *num.* 45. *&* 48. Gutierrez *lib.* 2. *Canonic. quæſt. cap.* 17. *num.* 4. *& practic. lib.* 1. *q.* 75. *num.* 2. Bonacina *de leg. diſp.* 1. *q.* 1. *punc.* 4. *num.* 51. & alij plures penes Tamb. *in d. to.* 1. *de iure Abbatum diſp.* 16. *quæſt.* 2. *numero* 4. *& ſequen.*

Ex qua doctrina potius colligitur confirmatio noſtræ ſententiæ, quam contrarium argumentum nam per approbationem ab Epiſcopo ore tenus datam, gratiam conſequitur approbatus, vt miniſterium exercere valeat; licet quoad effectum probationis requiri litteras iam diximus *ſupra numero* 3. *&* 4. ſicut ad probationem gratiæ.

16 Ad vltimum, (de quo *ſupra n.* 4.) reſpondetur, non contradicere Extrauagantem Iniunctæ, de electione; immo confirmare noſtram ſententiam, cum ex illa DD. deducant, quid ſi Papa ore tenus, vel verbo pronunciet aliquem in Epiſcopum, vel Abbatem, licet vt talis recipi non debeat, niſi litteris expeditis, & impetratis, quia cum ad hunc effectum requirantur litterę declarantes, & teſtificantes, illum eſſe Epiſcopum, ſeu Abbatem, merito ſine illis decernit Bonifacius VIII. in illa extrauaganti recipi non debere, vt patet ex pluribus exemplis, in ea contentis, & late cum Panormitano tradit Tamburinus, vbi proxime *in dicta q.* 2. *n.* 2.

17 Vnde patet, Concionatorem, ſeu confeſſarium, habentem approbationem ab Epiſcopo ore tenus, vel verbo conceſſam poſſe illa vti, licet in ſcriptis non condedatur, quamuis fateamur, litteras authenticas requiri ad effectum probationis in iudicio exteriori faciendæ, non vero quoad ſecuritatem conſcientiæ, ratione exercitij, vt probatur manifeſte ex ſupra dictis, & ita etiam declarauit Sacra Congregatio, & SS. D.N. Innocentius X decreuit, vt patet ex Breui ſuperius relato in initio huius ſecundæ partis in 6. declar. pro parte Religioſorum Societatis Iesv, per hæc verbo. Reſpondit, vt ad proximum dubium, &c.

---

## QVÆSTIO XXV.

### An facultas eligendi conſeruatores, conceſſa Societati Iesv, à Gregorio XIII. ſuffragetur illi, in locis in quibus non adſunt Iudices Synodales.

#### SVMMARIVM.

*Societas IESV habet facultatem eligendi Iudices conſeruatores ex indulto Pij V. & Gregorij* XIII. *n.* 1.

*Conſtitutio Gregorij* XIII. *quæ Societati IESV conceſſit facultatem eligendi Conſeruatores, diſponit, vt eligi non poſſint, qui Eccleſiaſtica dignitate carent. numero* 2. *&* 3.

*Iudices conſeruatores eligi non poſſunt ex cõſtitutione Gregorij* XV. *qui non ſolum dignitate Eccleſiaſtica polleãt, ſed etiam qui ſint Synodales. n.* 3. 9. 10. *&* 29.

*Conſtitutio Gregorij* X V. *edita circa conſeruatores, afficit omnes gaudentes conſeruatoriis, & ideo debet ab omnibus obſeruari. n.* 4.

*Iudices Synodales, ſi non reperiantur in loco, vbi conſeruator ſit nominandus, an ſine ea qualitate eligi poſſint. numero* 5. *& ſequent.*

*Nemo carere debet Iudice, qui eum defendat, & iuſtitiam adminiſtret. n.* 5.

*Conſeruatores Iudices dantur, vt defendant exemptos à manifeſtis iniuriis, & violentiis, ne cum tanto diſpendio cogantur extra locum litigare, n.* 6.

*Regulares ſi indigeant Conſeruatore, & in Prouincia, vel loco vbi nominãdus eſt non reperiatur Synodalis, qui eo munere fungi poſſint, nominare valent alium ne cogantur cum tanto diſpendio extra Prouinciam litigare, n.* 7.

*Regulares ſi non habeant Conſeruatores, difficulter ſe poterunt tueri ab iniuriis, & violentiis, quæ eis acciderint, numero* 7.

*Exempti, ſi non habeant Iudicem in Regno, apud quem conueniri poſſint; conueniendi ſunt apud Iudices Regios, ne deficiat iuſtitiæ admimiſtratio contra bonorum commune, & detrimentum populi, numero* 8.

*Iudices Conſeruatores ex Conſtitutione Gregorij* XV. *debent eſſe Synodales, in Synode deputati, n* 9.

*Nemo ad impoſſibile tenetur, n.* 9.

*Epiſcopus poteſt procedere contra exemptos, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, quando in loco non adeſt Iudex, qui illorum cauſas cognoſcere poſſit, n.* 10.

*Plura admitti debent, ne delicta maneant impunita, n.* 10.

*Bulla Gregorij* XIII. *conceſſa Societati* Iesv *quoad Conſeruatores, partim eſt reuocata per aliam Gregorij* XV. *n.* 11.

*Ordinarius cognoſcere poteſt in cauſis Miſerabilium, intenſis contra exemptos Seculares, vel Regulares, degentes extra Monaſteria, ſi Iudicem certum non habeant, n.* 10. *&* 12.

*Exempti quando Conſeruatore carent, poſſunt conueniri coram Ordinario, numero* 13. *&* 19.

*Religioſi Carmelitani in Regnis Hiſpaniarũ, in defectum Conſeruatoris, conueniebantur olim coram ſuo Superiore, & non Epiſcopo, ex indulto Pauli* V *quod hodie eſt iam ſublatum, n.* 13.

*Nullus Conſeruator à Regularibus eligi poteſt, qui non habeat qualitates requiſitas in cap. ſtatutum de officio delegati in num.* 6. *& præterea ſi non ſit deſignatus Iudex Synodalis in Synodo Prouinciali, vel diœceſana, n.* 14. *&* 15.

*Breue Gregorij* XIII. *conceſſum Societati, & alia quæcumque circa Conſeruatores, reducenda ſunt ad Conſtitutionem Gregorij* XV. *& iuxta eam regulanda, & obſeruanda, n.* 17. *&* 18.

*Cõſeruatores in cauſis, in quibus ſunt Iudices, poſſunt procedere in prima inſtantia, numero* 19.

*Exemptus citatus extra Prouinciam, vbi ſuus Conſeruator degit, non tenetur reſpondere, n.* 20.

*Exemptio ſi à ſummo Pontifice alicui concedatur, ſimul atribuitur facultas nominandi Conſeruatorem in ſua Prouincia, & ideo ſi ab alio Iudice fuerit citatus, non tenetur comparere, & ad eum effectum vti poterit Regia protectione, n.* 20.

*Conſeruatorem poſſunt nominare exempti in Prouincia, vbi degunt, dummodo fiat iuxta Conſtitutionem Gregorij* XV. *numero* 21.

*Iudicem certum, ſi non habeant exempti, coram quo conueniantur; poſſunt coram Ordinario conueniri, n.* 22.

*Exempti ſi conſeruatorem non habeant, poterunt recurrere ad Ordinarium, vt eos tueatur, n.* 23. *&* 25.

*Iudex ſi non adſit coram quo poſſint Regulares conueniri propter ſuas exemptiones, quid fieri debeat, n.* 24.

*Conceſſio facta exemptis vt habeant Conſeruatores, eſt gratia ſpecialis, numero* 26.

*Conſeruatoriæ antiquæ hodie remanent limitatæ per Conſtitutionem Gregorij* XV. *num.* 26.

*Conceſſio vel diſpoſitio vltima facit ſilere omnes antecedentes contrarias, numero* 26. *&* 27.

*Priores, & Guardiani conuentuales non poſſunt hodie eligi in Conſeruatores, numero* 27.

*Conſeruatoriæ antiquæ exemptorum, licet diuerſis interpratationibus olim practicatæ fuerint, debent tamen hodie regulari iuxta vltimam diſpoſitionem conſtitutionis Gregorij* XV. *n.* 28.

*Qualitates requiſitæ in conſtitutione Gregorij* XV. *circa Conſeruatores, copulatiuè ſunt omnes neceſſariæ, & concurrere debent ſimul iunctæ, n.* 29.

SAnct. memor. Pij V. conceſſit Indul- 1
tum Societati Iesv, vt haberet facultatem in eius cauſis, eligendi Iudices Conſeruatores; verum ſuperueniente obitu dicti Pontificis, gratia tantum ſignata, litteris tamen Indulti non dum expeditis, Gregorius XIII. (qui ſucceſſit Pio) ſtatim atque in Pontificem fuit creatus, approbauit, & confirmauit Religioni Societatis dictum Indultum, & gratiam; & de ea in forma ſolita fuerunt litteræ expeditæ, vt patet ex Conſtitutione prima S.M. Gregorij XIII. apud Cherubinum *in eius Bullario to.* 2. *pag.* 361. *in prima impreſſione; & in ſecunda pag.* 273. quæ incipit, Æquum reputantes, *ſub dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ* 1572. *octauo Kalendas Iunij* quam etiam referunt Hieronymus Rodriguez *in ſuo Bullar. pag.* 148. & Moneta *in tract. de Conſeruatoribus cap.* 2. *numero* 13. *pag.* 34.

Quæ conceſſio ampliſſime Societati attribuit facultatem eligendi Iudices Conſeruatores, vt teſtantur Moneta *in d.cap.2 num.* 13. & Barboſ. *Apoſtol.deciſ. collect.* 216.*n.*6. attamen præciſſe requirit, vt eligi non poſſint, qui Eccleſiaſtica dignitate carerẽt, vt patet ex verbis ipſius Cõſtti. vbi in §.2. verſ. eidẽ Societati, ita ait. *Eidẽ Societati ſingulisque illius perſonis, ac eorum familiaribus, Clericali tamen charactere inſignitis, vt in quibuſcumque cauſis tam ciuilibus quam criminalibus ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conuenti rei forent, ipſis contra quaſcumque communitates, & collegia huiuſmodi; omnes & ſingulos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac Abbates, nec non alias perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ac Metropolitanarum, & aliarũ Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, ac eorumdem Archiepiſcoporum, Vicarios in ſpiritualibus, & officiales generales, vbilibet conſtitutos, in ſuos poſſent aſſumere Conſeruatores induſſit*, &c.

3 Ex qua claulula conſtat, conſeruatores Societatis debere dignitate Eccleſiaſtica pollere, etiam in terminis dicti priuilegij Gregorij XIII. de quo late diximus *ſupra in* 1.*p.clauſ.*2.*&* 3. & ideo patet, ſolum requiri quod Conſeruator dignitatem Eccleſiaſticam obtineat, etiã in Conſeruatoribus Societatis; quamuis poſtea ipſemet Gregorius XIII. ampliauerit dictum priuilegium ad prouincias extra Europam, & inſuper conceſſit, vt ipſa ſocietas inibi poſſet nominare in Conſeruatores Clericos ſeculares, etiamſi dignitate Eccleſiaſtica non eſſent inſigniti, vt patet ex Indulto quod eſt tenoris ſequentis.

## *GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI*

*Ad perpetuam rei memoriam.*

IN ſuper eminenti militãtis Eccleſiæ ſolio conſtituti, ad ea per quæ religioſarum perſonarum tranquillo ſtatui cõſulatur, & diſpendiis occurratur, earumque iura & bona à noxiis, & peruerſorũ conatibus præſeruentur, libenter intendimus, ac in his officij noſtri partes fauorabiliter interponimus provt perſonarum, & locorum circunſtantiis debite penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidẽ fel.rec. Pio Papæ V. Prædeceſſori noſtro pro parte tunc exiſtentis Præpoſiti Generalis, & aliarum perſonarum Societatis IESV expoſito quod ipſa Societas benedicẽte Domino longe lateque propagata pro diuerſis bonis temporalibus, quæ Collegia ſcholarium, ſub eorum cura inſtituta poſſidebant conſeruandis, & recuperandis lites aliaque forenſia diſpendia frequenter ſubire neceſſario cogebatur, & exinde illius perſonæ ab inſtituto circa animarum ſalutem promouendam miniſterio diſtraherentur, præfatus Prædeceſſor, Præpoſiti, & perſonarum huiuſmodi ſupplicationibus ſibi in ea parte porrectis, tunc inclinatus, eiſdem Præpoſito, & perſonis, ac eorum familiaribus, Clericali tamen charectere inſignitis, vt in quibuſcumque cauſis, tam ciuilibus quam criminalibus, ac mixtis, in quibus actores, vel conuenti rei forent, omnes & ſingulos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac Abbates, nec non alias perſonas in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, ac Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Vicarios in ſpiritualibus, & officiales Generales vbilibet cõſtitutos, in ſuos contra quoſcumque quomodolibet ipſos præpoſitum perſonas, & familiares indebite moleſtantes, vel eis grauamina; damna, & iniurias ſuper terris, locis, domibus, poſſeſſionibus, Iuribus, fructibus, cenſibus, redditibus, & prouentibus, ac quibuſcumque aliis bonis mobilibus, & immobilibus ſpiritualibus, & temporalibus, nec non priuilegiis, & Indultis eis, ac dictæ Societati, tam Apoſtolica, quam Ordinaria, & Regia auctoritatibus, ac alias rite conceſſis inferentes, poſſent aſſumere Conſeruatores, & Iudices Ordinarios Apoſtolica auctoritate indulſit, provt in noſtris ſuper indulto huiuſmodi, cum dictus Prædeceſſor antequam eius litteræ deſuper confectæ extitiſſent,

re.



rebus fuiſſet humanis exemptus, confectis plenius continetur.

Cùm autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Euerardi Mercuriam, Præpoſiti Generalis dictæ Societatis petitio continebat, in Indiarum partibus ſæpe difficile ſit inuenire perſonas, iuxta dictarum litterarum tenorem qualificatas, quæ poſſint aſſumi in huiuſmodi Conſeruatores, & ſi aliquando reperiantur, vel minus idonei ſint, ſeu conniuẽtiis, fauoribus, aut maleuolentia ducantur, vel etiam protectionem, & patrocinium Societatis, perſonarum, rerum, Iurium, & priuilegiorum huiuſmodi acceptare recuſent, aut nimis longo viarum, ſeu locorum interuallo diſtent, ſicque dicta Societas effectu priuilegiorum ſuorum defraudetur, pro parte dicti Euerardi nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſibi in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui iura cuique præſeruari volumus; eundem Euerardum à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à Iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum forum cenſentes; dictarumque litterarum tenore præſentibus pro expreſſis habentes, illaſque harum ſerie confirmantes, innouantes, & ampliantes eidem Euerardo, & pro tempore exiſtenti Præpoſito Generali, ac Superioribus Societatis huiuſmodi, vt omnibus, & ſingulis, tam ciuilibus, quam criminalibus, & mixtis, perſonas, res, iura ſeu priuilegia Societatis huiuſmodi quomodolibet concernentibus cauſis, in ipſis extra Europam Regionibus, tantum occurrentibus, loco ſupra qualificatarum perſonarum in Conſeruatore aſſumendarum, quoſuis idoneos, & probos Viros Seculares, clericali charactere inſignitos, non tamen coniugatos, qui Clericos, ſeu laicos in Notarios ſibi in defectum aliorum, Apoſtolica vel alia legitima auctoritatibus Notariorum conſtituere, & deputare valeant; ita quod illorum acta, inſtrumenta, proceſſus, & ſententiæ plenariam in iudicio & extra illud fidem faciant, eãdemque firmitatem, & robur obtineant, ac ſi per Iudices Eccleſiaſticos, aut perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ac Apoſtolica, vel Regia, aut alia, auctoritatibus Notario ſcripta, ſtipulata, & confecta fuiſſent in ſuos Conſeruatores, & Iudices cum huiuſmodi, ac aliis omnibus, & ſingulis facultatibus, in præfatis & præſentibus litteris contentis, toties quoties opus fuerit, aſſumere libere, & licite valeant, dicta auctoritate, tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Et interim, vt quæcumque perſonæ, alias de iure, vel priuilegio huiuſmodi capaces pro parte Præpoſiti Generalis, vel Superiorum, aut perſonarum Societatis huiuſmodi requiſitæ iuriſdictionem & conſeruationem Præpoſiti, & perſonarum Societatis huiuſmodi, vigore eiuſdem priuilegij, legitimo impedimento ceſſante, in virtute Sanctæ obedientiæ ſuſcipere, & exequi teneantur; nec propterea dictam Societatem ad certos, & determinatos Conſeruatores alligari, Auctoritate Apoſtlica & tenore præfatis ſtatuimus, & ordinamus:

Decernentes præfatas litteras, alias in ſuo robore remanere, irritum quoque & inane, quicquid ſecus ſuper his, à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ mem. Leonis Papæ X. etiam Prædeceſſoris noſtri, in Concilio Lateranenſi edita, qua ſtatuitur, vt Conſeruatores Religioſorum, pro tempore à Sede

Apo

Apoſtolica deputandi, in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti eſſe debeant, ac recordationis mem. Bonifacij Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, qua cauetur, nequis extra ſuam ciuitatē, vel diœceſim, niſi in certis expreſſis caſibus, & in illis, intra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à dicta ſede deputati extra Ciuitatem, vel diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alij, vel aliis vices ſuas committere præſumant, & in Concilio Generali edita de duabus diætis, dummodo vltra tres diætas quis vigore præſentium ad Iudicium non trahatur, & aliis Apoſtolicis, nec non in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, priuilegiis quoque Indultis, & litteris Apoſtolicis, quibuſuis Ordinibus, Monaſteriis, Domibus, vel aliis locis ſecularibus, & Regularibus eorumque Superioribus, Conuentibus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, & totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſe mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus. Nec non omnibus illis, quæ dictus Pius Prædeceſſor voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod earumdem præſentium tranſumptis, manu alicuius Notarij, &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, &c.

*Datū Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo nono; Nono kalendas Nouembris, Pontificatus noſtri anno octauo.* M. Datarius Cæ. Glorierius, &c

Ex qua ampliatione, ſeu priuilegio patet, poſſe Patres Societatis IESV extra Europam aſſumere in Conſeruatores Clericos ſeculares, etiamſi dignitate Eccleſiaſtica careant.

Poſtmodum verò ſucceſſit, & de nouo edidit vltima diſpoſitio ſeu ampliatio, & in parte moderatio omnium Conſeruatoriarum, per Gregorium XV. edita, & à nobis relata *ſupra in initio primæ partis*, ſtatuēs, & decernens, vt Conſeruatores nominandi, per quoſcumque exemptos, præter dignitatem Eccleſiaſticam quam habere debent, ſint etiam Iudices electi in Conciliis Prouincialibus, vel Syndoalibus ibi: *Statuit, & decreuit, vt Iudices Conſeruatores huiuſmodi, ſiue principales, ſiue ſubrogati, eligi, numerari, aut deputari non poſſint, qui niſi non ſolum habeant qualitates requiſitas, & deſcriptas in Conſtitutione ſimilis recor. Bonifacij Papæ* VIII. *etiam Prædeceſſoris ſui, quæ incipit. Statutum; ita vel dignitate Eccleſiaſtica præditi, vel perſonatum obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant: Sed etiam in Conciliis Prouincialibus, aut Diœceſanis, iuxta decretum Concilij prædicti, Iudices electi, ſeu deſignati ſint*, &c.

Ex quibus liquet, hanc qualitatem præ- 4
ciſſe eſſe neceſſariam in Iudicibus Conſeruatoribus, vt probauimus *ſupra in* 1. *p. clauſ.* 5. *num.* 1. *& ſequen.* Vnde ſequitur quod cū prædicta conſtitutio Gregorij XV. ita illud diſponat, debeat inuiolabiliter obſeruari, & omnia in illa contenta, non obſtante dicta conſtitutione, & ampliatione Gregorij XIII. & aliis conceſſis diuerſis Religionibus, cum æque afficiat, & comprehendat Societatem IESV, ac reliquas Religiones,





vt latè diximus *ſuprà q.* 5. *vbi num.* 5. *&* 6. retulimus verba Barboſ. & Dianę, quæ ſunt deciſiua huius articuli, & ideo in eo non immoramur.

5 Difficultas ergo in præſenti verſatur, an idem quod ſtatuit Gregorius XV. in dicta Conſtitutione obſeruari debeat in locis, vbi non adſunt Iudices Synodales, & an ob eorum defectum, poſſit Societas vti priuilegio Gregorij XIII. & primo dicendum videtur poſſe per dictum priuilegium, ſeu ampliationem Gregorij XIII. relatum *ſupra n.* 3. de quo dicemus *infra n.* 27. & etiā quia carere non debent Iudice, qui eos defendat, & cum Conſeruatores dentur exēptis, vt à manifeſtis iniuriis, & violentiis defendantur, ne cum tantò diſpendio cogantur extra locum litigare, vt tradit Salgado *de*
6 *ſupplicat. & retēt. Bullar.* 2. *p. c.* 11. *n.* 88. *in fin.* per hæc verba: *Pro tanto enim damno vitando Sedes Apoſtolica prouidet ſemper de remedio; dando exemptis Iudicem Conſeruatorem in ſingulis Prouinciis; ne ab eiſdem extrahantur litigantes, tam Rei, quam actores, aut cogantur Romam ire, aut abire, quæ tantum diſtat & lōgè abeſt ab his Regnis Hiſpaniarum iuxta præfatam rationem, quam etiam in eadem cauſa, & terminis reddunt plures Doctores alij citati à Pereira de manu Regia tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 127. *Cenedo in decretum collect.* 37. *numero* 3. &c.

7 Colligitur ergo ex hac doctrina Salgadi; quod ſi Regulares indigerēt Iudice Cōſeruatore, & in Prouincia, vel loco vbi degunt, Synodalis non adeſſet, qui eo munere fungi poſſet, ſi Conſeruator eligi non valeret, ſine ea qualitate, cogerētur litigare extra Prouinciam, extrahendo eos cum magno diſpendio, ſimulque fruſtraretur intentum Pontificis, tale priuilegium Conſeruatorum concedentis, cum illico ſe tueri non valerent à manifeſtis iniuriis, & violentiis, quæ accidere poſſent, neque grauamina inferenda, vel illata euadere; ergo vt eis ſuccurratur, poterunt exempti eligere in Conſeruatorem, qui non ſit Synodalis, in loco, vel Prouincia vbi non reperiatur, qui tali munere inſigniatur.

8 Secundò ponderari poteſt pro hac parte, quod ſi exempti non habeant Iudicem in Regno, vel loco vbi conueniendi ſunt, cōueniuntur apud Regem, vel Iudices Regios, ne propter defectum Iudicis, iuſtitiæ adminiſtratio deficiat, contra commune bonum Reipublicæ, magnumque populi detrimētum, vt tradit Salgado *vbi ſupra p.* 1. *c.* 1. *§. vnico, n.* 68. ergo maiori cum ratione dicere debemus, quod propter bonum cōmune, ne deficiat Iudex coram quo Regulares, & exempti conueniri poſſint; vt admittatur Conſeruator ſine qualitate Synodalis, quam quod non adſit Iudex coram quo conueniantur, & exinde poſſe nominari non Synodalem, vbi non reperitur, vt non deficiat iuſtitiæ adminiſtratio.

Tertio ſuadetur ex doctrina Ioannis 9
Naldi in quadam allegatione impreſſa, & nouiſſime relata per Dianā *to.* 9. *reſol. moral. tract.* 9. *reſol.* 26. vbi loquitur Naldus in terminis huius Breuis SS. D. N. Innocentij X. quod eſt principale aſſumptū præsētis tractatus; enimvero dictus Naldus in facti cōtingentia ſcripſit dictam allegationem, defendendo illam partem Regularium, ſeu exemptorum, quæ ſe oppoſuerat Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Angelopolitano, eamque penes ſe habere teſtatur Diana loco proxime citato, quam ad longum tranſcribit, *& in* §. 84. ita ait. Non enim obſtat Conſtitutio Gregorij XV. in qua Iudices Conſeruatores demandantur Synodales, in Synodo deputati. Quia in illis Regnis, Iudices Synodales non ſunt; Vnde ad impoſſibile nemo tenetur, *L. ſi quis in graui, in principio*, vbi Bartolus, *ff. ad Syllanianum, cum ſimilibus*, & quando tales non exiſtunt, poſſunt eligi alij, qui habeant qualitates de iure communi requiſitas, hoc eſt, qui ſint in Eccleſiaſtica dignitate, vel perſonatu, quales ſunt noſtri vt vidimus, &c. ergo ex doctrina Naldi conſtat in illis partibus, vbi non reperiuntur Synodales, quoad eam qualitatem non operare vltimam Gregorij XV. Conſtitutionem. Hæc ſunt fundamenta, quæ pro hac parte ponderari poſſunt,

Pro contraria autem faciunt alia non 10
minoris ponderis. Primò, quia Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. cap. 14. de reformat. ſtatuit per hæc verba. *In exemptorum cauſis Conſtitutio Innocentij* IV. *quæ incipit, Volentes, in Generali Concilio Lugdunenſi edita ſeruetur, quam eadem SacroSancta Synodus innouandam cenſuit, & innouat, addendo inſuper quod in ciuilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, Clerici Seculares, aut Regulares extra Monaſterium degentes, quomodolibet exempti, etiamſi certum Iudicem à Sede Apoſtolica deputatum in partibus habeant; in aliis vero ſi ipſum Iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tamquam hoc ab ipſa Sede legatis conueniri, & iure medio ad ſoluendum debitum cogi, & com-*

*pelli poßint priuilegiis, exemptionibus, conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus, aduerſus præmiſſa nequaquam valituris*, &c.

Ex quo textu colligit Barboſa *in eius collectanea num.* 8. per illa verba, *ſi ipſum iudicem non habuerint*, &c. quod Epiſcopus poteſt procedere contra exemptos, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, quando in loco non adeſt Iudex, qui exemptorum cauſas cognoſcere poſſit, ne delicta maneant impunita, ſed ſic eſt, quod ex dicta conſtitutione Gregorij XV. creari non poteſt iudex conſeruator, qui non ſit Synodalis: ergo qui nominetur ſine ea qualitate idem operabitur ac ſi non eſſet iudex, & exinde non poteſt dici iudex exemptorum, ſed quando non adeſt iudex ipſorum, ocurrendum eſt ad Ordinarium, qui eſt ipſorũ proprius iudex ex dicto decreto Tridentini: ergo recurrendum eſt ad Ordinarium cum non ſit aptus, qui non ſit Synodalis ex Bulla Gregorij X V. de nouo ita ſtatuente, & reuocando, vel ſaltam nouiter requirendo illam qualitatem, quæ ex Bulla Gregorij XIII. non erat neceſſaria, & hoc modo prædictæ Tridentini diſpoſitioni ſatisfit, ſimulque conſtitutioni Gregorij XV.

12 Quod idem probat Loterius *de re beneficiali libro primo, quæſtione vigeſimaquinta, num.* 54. per hæc verba. *Quod quidem Concilium ſeßione* 7. *cap.* 14. *de reformat. ampliauit ad cauſas mercedum, necnon quaſcumque ciuiles Miſerabilium perſonarum intenſas contra exemptos, ſiue Seculares, ſiue Regulares extra Monaſtarium degentes, etiamſi ij certum iudicem habeant, & denique ad omnes alios Ciuiles, cum quibuſuis perſonis, ſi iudicem certum non habet, vt explicat Gutierrez, practic. quæſtione ciuil. libro tertio, quæſt. decimo, numero* 4. &c.

13 Et in terminis ita decidere videtur Bordonus *in ſuis Conſiliis, ſeu reſolution. moral. tomo primo, reſolutione* 7. *quæſt.* 36. *numero* 112. vbi ita ait. *Quæres* 36. *an quando carent conſeruatore conueniantur coram Ordinario loci. Reſpondeo conueniuntur, vt poſtremo ſtatuit Gregorius X V. conſtitution Sanctiſſ. Vide Barboſa ad caput quintum, ſeßione decima quarta, vbi quàm plures Doctores, more ſuo citato. Olim ex indulto Pauli V. incipiente. Religioſum ſub graui. Religioſi Carmelitæ in Regnis Hiſpaniarum, in defectum conſeruatoris conueniebantur coram ſuo ſuperiore, & non Epiſcopo, ſed intelligitur nunc ſublatum*, &c. Hæc Bordonus.

14 Ex cuius doctrina colligitur, quod cum hodie præcisè ſtandum ſit diſpoſitioni conſtitutionis Gregorij X V. & ex ea clare pateat, requiri non poſſe eligi in conſeruatorem, qui non fuerit Synodalis, ſequitur exinde, quod ſi in diœceſi, vel loco non reperiatur, qui tali munere polleat, ad Ordinarium recurrendum fore, qui eſt proprius iudex in defectum iudicis proprij, & certi vt diximus *ſupra numero decimo, & duodecimo*, omniaque indulta contrarium diſponentia eſſe ſublata, & moderata ad terminos conſtitutionis Greg. X V.

15 Et comprobatur ex doctrina P. Dianæ *tom.* 9. *tract.* 9. *in d. reſol.* 26. qui poſtquam retuli fundamenta Naldi, vt diximus *ſupra n.* 9. Tandem referendo verba Caſtri Palao *tom.* 3. *trac.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 12. §. 1. *n.* 9. cui addit Fragoſum de Republica Chriſtiana *tom.* 2. *lib.* 4. *diſp* 12. §. 6. *num.* 112. *cum ſequent.* ita concludit. Sed quidquid ſit de his priuilegiis, *& de deciſione cap. finalis, de officio delegati in ſexto*, ſtandum eſt conſtitutioni Clementis VIII. editæ anno 1592. & conſtitutionis Gregorij X V. editæ 1621. quarum tenorem refert Barboſa *allegat.* 106. *in fine à numero* 53. Quibus cauetur, nullum alium conſeruatorem eligi poſſe à regularibus, niſi qui qualitates habeat *in d. cap. ſtatutum* deſcriptas, deſignatuſque iudex ſit in Synodo Prouinciali, vel diœceſana, &c. & in calce idem Diana, ita finem imponit.

16 Nota tamen, quod poſt hæc ſcripta, promulgatum eſt Breue S.D.N. Innocentij X. *die* 14. *Maij* 1648. vbi plura diffiniuntur circa conſeruatores, ex cauſa litis ſupradictæ inter Patres Societatis, & Epiſcopum Angelopolitanum, ideo lectoribus illud legendum remitto. Vſque huc Dian. Egoque lectoribus aduerto, & remitto eos, vt legere poſſint prædictum Breue innitio huius ſecundæ partis, vbi ad litterã eius tenorẽ retulimus. Hæc ſunt fundamẽta, quæ pro vtraque parte põderari poſſunt.

17 In hac controuerſia dicendum eſt cum Diana, Bordono, & aliis, Breue Gregorij XIII. & alia quæcumque conceſſa circa conſeruatores, reducenda forè & eſſe ad terminos dictæ cõſtitutionis Gregor. XV. eiuſq; tenorem, & contenta in ea, in omnibus, & per omnia obſeruanda eſſe, provt in ipſa ſtatuta, & declarata repepiuntur, vt diximus *ſupra in* 1. *part. clauſ.* 1.



*& clauſ.* 12. & ita concludendum, non poſſe conſeruatorũ munere fungi, qui iudicũ Synodalium qualitate non præfulgeant.

Et ita declarauit Sacra Congregatio, & S.D.N. Innocentius X. decreuit, vt patet ex dicto Breui ſuperius relato in initio huius ſecundæ partis in 7. declarat. ex propoſitis pro parte Religioſorum Societatis IESV, per hæc verba. *Reſpondit; vbi non adſunt iudices Synodales, priuilegium Gregorij XIII. non ſuffragari, quoad hoc, vt Societas non teneatur ex illis eligere Conſeruatores, dummodo tamèn in reliquis ſeruetur forma conſtitutionis Gregorij X V. hac de re editæ*, &c.

18 Quæ reſolutio adeo eſt de mente SS. D. N. Innocentij, vt non ſolum eam explicuerit in prædicto Breui *de anno* 1648. verum, & etiam hodie in eadem permaneat; enimuero, cum illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus D. D. Ioannes Cebrian, Archiepiſcopus noſter Cæſarauguſtanus, à Conſiliis ſtatus Potentiſſimi, & Catholiciſſimi D. N. Regis Philippi IV. in tota ſua diœceſi careret Iudicibus Synodalibus (mortui enim reperiebantur omnes nominati in vltima Synodo) & cum propter varias cauſas, & accidentia illico, & prompte Synodum congregare nõ poſſet, obtinuit à Sacra Congregatione Emin. DD. Cardin. Concilij Tridentini Interpretum authoritate ei tributæ à S.D.N. facultatem, & commiſſionem *ſub dat. Romæ* 25. *Iunij* 1652. quæ ei conceſſit vt extra Synodum aliquot. Iudices Synodales nominare valeret, & ſtatuit vt à Regularibus nominari poſſent in Cõſeruatores ad præſcriptum Tridentini, & dictæ Conſtitutionis Gregorij XV. non ſecus, ac ſi in ipſa Synodo deputati eſſent, vt patet ex tenore conceſſionis, quam authenticam habui in meo poſſe, eſtque in hunc modum.

Die vigeſimaquinta Iunij 1652. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum auctoritate ſibi tributa, benigne impertita eſt Archiepiſcopo Cæſarauguſtano facultatem, vt extra Synodum, de capituli conſenſu, deſignare valeat aliquot iudices Synodales, qualitates *in c.* 10. *ſeſſ.* 25. *de reform.* requiſitas habentes, per ſex mẽſes duraturos, quibus committi poſſint cauſæ, ad eiuſdem cap. 10. præſcriptum, & qui à Regularibus in conſeruatores ad præſcriptum *prædicti capit.* 10. *& conſtitutionis* Fel. Rec: Gregorij XV. de conſeruatoribus editæ eligi valeant; Non ſecus, ac ſi in ipſa Synodo deputati eſſent, ita tamen, vt eorum poteſtas poſt dictum tempus, ſeu alias, ſtatim ac celebrata fuerit Synodus expiret.

Fran. Card. Cherubinus.

Fran. Paulutius S. CC. Secret.

Ex quibus conſtat de mente SS. D. N. nam cum Bulla Gregorij XV. expreſſe diſponat, quod nominandi in Conſeruatores debeant eſſe iudices Synodales, in Synodo nominati, & cum in proximè dicta conceſſione diſpenſet, & declaret, nominatos per D. Archiepiſcopum poſſe per Regulares eligi in Conſeruatores ad præſcriptum Concilij Tridentini, & conſtitutionis Gregorij XV. eodem prorſus modo, ac ſi in ipſa Synodo nominati fuiſſent; ſequitur ex hoc documento, illam Greg. XIII. Conſtitutionem, non requirentem qualitatem Synodalitatis eſſe moderatã per illam Greg. XV. & inſuper, quod ſi poſſent exempti in defectum Synodalium alium ea qualitate carentem nominare, fruſtra Pontifex id ſpecialiter expreſſiſſet: ergo ſignũ eſt, quod præcisè requiritur, & obſeruandum eſt, quod vbi non adſunt iudices Synodales conceſſio Greg. XIII. operare non poſſit.

19 Nec argumenta ſuperius allata vrgent. Nam ad primum (de quo ſupra n. 5.) reſpõderi poteſt, quod regulares non carent iudice, qui eos defendere poſſit, cum in defectum certi Iudicis ſtatuat Tridentinum *in d. ſeſſ.* 7. *c.* 14. recurrendum eſſe ad Ordinarium, ex quo ſequitur motiuum argumenti ceſſare, & colligitur ex eadem doctrina ſupra allegata D. Franciſci Salgado: nam in toto c. 11. agit, & diſputat, an Regia protectione vtatur Senatus contra Conſeruatores, procedentes in prima inſtantia, in cauſis exemptorum, *& n.* 2. *& ſeq.* latè probat poſſe, vt videre licet apud ipſum, qui latè, & eruditè tractat materiam, ſed quia iſte articulus ad præſentem inſpectionem immediate non pertinet, ideò in eo non immorámur.

20 Pergit ipſe Salgado *ibidem, & num.* 79. quærit, an exemptus citatus vt reſpondeat extra ſuum Regnum, vel Prouinciam, in qua conſeruatorem habet, vti poſſit Regali protectione, vt per Senatum cauſa remitattur ſuo conſeruatori, & pluribus fundamentis affirmatiuè quæſtionem reſoluit, & poſtmodum num. 87. ait. Comprobatur vlterius, quia conceſſa exemptione à Summo Pontifice, ſimul exempto attribuitur facultas nominandi in ſua Prouincia, ne cum tanto diſpendio cogatur ipſe exemptus recurrere ad ſedẽ Apoſtolicã, pro cauſis, vt plurimum leuibus, & parui momẽti;

quodquoque conced itur ex eadem ratioue collitigãtium fauore ,ne cogãtur Romã ire pro exẽptis conueniendis iuxta *c. fin.§. conſeruatores autem,de officio delegati lib. 6.* Hæc Salgado.

21 Ex qua doctrina clarior fit reſponſio,non enim negamus, competere exemptis ius nominandi conſeruatores in ſua Prouincia , ex eo tamen non ſequitur non debere eſſe Synodales , vel quod in iſtorum defectum poſſint nominari,qui tali munere non ſint inſigniti,immo deducitur contrarium,nam admittendo , quod exempti poſſint nominare conſeruatores, in neceſſariam conſequentiam ſupponitur, quod illud efficere debẽt ſeruatis ſeruandis iuxta prædictam conſtitutionem Greg.XV.

22 Nec ex hoc fruſtratur intentum Pontificum concedentium conſeruatorias , tum quia ſi vti præſcribunt formam qualitatum , quas habere debent Conſeruatores, potius dicendum eſt,intentum ſeruari,ſi ad vnguem adimpleatur,quod ipſi Pontifices decernunt,tum & etiam,nam cum ipſeSalgado dicat,quod etiam fauore litigantiũ introductæ ſunt conſeruatoriæ , ne cogantur Romam ire pro exẽptis conueniendis,ceſſat hoc inconueniens cũ eo,quod corã ordinario in defectum cõſeruatoris,vel alterius certi iudicis,cauſa terminari poſſit iuxta diſpoſitionem Trident.*in d c.*14.& cum hoc etiam ſuccurritur exemptis, ne iudice careant , nam ob defectum iudicis certi , intrabit ordinarius , qui illico illos defendat pro grauamine illato , vel inferendo.

23 Quid autem ſit obſeruandum , quando petendum eſt aliquid contra regulares, vel alios exemptos ; & propter ſuas exemptiones non adeſt iudex ; qui id exequi, & terminare poſſit , tradunt Gutierrez, qui duos modos practicandi refert *lib. 3.q. pract.q.* 10.*n.*4.& D.Felicia à Vega Epiſco-
24 pus Pacen.*in cap. cauſamque 9. de iudiciis, num.* 3. *& ſequent.* Ex quorum doctrina patet , nunquam poſſe tales exemptos carere iudice , & manifeſtius fit ex Bordoni Doctrina ſupra relata *numero* 13. at vero ſi contentio fuerit cum ipſo Ordinario, quid faciendum , & quomodo procedendum diximus *ſupra in prima parte clauſ.*10.

Minus obſtat ſecundum ( de quo ſu-
25 pra numero octauo , ) nam vt diximus in antecedenti numero, exempti poſſunt recurrere ad Ordinarium;qui eos tueatur,petendo auxilium , ſi iudicem certum non habuerint , aut ſaltem Regale patrocinium apud Senatum , & exinde nunquam carebunt iudice contra bonum commune.

Ad tertium ( de quo ſupra num 9.) reſ- 26
pondetur , quod cum conceſſio conſeruatorum ſit gratia ſpecialis , ex latè deductis à Moneta in tractatu de conſeruatoribus *cap. 6. q. 3. n. 12. & ſequent.* & hodie conſeruatoriæ antecedentes conſtitutionis Gregorij X V. reperiantur certis conditionibus , & clauſulis limitatæ , non poterunt conſeruatoriæ antiquæ aliquid operare , vbi tales conditiones , limitationes , vel requiſita non verificentur , vel exequi non poſſint , limitata enim cauſa limitatum producit effectum *l. in agnis ff. de adquirendo rerum dominio , l. ex facto §. item quæro ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut. capite ea noſcitur* , de ſententia excommunicationis cum vulgatis , latè Tiraquellus *in tract.ceſſante cauſa p.* 1. *num.* 147. *& de retract. lignag.* §. 52.*gloſſa* 1. *num.* 49. & ideo ſi in illis partibus ( provt dicit Naldus ) non reperiantur Synodales , ad illas partes extendi non poteſt gratia , cùm iuxta mentem concedentis exequi non valeat , & exinde non erunt eligibiles , qui non ſint Synodales , etiamſi alias qualitates de iure requiſitas habeant , provt vult Naldus , nam cum hæc vltima , & poſtrema diſpoſitio conſtitutionis Gregorij X V. faciat ſilere omnes antecedentes , non dicemus , conſeruatorem habere qualitates de iure requiſitas ſecundùm præſentem ſtatutum , ſi careat aliqua ex illis contentis in dicta Gregoriana conſtitutione.

Et cum vna ex principalioribus , tan- 27
quam ex conditione ſine qua , non ſit illa Synodalis , ex latè ſuperius deductis , hac deficiente , aliæ non erunt ſufficientes,cum hodie etiam in illis partibus , hoc ius nouum ſeruari debet , ad quas itidem extenditur , vt patet ex doctrina D.Ioannis de Solorzano *de indiar. gubernat. tomo ſecundo , libro tertio , capite vigeſimo ſexto , numero* 123. vbi loquendo de Indiis ita ait. Notabis tamen ,quod licet antea eligi poſſent in Conſeruatores Patres Priores , ſeu Guardiani Mendicantium , vt per Doctores ſupra relatos præcipuè Rodriguez *tomo primo , quæſt.* 65. *articulo ſecundo* , Mirandam *in Manuali Prælat. tomo* 2. *quæſt.* 47. *articulo* 2. *concl.* 3. *&* 4. iam tamen extat in contrarium declaratio Sacræ Congregationis Cardinalium , quæ iubet,vt ex Clericis ſecularibus , in dignitate poſitis eligantur: quam refert Barboſ.*in paſtor.p.*3.*alleg.*106.





*num.*15. &c. & punctim Diana *in d. tom.* 9. *tract.* 9.*reſol.*26.*verſ. ſed ego puto hodie*,vnde patet reſponſio ad dictam ampliationem , & extenſionem Gregorij XIII. relatam *ſupra num.* 3. nam poterat operare ante conſtitutionem Gregorij X V. at vero ad præſens hanc ſeruandam eſſe conſtat ex doctrina D.Ioan. de Solõrzano proximè relata , & ex his , quæ diximus *ſupra in prima parte, clauſ.*2.*num.*5.nam cum olim poſſent in conſeruatores nominari Priores Conuentuales , & Guardani, hodie tamen non poſſunt , tum quia carent dignitate Eccleſiaſtica , tum quia non poſſunt eſſe Synodales vt diximus *ſupra in* 1.*part. clauſ.*5. ex dicta conſtitutione Gregorij XV. ſequitur ergo,quod ſicut hodie ſunt incapaces Guardiani , & Priores Cenuentuales in illis partibus ex Doctrina D. Ioan. de Solorzano , & aliorum , erunt ſimiliter inhabiles ad eligendum Conſeruatorem , qui careat qualitatibus requiſitis in d. conſtitutione Gregorij XV. quæ reuocauit non ſolum prædictam conſtitutionem Gregorij XIII.conceſſam Societati , verum & etiam prædictam extenſionem , ſeu ampliationem , vt patet ex verbis Conſtitutionis Gregorij XV.*ibi:Cuiuſuis Ordinis,etiam Mendicantium,ſeu inſtituti , vel Societatis*, &c.Quod idem repetit in §.quæ omnia , & ſingula ibi:*Militiarum etiam S.Ioannis Hieroſolymitani,Congregationum, Societatum aut cuiuſuis alterius inſtituti, etiam neceſſario exprimendi,Collegiorum*, &c.vt diximus ſupra q.5.num.10. & patet ex ibi dictis fere per totam , omnes conſeruatorias cuiuſcumque generis,vel conditionis , eſſe reductas ad terminos prædictæ conſtitutionis Gregorij XV.

28 Ex qua doctrina patet , quod licet Conſeruatoriæ exemptorum poſſent antiquitus diuerſis interpretationibus practicari, ad ſecundum præſentem ſtatutum , fatendum,& dicendum eſt,regulandas eſſe iuxta diſpoſitionem vltimæ Conſtitutionis Gregorij X V. Lezana *tom.*1.*ſummæ c.*3. *n.* 11.*verſ.maximè* , per hæc verba. Maximè tamen modo ſeruanda eſt Gregorij X V. Conſtitutio de Conſeruatoribus edita *anno* 1621. quæ incipit.*Sanctiſſimus in Chriſto Pater , tomo quarto* , Bullarij inter Bullas huius Pontificis num. 9. In ea vero in primis reuocat , ac nullas , & inualidas decreuit , omnes & quaſcumque Iudicum conſeruatorum electiones , quomodocumque hactenus factas. Deinde ſtatuit,& decreuit,&c. Quod idem probat Barboſa *in Paſtor.p.*3.*allegat.*92.*num.* 20. *& Apoſtol.*



*deciſ.collect.* 216.*n.*19. & latè dicimus *ſupra in* 1.*p.clauſ.*5 .*& in d.q.*5.

Vnde cum in dicta conſtitutione Gre- 29
gorij XV.præciſè requiratur , quod Conſeruator ſit Synodalis , non poteſt ſuppleri ex eo , qnod habeat alias qualitates ( vt voluit Naldus ) ſi illa Synodalis deficiat, nam copulatiuè omnes requiruntur,vt patet ex contextura ipſius conſtitutionis , & ideo prædictam declarationem Sacræ Cõgregationis,& Decretum S.D.N.Innocentij X.relatum ſupra n.18.obſeruandum eſſe cenſeo.

---

## QVÆSTIO XXVI. & Vlt.

### An conſeruatores Societatis Iesv , Vicarios Generales Epiſcoporum , authoritate Apoſtolica,per ſententias , cenſuras , & pœnas Eccleſiaſticas compellere poſſint , virtute Bullæ Gregorij XIII. incipit: Æquum reputamus,dat.vltima Februarij 1573.

SVMMARIVM.

*Facultas , quam habent conſeruatores defendendi exemptos à manifeſtis iniuriis, & violentiis non fuit ſublata per nouam conſtitutionem Greg.*XV.*primò dummodo obſeruent formam in ea præſcriptam, numero* 2.

*Poteſtas Conſeruatorum defendendi exemptos à manifeſtis iniuriis non cenſetur ſublata per conſtitutionem Gregorij X V. dummodo obſeruent formam præſcriptam in Conſtitutione Innocentij I V.& Bonifacij* VIII.*n.*3.*&* 6.

*Conſeruatores ſunt iudices delegati, & ſolùm poſſunt procedere,in manifeſtis iniuriis, & violentiis.n.*4.

*Iudices Conſeruatores differunt in aliquibus à Iudicibus delegatis.n.*4.

*Superiores ſunt Ordinarij iudices delegati ſummi Pontificis.n.*5.

*Iudices conſeruatores poſſunt procedere cum cenſuris contra perturbantes , & impedientes exercitium ſuæ iuriſdictionis, numero* 6.

*Ordinarius index poteſt excommunicari à conſeruatore,ſi eũ turbet,& impediat exerci-*

*tium ſuæ iuriſdictionis, in caſibus in quibus eam exercere poteſt, numero 6. & ſequent.*

*Conſeruatores tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ poſſunt procedere contra quoſcumque Ordinarios, etiam Legatos, ſi illos impediant in ſuis Conſeruatoriis, in caſibus in quibus eis vti valent, n.7. & 8.*

*Conſeruatores differunt in pluribus à Iudicibus delegatis, & in eis aliquando ad inuicem ſe excedunt, n.9.*

*Iuriſdictio delegata conſiſtit in eo, quod competat ratione officij, n.9.*

*Conſeruatores tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati poſſunt procedere cum pœnis, & cenſuris, contra perturbantes eorum Iuriſdictionem, n.10.*

*Societas* IESV*, olim poterat ex Conſtitutione Gregorij* XIII*. eligere perſonas in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutas in ſuos Conſeruatores, n.11.*

*Conſeruatores Societatis* IESV*, in ſua iuriſdictione ſunt Ordinarij ex Conſtitutione Gregorij XIII. num.12. quod intellige vt num.15.*

*Par in parem imperium habere non poteſt, numer.13.*

*Inſtantia prima in cauſis exemptorum, an actitari debeat coram Conſeruatore, vel coram Ordinario ad præſcriptum Tridentini anceps eſt quæſtio, n.14.*

*Conſeruatores propriè non poſſunt dici Ordinarij, nec vt tales exercere Iuriſdictionem, num.15.*

*Conſeruatores Iudices nullam habent Iuriſdictionem ſecluſis ſuis priuilegiis, ſed tantùm illam, quam eis ex delegatione attribuitur, n.16.*

*Delegatus Apoſtolicus, in cauſa ſibi commiſſa ſuperior eſt Ordinario, & aliis Iudicibus Superioribus, n.16.*

*Delegatus in omnibus, & per omnia gerit vices delegantis, & cum ipſo conſideratur eadem perſona, n.17.*

*Epiſcoporum dignitati plurimum eſt deferendum, n.18.*

*Iudices quando procedunt contra Epiſcopos, in cauſis in quibus id efficere poſſunt, tenentur ſeruare omnem modeſtiam, & reuerentiam, n.18.*

*Conſeruatores non poſſunt procedere contra Epiſcopos incipiendo ab excommunicatione, num.18. & 19. quod extende etiam ad electos, & confirmatos, non vero conſecratos, num.20.*

*Conſeruatores ſi procedant contra Epiſcopos, in caſibus in quibus id efficere poſſunt, debent prius interdicere ingreſſum Eccleſiæ, poſtea ſuſpendere ab officio, & creſcente contumacia excommunicare, n. 19. quod extende, etiam contra Epiſcopos electos, & confirmatos, nondum vero conſecratos. num.20.*

*Praxis obſeruanda per delegatos Apoſtolicos, quando intendunt procedere contra Epiſcopos. n.19. & 20.*

*Epiſcopus electus, & confirmatus, nōdum tamen conſecratus poteſt exercere omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, non vero, quæ ſunt Ordinis. n.20.*

1 NOtum eſt apud omnes, quod etſi Gregorius XV. per ſuam vltimam Conſtitutionem *de anno* 1621. (de cuius intellectu *ſupra in tota* 1. *p.* egimus & in quæſtione antecedenti alia annotauimus, & in aliis pluribus huius ſecundæ partis) moderauerit, correxerit, & præſcripſerit formã circa qualitates, & alia plura, quoad iudices conſeruatores exemptorum, ex his, quæ in vim ſuarum conſeruatoriarum habebant, non tamen abſtulit poteſtatem defendendi Regulares, & alios exẽptos, in caſibus in quibus ante prædictam Gregorianam conſtitutionem id efficere poterant, dummodo id fiat ſeruatis requiſitis, & diſpoſitionibus ipſius, vt declarauit Sacra Cõgregatio per hæc verba.

2 *Minime ſublatam eſſe facultatem, quam habent conſeruatores defendendi Regulares à manifeſtis iniuriis, & violentiis, dummodo obſeruent formam præſcriptam in conſtitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij VIII. relatis in cap.1. & finali de offic. delegati in* 6 &c. Quæ quidem declaratio habetur in 4. tom. Bullarij inter conſtitutiones Gregorij XV. poſt nonam, eamque referunt Lezana *tom. 2. ſummæ cap.* 10. *num.* 47. *in fine* Peirinis *de priuil. regul. ad conſtit.* 5. *Gregorij, XV.* eiſque relatis, & Laureto de Franchis *de controuerſiis inter Epiſcopos, & regulares pag.* 176. & Ioan. Maria Nouario, verbo *Conſeruatores*; tradit Barboſa *Apoſtol. deciſion. collectan.* 218. *num.* 19. provt ſequitur.

3 Conſeruatorum poteſtas defendendi Regulares, & alios à manifeſtis iniuriis, & violentiis, quæ illis de facto inferuntur, nõ cenſetur ſublata per conſtitutionem Gregorij XV. dummodo obſeruent formam præſcriptam in Conſtitutionibus Innocẽtij IV. & Bonifacij VIII. relatis *in cap.* 1. & *finali*, &c. Sacra Cõgregatio, &c. de quo articulo late diximus *ſupra q.5 ferè per totam* præcipuè *n.*5.

4 Ex quo ſequitur, quod cum Iudices Cõſeruatores, in his, quę propriè eis pertinent, ſcilicet in manifeſtis iniuriis, & violentiis (in



quibus caſibus ſolum procedere poſſunt, vt cum pluribus diximus *ſupra* 1. *p. clauſ.* 4. *n.* 3. & *clauſ.* 10. *num.* 17. aliiſque in pluribus locis) ſint iudices delegati, vt patet *ex cap.* 1. *& vltimo de officio & poteſtate Iudicis delegati in* 6. D. Ioan. de Solorzano *de Indiar. Guber. to.* 2. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 112 & communiter Doctores, quem articulum late diſſeruimus ſupra *in* 1. *p. clauſ.* 10. *num.* 9. & *ſequen.*

5 Licet in aliquibus tales Conſeruatores differant à Iudicibus delegatis, vt annotauimus ſupra *in d.* 1. *p. clauſ.* 5. *num.* 11. attamen quoad effectum defendendi à manifeſtis iniuriis, & violentiis proprie ſunt delegati; enimuero ad id principaliter Summus Pontifex illos nominat. Vnde cum Iuriſdictio illis attributa pertineat non ratione officij, ſed delegationis, vt cum pluribus tradit Barboſ. *in paſtor p.* 3. *allegat* 106. *num.* 2. exinde ſequitur, ad eum effectum eſſe delegatos Apoſtolicos, & vt tales Superiores Ordinariis, Cap. *ſane el ſegundo, de officio delegati*, Cap. *ſtuduiſti, de officio legati* Gracianus *to.* 1. *diſp. forenſ. cap.* 3. *num.* 65. & *ſequent.* Fragoſo *de regim. Chriſtianæ Reipub. p.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *n.* 37. & alij per nos allegati *ſupra clauſ.* 10. *n.* 7. & 9.

6 Sequitur ergo, quod ſi Conſeruatores turbentur in ſua iuriſdictione à Vicariis Generalibus Epiſcoporum vel ab aliis Iudicibus vel quibuſuis perſonis, poterunt procedere tales Conſeruatores contra perturbantes, compellendo eos obedire per ſententias, & cenſuras, aut pœnas Ec-
7 cleſiaſticas. In caſibus videlicet, in quibus procedere poſſunt, hoc eſt pro manifeſtis iniuriis, & violentiis, & exinde tam in vim Conſtitutionis Gregorij XIII. vel ſaltem ex vltima diſpoſitione Gregorij XV. poterunt procedere contra perturbantes ſuam Iuriſdictionom, dummodo in aliis requiſitis ſeruetur quod ſtatuitur in dicta Conſtitutione Gregorij XV. nam hæc, reſtringit illam, vt probauimus *ſupra q.* 13. *num.* 16. & 20. & *in q. antecedenti num.* 27. At vero ad hunc effectum non eſt reuocata illa Gregoij XIII. Conſtitutio, vt patet ex dicta declaratione ſuperius allegata *n.* 2. & 3. & probant Gutierrez *lib.* 3. *quæſt. pract. q.* 10. *n* 4. *in fine*, ibi: Alias à ſuo Conſeruatore Ordinarius excommunicari poteſt, &c. & Bordonus *in ſuis Conſiliis, ſeu reſol. moral. to.* 2. *reſol.* 95. *q.* 18. *num.* 22. & *reſol.* 96. *num.* 10. vbi refert quandam Bullam Pij V. conceſſam ad inſtantiam Prædicatorũ, quæ incipit: Ad hoc Deus, apud Confect, *pag.* 205. vbi excommunicat impedientes Conſeruatores ab exercicio ſui officij, &c.

8 Optime Barboſ. *in Paſtor. p.* 3. *allegat* 106. *num.* 5. vbi in terminis concludit hoc dubium per hæc verba. Inde etiam fit, tales Conſeruatores tanquam delegatos, poſſe de iure procedere contra quoſcumque Ordinarios, etiam legatos, ſi eos impediant in ſuis Conſeruatoriis iuxta Regulam *d. cap.* 2. de officio legati; tradit ex eodem Ancharranus *conſ.* 132. *num.* 3. Cardin. Tuſcus *Littera C. concl.* 160. *num.* 2. & 3. Mar. Anton. 9
*var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 17. & 5. Mandez à Caſtro *in praxi Luſitana lib.* 2. *cap.* 3. *puncto.* 2. *n.* 27. *pag.* 44. Nec obſtat, quod nonnullæ dantur differentiæ inter Conſeruatores, & & alios Iudices delegatos, in quibus ſe ad inuicem excedunt, de quibus agunt textus *in d. cap.* 1. & *vltimo de offic. delegati in* 6. Reſpondetur enim, prædictas differentias non reſpicere ſubſtantiam Iuriſdictionis delegatæ, quæ tantum in eo conſiſtit, quod competat ratione officij: Vnde non faciunt ea mutare, aut differre ſpecie iuxta doctrinam Gloſſæ *Verbo, Noua, in l. pacta conuenta ff. de contrahenda emptione*, Optime Alciatus *in rubrica de officio Ordinarij num.* 18. Hæc Barboſa *qui num.* 1. refert differentias, quæ reperiuntur inter Iudices Conſeruatores, & alios delegatos, & tandem *n.* 36. confirmat, quod dixerat *in d. num.* 5. & vlterius allegat Mirandam *in Manuali Prælatorum to.* 2. *q.* 47. *art.* 8. *concl.* 5.

10 Ex quibus patet, dictos Conſeruatores tamquam delegatos Sedis Apoſtolicæ, in caſibus, in quibus procedere poſſunt, poſſe vti pœnis & cenſuris contra perturbantes exercicium ſuæ Iuriſdictionis, & ita declarauit Sacra Congregatio & SS. D. N. Innocentius X. decreuit vt patet ex Breui *ſuperius relato in initio huius ſecundæ partis in octaua, & vltima declaratione*, ex propoſitis pro parte Societatis IESV, ſeu Religioſorum ipſius, per hæc verba. *Reſpondit poſſe à manifeſtis iniuriis, & violentiis eos compeſcere, etiam cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis*, &c.

11 Quæ omnia generaliter loquendo de plano procedant; attamen cum præſens dubium ſe reſtringat iuxta metas prædictæ Conſtitutionis Gregorij XIII. vtique dubitari poteſt, an reſolutio ſuperius tradita locum habere poſſit, cum in §. 2. *in fine* ita habeatur: *Omnes & Singulos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac Abbates, nec non alias perſonas, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, ac eorumdem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Vicarios in ſperitualibus, & officiales generales, vbilibet conſtitutos, in ſuos poſſent aſſumere Conſeruatores & Iudices*

*Ordinarios*, &c.quæ etiam reperiuntur re-
petita in ampliatione facta ab ipſo Gre-
gorio, eidem Societati extra Europam,
quam retulimus *in quæſt. antecedenti nu-
mero* 2.

12 Ex quibus verbis P.Molina to.6.de Iuſti-
tia & iure tract.5.diſp.29.n.1. poſtquam
in initio dixit illam doctrinam Generalem,
quod Iudices Conſeruatores ſunt delegati,
in fine ita concludit: Societati autem no-
ſtræ in, Bulla ea de re à Pio V.qui ex Ordi-
ne fuit diui Dominici,conceſſa,& à Grego-
rio XIII. edita, eſt conceſſnm, vt noſtri
Conſeruatores Iudices ſint Ordinarij.Vſ-
que huc Molina & eo relato idem tra-
dit Barboſ.*in d.allegat*.106.*n*.3.

13 Ex qua doctrina ſequitur, quod cum
Conſeruatores Societatis in vim prædictæ
Conſtitutionis Gregorij XIII.ſint iudices
Ordinarij, infertur, non poſſe prædictos
Conſeruatores procedere contra Ordina-
rios pœnis & cenſuris,nam cum par in pa-
rẽ imperium habere nõ poſſit,L.nã & Ma-
giſtratus,ff.de receptis arbitris,cap.*inferior*,
cap. *denique* 21.*diſtinct.cum aliis adductis
ſupra* 1.*p. clauſ*.10.*n*. 6. dicendum videtur,
non poſſe Conſeruatores Societatis tan-
quam delegatos procedere contra Or-
dinarium, cum æquali fulgeant digni-
tate.

14 Sed reſpondetur primo,in dicta Conſti-
tutione Gregorij XIII. non attribui ſimpli-
citer Conſeruatoribus Societatis Iuriſdi-
ctionem ordinariam, & abſolutam,ſed ſo-
lum inducere illa verba, *poſſent aſſumere
Conſeruatores, & Iudices Ordinarios*, &c.
quandam maiorem declarationem, & fir-
mitatem quoad Conſeruatoriam; enimue-
ro cum valde controuerſum ſit, an prima
inſtantia poſſit & debeat proponi coram
Conſeruatore,vel coram Ordinario ad pręs-
ſcriptum Tridentini *ſeſſ*. 24.*cap*. 20. *de re-
format*.de quo late Salgado *de ſuplicat.& re-
tert.p.*2.*cap*.11.*fere per totum*;ideo ad tolen-
da dubia, quæ circa hunc articulum, &
alios eiuſdem qualitatis offerri poſſent, ad-
didit illa verba.*Iudices Ordinarios*, qui cum
1 proprie dici non poſſint, nec vt tales exer-
cere iuriſdictionem Ordinariam, ſicut in
eſſe formali Iudicis Ordinarij requiritur,
ex late à nobis congeſtis *ſupra in* 1.*p.clauſ.*
10.*num*.17.*cum ſequen* colligitur voluiſſe
Pontificem in illis verbis, *& Iudices Ordi-
narios*, &c.deputare Conſeruatores Socie-
tatis cum illa qualitate, reſpectu cauſarum,
in quibus vt tales Conſeruatores procede-
re poterant cum ambabus circunſtantiis,&
poteſtate videlicet delegatorum, & Ordi-
nariorum, non vero quod ſimpliciter eſ-
ſent Ordinarij,cum (vt diximus) ex vi officij
Conſeruatorum, ſecluſis priuilegiis de per
ſe nullam habeant Iuriſdictionem,ſed tan-
tum illam, quam ex delegatione esi attri-
buitur; cum igitur delegatus Apoſtolicus
in his quæ ſedes Apoſtolica delegat, eique 16
cõmittũtur,excellentior & ſuperior ſit Or-
dinario aliiſque Iudicibus Superioribus cap.
*ſane*. 11.*de officio, & poteſtate iudicis delegati*,
cum aliis à nobis adductis *ſupra num*.5.*& in
hac* 2.*p.q*.1.*n*.20. ſequitur exinde, non eſſe
præſumendum, quod quando Gregorius
XIII.intendebat Societati fauere, voluiſſet
limitare illam iuriſdictionem delegatam,
ab ipſo Pontifice immediate dimanantem,
coarctando illam ad terminos Iuriſdictio-
nis Ordinariæ, reſpectu cauſarum, quæ in
vim Conſeruatoriarum comprehendi po-
terant iuxta terminos iuris, cum Conſer-
uatoriæ, vltra operare non poſſent, & ſo-
lum & hoc, talis iuriſdictio proprie dici
non poterat Ordinaria,ex his quæ diximus
*ſupra q*.13.*num*.8.*& ſequen*.Ex quibus præ-
ſumendum eſt,P.Molinam noluiſſe dicere,
Conſeruatores Societatis eſſe Ordinarios
abſolute loquendo, ſed modo ſupra ex-
plicato.

Quod eo magis ſuadetur, quia cum de-
legatus in omnibus,& per omnia repræſen- 17
tet, & gerat vices delegantis,cap.1.*diſtinct*.
94.& conſideretur eadem perſona cum
ipſomet delegante cap. 2.*de conſuetudine in*
6.vbi communiter DD.& diximus *ſupra
q*.22.*num*.10. maior Pontificis fauor con-
ſiderari debet, vt Conſeruator in cauſis,in
quibus procedere poteſt, pro manifeſtis
ſcilicet iniuriis & violentiis (nam in aliis
caret iuriſdictione, vt per Barboſ.*in paſtor.
p*.3.*allegat* 106.*num*.30 & ſæpe probaui-
mus *in* 1.*l.p.huius tractatus*) ſit delegatus,
præfulgeatque Iuriſdictione delegata, quã
Ordinaria in illis caſibus in quibus de iure
cognoſcere poteſt; quapropter conclu-
dendum eſt,prædictos Conſeruatores So-
cietatis poſſe procedere contra Vicarios
Generales Epiſcoporum,tanquam delega-
tos Apoſtolicos per ſententias,& cenſuras,
ac pœnas Eccleſiaſticas, ſi illos impedie-
rint exercicium ſuæ iuriſdictionis, quando
iure ſeruato & cum qualitatibus, & circun-
ſtantiis Conſtitutionis Gregorij XV. &
caſibus permiſſis procedũt, vt patet ex huc
vſque ſupra adductis, & præcipue ex de-
claratione Sacræ Congregationis relata
num.10.

Verùm cum prædicta declaratio ſolum 81
loquatur de Vicariis Generalibus Epiſco-
porum inquirendum eſt modo, an idem
Iudicium faciendum ſit, eademque reſo-
lutio



reſolutio admittenda reſpectu ipſorum
Epiſcoporum, & dicendum eſt, non poſſe
tales Conſeruatores eodem prorſus modo
procedere contra Epiſcopos, ſicut contra
ipſorum Vicarios Generales, ſed præcisè
teneri,ſeruare formam capitis.Quia Pon-
tificali 2.de officio,& poteſtate iudicis de-
legati in 6.cuius verba talia ſunt.*Quia Pon-
tificali dignitate præditis, ob reuerentiam
Sacri officij,quod exercent, plurimum deferri
conuenit, & eos plus aliis honorari decet; vt
eum à Iudicibus, vel Conſeruatoribus, à Sede
Apoſtolica deputatis, contra eos ad coactiones
aliquas ſiue pœnas fuerit procedendum, gra-
dus,& modeſtia in huiuſmodi proceſſu ſerue-
tur;ita quod (eis quadam condigna reuerentia
ſupportatis) ingreſſus primo ipſis Eccleſiæ, vel
Sacerdotale interdicatur miniſterium. Ac dein-
de ab officio ſuſpendantur, & ſubſequenter ag-
grauetur cenſura Eccleſiaſtica contra eos*, &c.

19 Ex quo textu clarè deſumitur praxis,
qua vti debeant Conſeruatores,proceden-
tes contra Epiſcopos perturbantes vti ipſo-
tum Iuriſdictione, in caſibus, in quibus
eam exercere poſſunt. Non enim debent
ſtatim ſententiam excommunicationis
proferre,ſed ſeruata reuerentia,& mode-
ſtia debita tantæ dignitati gradatim proce-
dant,interdicendo prius ingreſſum Eccle-
ſiæ, Sacerdotaleque miniſterium, & ſi
fuerint contumaces ab officio ſuſpendèn-
do;& tandem ſi in eadem perſeuerent cõ-
tumacia,aggrauando cenſuras,vt cum Syl-
ueſtro *verb. Conſeruator, n*.4. *verſ. dico*, &
Azor *part*.2.*inſtit. moral.lib*.5.*cap*.34. *q*.11. &
Miranda *in manuali Prælat.to*.2. *q*.47. *art*.8.
*concl*.5.tradit Barb.*in Paſtor.p*.3.*in d.allegat*.
106.*num*.37.& latè *in collect.ad d. cap. quia
Pontificali, n*.1. *& ſequent*. quam praxim à
Conſeruatoribus ita ſeruandam eſſe cen-
ſeo,vt ritè, & rectè contra Epiſcopos pro-
cedere valeant.

20 Qaam reſolutionem extendendam eſ-
ſe,& idem dicendum de Epiſcopis electis,
& confirmatis, nondum tamen conſecra-
tis,ſuadetur ex eo, nam cum priuilegium
dicti Capitis, Quia Pontificali,concedatur
ratione dignitaris, & officij Epiſcopalis,
non verò Ordinis, vt patet ex primis ver-
bis,ibi: *Quia Pontificali dignitate præditis
ob reuerentiam Sacri Officij quod exercet*,&c.
ſequitur,quod cum Epiſcopus electus, &
confirmatus,nondum tamen conſecratus,
licet non poſſit exercere ea, quæ ſunt Or-
dinis,poſſit tamen omnia, quæ ad Iuriſdi-
dictionem pertinent,cap.*tranſmiſſam*, cap.
*Noſti*, cap.*qualiter,de electione*, & tradunt
communiter DD exinde colligitur, eſſe
comprehenſor in diſpoſitione dicti Capi-
tis Quia Pontificali,in verbis proximè re-
latis; nam reuerentia Sacri Officij, quod
exrrcent, ipſis eſſe debitam nemo eſt,qui
dubitet: & ideo comprehenſos eſſe Epi-
ſcopos electos, & confirmatos, etiam ad
hunc effectum, tenent Ioannes Andreas,
Franchus,& Domini. *ibidem*, quos refert,
& ſequitur Barboſ. *in collect. ad d.cap. Quia
Pontificali,n*.6.ex quibus ita concludendum
videtur, &c.

---

# Epilogus, ſeu Finis.

EXitus acta probat, cecinit Ouid.
*Epiſt*.2.

*Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto,*
*Quiſquis ab euentu, facta notanda putat.*

Vnde cum omnia à nobis nuper reſoluta
per nouum Decretum SS.DD.N.Innocen-
tij X.confirmata exiſtant (vt patebit ex *in-
fra* referendis) operæpretium duxi, cum
illius narratione finem imponere, vt exi-
tus acta probet.

Cum enim Sacra Congregatio decla-
raſſet omnes quæſtiones, à nobis exagita-
tas,& SS.D.N.Innocentius X.ſuo decreto,
& diplomate roboraſſet, *ſub dat.Romæ die
16.Aprilis* 1648. vt patet ex Breui *ſupra re-
lato in initio huius ſecundæ partis*, eo non
obſtante pro parte Societatis IESV, con-
queſtum poſt SS. D.N. prædictas declara-
tiones S. Congregationis ex pluribus Ca-
pitibus non eſſe iuſtificatas: Quare annuẽ-
te SS. nouam Audientiam, & commiſſio-
nem obtinuit, directam particulari Con-
gregationi S.R.E.Cardinalium, & Præla-
torum,qui auditis partibus, maturo conſi-
lio examinarent omnes articulos,& dubia
contenta in dicto Breui, quæ anſam dede-
runt noſtro tractatui, vt deciderent quid-
quid de iure procederet.

Quare auditis allegationibus, & oppo-
ſitionibus contendentium in contradicto-
rio iudicio *ſub die 4. Februarij anni præte-
riti* 1652.declaratum fuit,prædictum Bre-
ue,illiuſque declarationes in omnibus, &
per omnia eſſe iuſtificatas, nec illius, aut
illarum executionem vllatenus eſſe impe-
diendas, aut retardandas, prout patet ex
ipſius tenore, quod in meo poſſe authen-
ticum habeo, ex quo meo paruo videri,
nihil tam releuans in confirmationem ad
concludendum pro vera reſolutione, &
pro coronide fœlicique fine proponere,
ſeu allegare poſſum.

Nam,vt ait Ariſt.*lib*.1.*de Natur.c*.9.*tit*.89.
*Eſt finis id, vnde principium, non agendi, ſeu
cogitan*

*cogitandi ducitur*, &c.& *lib.*1.*Breuior.Metaph. cap.*2.*tit.*8. *Id cuius cauſa aliquid efficitur finis eſt eiuſdem autem eſt id, quod non aliò, ſed ad ipſum cætera referuntur*, &c.Ex quibus epilogando ſequar ſententiam Ariſt. & finem imponam, cum relatione vltimi decreti, vt ducatur ad principium non agendi,ſed cogitandi, cum ad ipſum omnia à nobis huc vſque diſcuſſa,& deciſa fundamentum ſumant, & ſequendo illius ideam,& reſolutionem, noſtræ lucubrationes enodatæ, & elaboratæ remaneant;claudat igitur,& roboret noſtras ſuperius deciſas reſolutiones hæc duo vltima Breuia SS.D.N.Innocentij X.vt finem imponat, quod ad initium,originem dedit: provt ſequuntur.

## *BREVE SECVNDVM*

*Confirmatorium SS. D. N. Innocentij X. In Iudicio contradictorio obtentum Romæ, ſub die 4. Februarij 1652. approbando in omnibus,& per omnia, quod prius obtentum fuerat ſub die 14.Maij 1648. in quibus iubet SS. D. N. inuiolabiliter obſeruari.*

## INNOCENTIVS PAPA X.

AD futuram rei memoriam.Aliàs à nobis emanarunt litteræ in ſimili forma Breuis tenoris ſequentis, videlicet:Innocentius Papa X. ad futuram rei memoriam. Cum ſicut accepimus, aliquæ fuerint ortæ differentiæ inter Venerabilem Fratrem Ioannem,Epiſcopum Angelopolitanum,ſiue populi Sanctorum Angelorum in Indiis occidentalibus ex vna: & dilectos filios Clericos Regulares Societatis Iesv partibus ex altera, de & ſuper munere prædicationis Verbi Dei, tam in propriis eorundem Clericorum Regularium, petita ſolum Epiſcopi benedictione, quàm in aliis Eccleſiis petita & obtenta ab eodem Epiſcopo Diœceſano licentia exercendi, necnon ſuper confeſſionibus laicorum audiendis, præuio examine, ſiue approbatione eiuſdem Epiſcopi Diœceſani,quæ dicti Clerici Regulares in vim priuilegiorum prædictæ Societati,Apoſtolica auctoritate conceſſorum, ſibi proprio iure licere prætendebant;& deſuper in partibus fuerit deuentum ad plures actus Iudiciales,& pro parte Clericorum Regularium huiuſmodi ad electionem Conſeruatorum, priuilegiorum huiuſmodi: Nobiſque tam dicti Ioannis Epiſcopi, quam eorumdem clericorum Regularium nomine pro ſopiendis differentiis huiuſmodi quædam dubia deciſionem differentiarum prædictarum, nec non iuriſdictionem Ordinariorum in exemptos, & ipſorum Clericorum Regularium exemptionem à Iuriſdictione Ordinarij concernentia, fuerint propoſita, ad quæ partes reſponderi, & quid deſuper obſeruandam ſit, auctoritate noſtra Apoſtolica ſtatui,& ſtabiliri deſiderabant. Nos qui omnium fidelium, & præſertim Eccleſiaſticorum quieti libenter incumbimus,diffetentias prædictas, totumque negocium particulari Congregationi aliquorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium,& dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum examinandum commiſimus, qui auditis ſæpius Procuratoribus,prædicti Ioannis Epiſcopi, necnon Procuratore Generali Societatis,prædictæ negotio maturè diſcuſſo, omnibus dubiis, & petitionibus,hinc inde propoſitis, reſponderunt provt ſequitur, videlicet:

Deciſio ſuper cauſa principali.

Sacra Congregatio, à Sanctiſſimo Domino Noſtro deputata,ſuper controuerſiis vertentibus inter Epiſcopum Angelorum, in Indiis Occidentalibus, & Religioſos Societatis Iesv, ſæpius auditis Procuratoribus, ab eodem Epiſcopo ad Vrbem allegatis, necnon ipſius Societatis Procuratore Generali,negotióque accuratè diſcuſſo,cenſuit, prædictos Religioſos, nequaquam poſſe in ciuitate,& Diœceſi

Angelo



Angelopolitana, perſonarum Secularium confeſſiones audire, ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani, nec verbum Dei prædicare in Eccleſiis ſui Ordinis,non petita ipſius benedictione;nec in aliis Eccleſiis ſine eius licentia, nec in Eccleſiis etiam ſui Ordinis, ipſo contradicente; & contrauenientes ab Epiſcopo, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato coërceri; & puniri poſſe, etiam cenſuris Eccleſiaſticis, in vim Conſtitutionis Sanctæ memoriæ Gregorij XV.quæ incipit. *Inſcrutabili Dei prouidentia*, ac proinde memoratis Religioſis, qui huiuſmodi approbationem, ac licentiam ſe obtinuiſſe non docuerint,potuiſſe Epiſcopum, ſeu eius Generalem Vicarium precipere, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt à confeſſionibus audiendis, & verbi Dei prædicatione abſtineret, nec ob eam cauſam licuiſſe dictis Religioſis,quaſi à manifeſtis iniuriis, & violentiis, eligere Conſeruatores, eoſque, vt præfertur, electos in Epiſcopum, eiuſque Vicarium Generalem indebite, ac nulliter excommunicationem fulminaſſe,Cæterum Sancta Congregatio ſerio in Domino hortatur,ac monet Epiſcopum, vt Chriſtianæ manſuetudinis memor, erga Societatem Iesv, quæ laudabili ſuo inſtituto in Eccleſia Dei tam fructuosè laborauit, ac ſine intermiſſione laborat, paterno ſe gerat effectu, eamque in regimine Eccleſiæ ſuæ perutilem adiutricem agnoſcens,benigne foueat,ac priſtinæ ſuæ beneuolentiæ reſtituat, quemadmodum Sacra Congregatio ipſum facturum cõfidit,ſibique certò pollicitur, cum eius zelum, pietatem, ac Paſtoralem ſolicitudinem compertam habeat,

Declaratur,iuſtificatas eſſe cenſuras fulminatas per Vicarium Epiſcopi, & nullas, ac inualidas Conſeruatoris,quia nõ potuerat procedere ex eo,quod non erat caſus in quo recurrere poſſent Regulares ad Conſeruatorẽ.

Datum Romæ die decima ſexta Aprillis anno M. DC.XLVIII. Et præmiſſorum occaſione pro parte prædicti Ioannis Epiſcopi,nec non Religioſorum Societatis Iesv,in eadem Congregatione propoſita fuerunt diuerſa dubia,de mandato Sanctiſſimi reſoluenda, quæ quidem Sacra Congregatio ſæpius auditis, vt in præmiſſis ab eodem Epiſcopo ad vrbem miſſis, necnon Procuratore Generali ipſius Societatis, negotioque mature perpenſo, ad ſingula dubia ab vtraque parte propoſita,reſpondit ordine quo ſequitur.

Dubia propoſita ab Epiſcopo,illorumque decinones.

1 Circa Conſeruatores.

Primò, An in caſu quo Epiſcopus præcipiat,decreta aliqua Concilij Tridentini à Regularibus obſeruari, & executioni demandari, Regulares quicumque, etiam Societatis Iesv, ſub prætextu, quod huiuſmodi pręcepta infringant ſua priuilegia, poſſint eligere Conſeruatores?Congregatio reſpondit:

Si Epiſcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis Iesv, vt decreta aliqua Concilij Tridentini obſeruent, ac exequantur, in illis caſibus, in quibus per ipſum Concilium, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, Regulares exempti ſubiciuntur Iuriſdictioni, & correctioni Epiſcopi, minime licerc ipſis Regularibus ob eam cauſam Cõſeruatores eligere. Secundò An quando Ordinarius concedit,iuris ordine ſeruato aduerſus Regulagulares prædictos, in caſibus in quibus per Concilium Tridentinum,vel Conſtitutiones Apoſtolicas ipſi ſubiciuntur, poſſint Conſeruatores iudices aſſignare? Reſpõdit vt ad proximum, non poſſe. 2 Circa idẽ.

3 Circa exhibitionem priuilegiorum Societatis

Tertiò, An Regularibus,etiam Societatis Iesv,aſſerentibus ſe habere priuilegia, quominus obediant Epiſcopo, in executione decretorum iuris communis,Concilij Tridentini,& Conſtitutionum Apo

ſtoli

ſtolicarum, Ordinarij debeant ipſis adhibere fidem, abſque exhibitione huiuſmodi priuilegiorum. Reſpondit Ordinarios non teneri huiuſmodi aſſertioni fidem adhibere, abſque integrali priuilegiorum exhibitione.

4 Circa intellectum priuilegiorum.

Quartò An in caſu quo Regulares quicumque etiam Societatis Iesv, exhibeant aliqua priuilegia, & Ordinarij iudicent, ea non ſuffragari, caſui de quo agitur, & ad rem non facere, Regulares prædicti poſſint, & debeant prouocare ad ſumum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotiſſimis, ad Metropolitanum, ſiue Ordinarium viciniorem, vel potius poſſint hoc caſu eligere Iudices Conſeruatores, Reſpondit, ſi verba priuilegiorum ſint obſcura, & ambiqua, non licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Epicopum, nec Conſeruatores eligere, ſed ſumum Pontificem, pro interpretatione eſſe adeundum.

5 Circa intellectum Conſtitutionis Gregorij XV. quo ad Conſeruatores.

Quintò. Vtrum Conſtitutio fœlicis recordationis Gregorij XV. circa Conſeruatores Regularium, publicata anno 1621. cum declarationibus Eminentiſſ. Sacræ Congregationis Concilij Tridentini Interpretum, de ſuper editis, æquè afficiat, & comprehendat Religioſos Societatis Iesv ac reliquos Regulares, ita vt omnia alia prædictæ Societatis priuilegia fuerint reducta ad terminos dictæ Conſtitutionis, & ſic in poſterum debeant ab iis eligi Conſeruatores, iuxta formam, & tenorem prædictæ Conſtitutionis. Reſpondit huiuſmodi Conſtitutionem, cum declarationibus, vt præfertur editis, æque afficere Religioſos Societatis Iesv, atque aliorum Ordinum, & Conſeruatores, ad illius præſcriptum, eſſe eligendos, non obſtantibus quibuſuis priuilegiis, quippe quæ omnia ſunt redacta ad terminos ipſius Conſtitutionis.

6 An Regulares in cauſis ciuilibus, vel circa executionem vltimarum voluntatũ conueniri poſſint coram Ordinario.

Sextò An Regulares prædicti, grauati ære alieno, vel ad ratiocinia, vel teſtamentorum executores, poſſint conueniri coram Ordinario, ſi Conſeruatores non nominauerint intra tempus habile, ab Ordinario præſcriptum. Reſpondit Regulares in cauſis prædictis coram Ordinario loci eſſe conueniendos, ſi ad præcriptum Conſtitutionis Sanctæ memoriæ Gregogorij XV. Conſeruatores non elegerint, ipſiuſque electionis documentum intra præfinitum tempus in actis curiæ ipſius Ordinarij non exhibuerint ac dimiſerint.

7 An Conſeruatores teneantur præſtare cautionem coram Ordinario de iudicio ſiſti, &c.

Septimò An dicti Regulares, Conſeruatores, ſiue ad iura, ſiue ad priuilegia tuenda aſſumentes, teneantur ante exercicium commiſſionis præſtare cautionem coram Ordinario, ſiue alio Iudice competente, de Iudicio ſiſti, & iudicatũ ſoluẽdo; caſu quo in lite, ſiue cauſa ſuccubuerint, Reſpondit non teneri.

8 Circa defenſionem decimarũ

Octauo An quando Epiſcopi iura, vel decimas Cathedralium, aduerſus Regulares prædictos, dote ſua ſpoliantes Eccleſias, coram Iudice competente tuentur, libroſque, memorialia, & allegationes producunt, ius Eccleſiarum Cathedralium exprimentes, & acquiſitiones Religioſorum, aliaque id generis adnumerantes, huiuſmodi ſcriptorum occaſione, poſſint Regulares nominare Conſeruatores, prætendentes iniuriam ſibi inferri; in referendo immoderatas acquiſitiones. Reſpondit, ſi Epiſcopi pro tuendis iuribus Cathedralium Eccleſiarum, coram iudice competenti, huiuſmodi ſcripta producant, & Regularium immoderatas acquiſitiones veraciter, & modeſtè referant, non licere Regularibus ob eam cauſam, ad Conſeruatores recurrere.

9. Circa licẽtias cõcionandi, non obtẽtas ab Ordinario loci, vbi Regulares prædicare intendunt, licet ab aliis eas habuerint.

Nonò Vtrum Regularis qui





quicumque, etiam Socieatis Iesv, poſſint adminiſtrare Sacramentum Pœnitentiæ ſecularibus abſque licentia Epiſcopi Diœceſani, etiamſi in aliena Diœceſi approbatus ſit? Reſpondit: Regulares, etiam Societatis Iesv, in vna Diœceſi ab Epiſcopo approbatos, ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas, nequaquam poſſe in alia Diœceſi huiuſmodi confeſſiones audire, ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani.

10. An Epiſcopus poſſit prohibere cum cenſuris, ne Regulares audiãt ſecularium confeſſiones ſine ipſius approbatione.

Decimò: An Epiſcopus contra dictos Regulares, audientes in ſua Diœceſi confeſſiones Secularium abſque ſua approbatione, vel concionatores abſque licentia Epiſcopi, intra, & extra proprias Eccleſias poſſit procedere; eos à talibus miniſteriis remouendo, ſiue præceptis, & aliis iuris remediis coërcendo. Reſpondit: Eiſdem Regularibus, qui cõfeſſiones perſonarum Secularium audiunt ſine approbatione Epiſcopi loci, vel prædicent in Eccleſiis ſui Ordinis, nõ petita illius benedictione, aut in aliis Eccleſiis abſque eius licẽtia, vel in Eccleſis etiã ſui Ordinis, ipſo cõtradicente, poſſe Epiſcopũ in vim conſtitutionis felicis recordationis Gregor. XV. quæ incipit: *Inſcrutabili Dei prouidẽtia*, tanquã Sedis Apoſtolicæ Delegatũ adminiſtrationẽ Sacramẽti Pœnitentiæ, ac munus prædicationis interdicere, eoſque iuris remediis coërcere, & punire.

11. An Epiſcopus poſſit impedire ne Regulares audiãt ſecularium confeſſiones donec exhibeant licentias, quando ei conſtat, quod eas non habẽt ex Regeſto Secretariæ.

Vndecimò: An quando Epiſcopo cõſtat, dictas licentias obtentas non fuiſſe, ipſe poſſit præcipere, vt donec licentiã intra præſcriptũ tẽpus exhibeant, à tali miniſterio abſtineãt & an requirendus ſit per Epiſcopũ pro his exhibendis Prouincialis, in alia diœceſi, vel longiſſime exiſtẽs, vel ipſi Regulares conſeruatorij, vel eorum Superiores eiuſdẽ Diœceſis, in qua prædicta exercẽt. Reſpondit. Poſſe Epiſcopũ ſic præcipere, nec pro huiuſmodi licẽtiis requirẽdũ eſſe Prouincialẽ, ſed ſatis eſſe, ipſos Religioſos requirere, aut eorũ Superiores, in Diœceſi Epiſcopi exiſtentes.

12. Circa punitionem Regularis qui inſurgit contra Epiſcopũ maledictis ſcripto, vel dicto.

Decimo ſecundò. An ſi contingat, vt aliquis prædictorũ Regulariũ inſurgat contra Epiſcopũ in propria Diœceſi, maledictis cum ſcripto, vel dicto, populum ſcandalizando, poſſit ab Epiſcopo puniri, & qua animaduerſione? Et quid ſi huiuſmodi delinquens trãſiuerit ad aliã Diœceſim, hoc caſu ſeruandum ſit, & qua pœna puniẽdus ſit Regularis, qui commorans in vna Diœceſi, ſpargat famoſos libellos contra Ordinarium alterius Diœceſis. Reſpõdit. Si Regularis intra clauſtra degens, extra ea in caſibus in dubio expreſſis, ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, teneri ſuperiorem Regularem, infra tempus ab Epiſcopo præfigendum, ſeuere illum punire, ac de punitione Epiſcopũ certiorem facere, alioquin ſic delinquentẽm, ab Epiſcopo puniri poſſe ad præſcriptum Concilij Tridentini cap. 12. ſeſſ. 25. de Regul. Quod ſi delinquens ad aliam Diœceſim migrauerit ſeruandum eſſe, quod præcipitur in conſtitutione Sãctæ memoriꝯ Clem. VIII. incipiente: Suſcepti muneris ratio.

13. An cõſeruatores ante exercitium ſuę iuriſdictionis teneãtur exhibere Epiſcopo inſtrumentũ ſuæ electionis, vel nominationis.

Decimotertiò. An conſeruatores nominati, & electi à Regularibus prædictis ante exercitium ſuæ iuriſdictionis, teneantur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario ſub pœna nullitatis actuum. Reſpondit. vtique teneri.

14. An teneãtur Regulares exhibere integraliter ſua priuilegia, quãdo petitur ab Ordinario, vt ea propalent.

Decimoquartò. An priuilegia, quæ ſunt contra iuriſdictionem Ordinarij, & quibus gaudent, & gaudere prætendũt Regulares prædicti

cti, debeant Epiſcopis notificari, ſiue inſinuari? Reſpondit: Regulares teneri huiuſmodi priuilegia Epiſcopo exhibere, ſi eis vti voluerint.

15 An Domus, vel alij loci in quibus Regulares habent adminiſtrationem bonorum temporalium gaudeant priuilegiis, & exemptionibus, quibus fruuntur Collegia, ſeu Contus.

Decimoquintò. An prædia ruſtica, Metallorũ fodinæ, ſachari, opificinæ à Regularibus Societatis, vel aliis poſſeſſa, vel aliæ domus ſæculares, in quibus videlicet, vnus, vel duo Regulares tantũ cõmorantur, gaudeat priuilegio Collegiorum, ſeu Conuentuum? Reſpondit. Non gaudere.

16 Circa venditionem rerum Cõmercialium, & illarum offeinas.

Decimoſextò. Vtrùm Regulares prædicti apothecas quarumcumque mercium, macella, & ſimilia, prȩſertim prope Collegia, ſiue Conuentus exercentes, poſſint ab Ordinario ſub cenſuris inhiberi, ne huiuſmodi exerceant? Reſpõdit. Non poſſe Epiſcopum, hæc prohibere Regularibus exemptis, ſed ſi in præmiſſis ita notorie delinquãt extra clauſtra, vt populo ſcãdalo ſint ſeruãdũ eſſe, quod dictum eſt ſupra in reſponſione ad duodecimũ.

17. An in prędictis locis poſſint Regulares miniſtrare Sacramenta.

Decimo ſeptimò. Vtrum Regulares, etiam Patres Ieſuitæ, in ſuis prædiis, opificinis, aliiſq; ſuis domibus ſecularibus, ſitis intra limites Parochialiũ ad ſe nõ ſpectantiũ, poſſint adminiſtrare Sacramentũ Baptiſmatis, ſolẽnis Matrimonij, Extremæ ctionis, & Euchariſtiæ in feſto Paſchatis, famulis mercenarijs, ruſticis, ſiue aliis id genus hominibus ſæcularibus, abſque Ordinarij, vel Parochi licentia? Reſpondit. Non poſſe.

18. An Regulares poſſint in Indiis conſecrare Aras, vel Calices, & ſimilia requirentia ſacrã Vnctionem.

Decimo octauò, Vtrũ Patres Societatis in Ciuitate, & Diœceſi Angelorũ poſſint conſecrare vaſa Sacra, Altaria, & ſimilia, in quibus vnctio requiritur. Reſpondit. Itidẽ non poſſe.

Dubia propoſita pro parte Soc. Iesv.

Pro parte vero Religioſorum Societatis Iesv propoſita fuerunt infra ſcripta dubia.

1. An in Indiis poſſint Epiſcopi prohibere, vt totum vnum Collegium, vel Conuẽtus non audiat ſæculariũ Confeſſiones, vel prædicet Verbum Dei.

Primò. An Epiſcopi in partibus Indiarũ poſſint ex integro totum, vnũ Monaſterium, vel Collegium ab audiendis cõfeſſionibus ſuſpendere? Reſpõdit. Epiſcopos Indiarũ poſſe quidẽ nibõ ſimul vnius Monaſterij vel Collegij cõfeſſarij adimere facultatẽ audiendi confeſſiones perſonarũ Secularium, etiã inconſulta Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regulariũ, negotiis præpoſita, cum decretũ ab ea editum, ſub die vigeſima Nouembris M.DC.XV. ex intentionis defectu, & conuenientia morali non extendatur ad Regiones illas, tam longe ab Vrbe diſſias. Verum ab hac generali ſuſpenſione, quæ vix ſine ſcandalo, & animarum pernicie contingere poteſt, abſtinendũ eſſe Epiſcopis niſi grauiſſima ſubſiſtente cauſa, ſuper quo Sacra Cõgregatio illorum conſcientias voluit eſſe oneratas.

2. An Epiſcopus poſſit reuocare licentiã, quam ipſe conceſſit pro audiẽdis ſæcularium confeſſiones, vel cõcionando.

Secundò. An Epiſcopus Regularẽ pro confeſſionibus ſemel approbatum, ſine noua cauſa ſuſpendere poſſit ab ipſis confeſſionibus audiendis. Reſpondit. Regulares aliàs libere ab Epiſcopo præuio examine approbatos, ad audiendas confeſſioces perſonarum Secularium, ab eodẽ Epiſcopo ſuſpẽdi non poſſe, ſine noua cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente.

3. An Bulla Pij V. in ordine. 34. ſit reuocata.

Tertiò An Bulla Pij V. 34. in ordine to. 2. Bullarij, conceſſa inſtante, & ſupplicante Sereniſsimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium ſit reuocata in Bullis ſummorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium, mitigantur. Reſpondit. Agendum cum Sanctiſsimo, an velit declarare, Bullam non eſſe reuocatam, illam tamen non ſuffragari, niſi in locis vbi eſt defectus Parochorum.

4. An poſſit Epiſcopus procedere cum cenſuris contra inobedientes, & quo iure id efficere poteſt.

Quartò, An Epiſcopus poſsit cũ cenſuris procedere contra Regulares exẽptos, ſi inobedientes fuerint in confeſſionibus audiendis, vel prædicatio-

ne



ne verbi Dei, & hoc, an vigore Cõcilij Tridentini, vel per quem Canonem? Reſpondit. poſſe procedere, non quidem in vim Concilij Tridentini, ſed in vim Conſtitutionis Gregorij XV. quæ incipit. *Inſcrutabili Dei prouidentia.*

5. An Epiſcopus poſſit per litteras miſſiuas concedere licentias audiendi cõfeſſiones, & concionandi.

Quintò An licentia audiendi confeſſiones, & prædicandi, ab Epiſcopo per litteras miſſiuas, an ſolum per litteras patentes Cancellariæ concedi poſſit. Reſpondit. Poſſe concedi etiam per litteras miſſiuas, vel ore tenus, ſi ita Epiſcopo videtur.

6. An idem concedi poſſit ore tenus.

Sextò An talis licentia ore tenus, ſine ſcriptis, concedi poſſit? Reſpondit. Vt ad proximum. Septimò An facultas eligendi Conſeruatores, cõceſſa Societati à Gregorio XIII. ſuffragetur illis in locis, in quibus nõ adſunt Iudices Synodales? Reſpondit. Vbi non adſunt Iudices Synodales, priuilegium Gregorij XIII. non ſuffragari, quoad hoc, vt Societas non teneatur ex illis eligere Cõſeruaeores, dummodo tamẽ in reliquis ſeruetur forma Cõſtitutionis Gregorij XV. hac de re editæ.

7. Circa nominationẽ Conſeruatorum Societ. Iesv, & obſeruantiam Bullæ Gregorij XV.

8. An poſſint Conſeruatores excõmunicare Vicarios Generales Epiſcoporum.

Octauo. An Conſeruatores Societatis Vicarios genarales Epiſcoporum, auctoritate Apoſtolica per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas compellere poſſint, virtute Bullæ Gregorij XIII. incipientis *Æquum reputamus*. Dat. vltima Februarij 1573. Reſpondit. Poſſe à manifeſtis iniuriis, & violẽtiis illos compeſcere, etiam cẽſuris & pœnis Eccleſiaſticis. Dat. Romæ die 16. Aprilis 1648.

Confirmatio SS. D. N. Innocẽtij X. ad declarationes, & deciſiones S. Congreg. cum ampliſſimis cauſulis.

Quapropter, vt præmiſſa fiirmius ſubſiſtãt, & inuiolabiliter obſeruentur: Nobis pro parte Ioannis Epiſcopi huiuſmodi, fuit humiliter ſupplicatũ, vt illa, auctoritate Apoſtolica, confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur Nos igitur dicti Ioannis Epiſcopi votis, hac in re ãnuere illumque ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & eundẽ Ioannẽ Epiſcopũ, à quibuſuis excomunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſẽtentiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentiũ dũtaxat cõſequendum, harũ ſerie abſoluentes, & abſolutũ fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati præinſerta reſpõſa, ſeu reſolutiones, auctoritate prædicta tenore præſentiũ confirmamus, & approbamus, illiſque Apoſtolicæ firmitatis vim & robur adiicimus, & inuiolabiliter obſeruari mãdamus, ſalua tamẽ ſẽper in præmiſſis auctoritate dictæ Cõgregationis: Decernentes ſic, & nõ aliter in præmiſſis per quoſcũque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiã cauſarũ Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. etiã de latere legatos iudicari, & definiri debere. Ac irritũ & inane, ſiquid ſecus ſuper his à quoquã, quauis auctoritate ſciẽter vel ignoranter contigerit attẽtari, non obſtãtibus Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus, Pronincialibus, & Synodalibus Cõciliis, editis generalibus, & ſpecialibus Cõſtitutionibus, & ordinationibus nec nõ Eccleſiæ Angelopolitanæ, ac Societatis prædictæ, etiam iuramẽto, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, eidem Eccleſiæ, & Societati, ſub quibuſcũque verborũ tenoribus & formis, ac cũ quibuſuis, etiã derogatoriarũ derogatorijs, aliiſque efficacioribus, & inſoſoltis clauſulis, ac decretis, etiã irritantibus, etiã motu proprio, ac etiã cõſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorũ quomodolibet conceſſis, con-



 fir

firmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis habẽtes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctã Mariam Maiorẽ ſub ãnulo Piſcatoris die XIV. Maij MDCXLVIII, Pontificatus noſtri anno quarto, & ſubinde Cum Clerici Regulares, Societatis prædictæ, prætendentes ex pluribus Capitibus, præinſertas noſtras litteras, non eſſe iuſtificatas, nouam deſuper à nobis Audientiam obtinuiſſẽt. Nos negotium huiuſmodi particulari Congregationi nonnullorum, venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ prælatorum examinandum, & definiẽdum commiſimus, qui partibus, etiã in contradictorio pluries auditis earumque oppoſitionibus maturè perpenſis, decreuerunt prout ſequitur, videlicet Cum *ſub die* 14. MDCXLVIII. emanauit Breue Sanctiſſimi Domini Noſtri, ſuper controuerſiis vertentibus, inter Epiſcopum Angelopolitanum ex vna, & Patres Societatis Iesv ex altera: Patres verò prædicti prætendentes, ex pluribus capitibus. Breue non eſſe Iuſtificatum, obtinuerint à Sanctitate ſua nouam audientiam, Congregatio

Obtinetur ſecunda audientia quoad dubia deciſa.

nonnullorum Eminentiſſimorũ S. R. E. Cardinalium, ac Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper huiuſmodi differentiis, ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputata, partibus etiam in contradictorio pluries auditis, ſinguliſq; oppoſitionibus maturè perpenſis, cẽſuit, ſupradictũ Breue eſſe iuſtificatum, ac proinde illius executionẽ nullatenus eſſe impediendã, aut retardandam. Datũ Romæ *die* 4. *Menſis Februarij* MDCLII. Cum autẽ ſicut eiuſdẽ Ioannis Epiſcopi nomine nobis nuper expoſitũ fuit: Ipſe Ioannes Epiſcopi præinſertũ decretum, pro firmiori eius ſubſiſtentia, & obſeruatione Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri, ſũmopere deſiderat. Nos eiuſdẽ Ioannis Epiſcopi votis hac in re benignè annuere, ac ipſũ Ioannem Epiſcopũ ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volẽtes, & à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cẽſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectũ præſentiũ dũ taxat conſequendum, harũ ſerie abſoluentes, & abſolutũ fore cenſentes, ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præinſertũ vltimo Decretum huiuſmodi, ac omnia & ſingula in eo contenta, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentiũ confirmamus, & approbamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac illa inuiolabiliter obſeruari mãdamus: Decernentes, ſic, & non aliter in præmiſſis, per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere lega

Confirmatio, & ſecunda deciſio omnium contentorũ in primo decreto, ſiue Breui auditis partibus in cõtradictorio Iudicio.

Breue ſecundũ SS. D. N. Innocẽtij X. confirmãs in omnibus, & per omnia primũ, in quo iubet, obſeruari ad litterã omnes declarationes, in illo, contẽtas cũ ampliſſimis clauſulis.



legatos, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in præinſertis noſtris litteris voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 19. Nouembris M.DC.LII. Pontificatus noſtri anno Nono.

G. Gualterius

Concuerda eſte traſlado con el Breue original; que para eſte effecto ſi exhibio ante mi Iuam Cabredo Notario Apoſtolico, y vno de los que reſiden en el Tribunal de Monſeñor illuſtriſſimo Nuncio de ſu Santidad, en eſtos Reynos de Eſpaña, y va bien, y fielmente ſacado, corregido, & concertado, y concuerda con el original, y en fe de ello di el preſente en la Villa de Madrida 24. dias de el Mes de April de 1653. y lo ſigne, y lo firme.

En teſtimonio † de verdad,
IVAN CABREDO,
Notario.

*BREVE III. confirmatorium SS. D. N. Innocentij X. obtentum ſub die 17. Decembris 1652. & Breui obtento ſub die 27. Martij 1653. & intimatione eiuſdem facta R. P. Generali Ieſuitarum vnà cum reſponſione pro illius obſeruatione.*

In Nomine Domini, Amen.

Præſenti publico Inſtrumento cunctis vbique pateat euidenter, & ſit notum, quod anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, Indictione ſexta, die verò vegeſima tertia menſis Auguſti, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto, Patris & D. N. D. Innocentij diuina prouidentia Papæ Decimi, anno eius nono, Pro Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D. Don Ioanne de Palafox, & Mendoça Epiſcopo Angelopolitano in Indiis Occidentalibus, contra Reuerendiſſimum Patrem Caſſuuinum Nichiel, Præpoſitum Generalem, necnon Admod. R. P. Pitrum Gherardum, Procuratorem Generalem Societatis Iesv, & alios Clericos Regulares eiuſdem Societatis, in dicta Angelopolitana Diœceſi commorantes, & eorum quemlibet, tam coniunctim, quam diuiſim, & alias omni, &c. In officio Ioannes Radica Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſor, & retulit in ſcriptis, ſe die decima ſexta huius intimaſſe, & exequutum fuiſſe perſonaliter monitorium in. Actis expeditum, ſuper paritione, exequutione, & obſeruantia plurium litterarum Apoſtolicarum, in eo præinſertarum, tradita copia collationata, d. R. Patri Generali, & Procuratori Gen. prout in dicto monitorio originali, quod facto reproduxit, prout in octo foliis, quæ facto dedit tenoris ſequentis, videlicet. INNOCENTIVS Papa Decimus. Ad futuram rei memoriam. Alias à Nobis emanauerunt litteræ in ſimili forma Breuis tenoris ſequentis, videlicet; Innocentius Papa Decimus. Ad futuram rei memoriam. Cum ſicut accepimus, aliquæ fuerint ortæ differentiæ inter Venerab. Fratrem Ioannem Epiſcopum Angelopolitanum, ſiue Populi Sanctorum Angelorum in Indiis Occi

Occidentalibus ex vna, & Dilectos filios Clericos Regulares Societaris Iesv, partibus ex altera de, & ſuper muner prædicationis Verbi Dei, tamen in propriis eorundem Clericorum Regularium poſita ſolùm Epiſcopi benedictione, quàm in alienis Eccleſiis, petita, & obtenta ab eodem Epiſcopo Diœceſano licentia exercendi, necnon ſuper Confeſſionibus laicorum audiendis præuio examine, ſiue approbatione eiuſdem Epiſcopi Diœceſani, quæ dicti Clerici Regulares in vim priuilegiorum prædictæ Societati Apoſtolica authoritate conceſſorum ſibi proprio iure, licere, prætendebant, & deſuper in partibus fuerit deuentum ad plures actus iudiciales, & pro parte Clericorum Regularium huiuſmodi: Nobiſque tam dicti Ioannis Epiſcopi, quàm eorundem Clericorum Regularium nomine pro ſopiendis differentiis huiuſmodi, quædam dubia, deciſionem differentiarum prædictarum, necnon Iuriſdictionem ordinariorum in exemptos, & ipſorum Clericorum Regularium exemptionem à iuriſdictione ordinarij concernentia fuerint propoſita, ad quæ ambæ partes reſponderi, & quid deſuper obſeruandum ſit auctoritate noſtra Apoſtolica ſtatui, & ſtabiliri deſiderabant. Nos qui omnium fidelium, & præſertim Eccleſiaſticorum, quieti libenter incumbimus, differentias prædictas totúmque negotium particulari Congregationi aliquorum Ven. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ curiæ Prælatorum examinan. commiſimus, qui auditis ſæpius Procuratoribus prædicti Ioannis Epiſcopi, necnon Procuratore Generali Societatis prædictæ, negotio maturè diſcuſſo, omnibus dubiis, & petitionibus hinc inde propoſitis reſponderunt, provt ſequitur, videlicet Sacra Congregatio à Sanctiſſimo Domino noſtro deputata ſuper controuerſiis vertenribus inter Epiſcopum Angelorum in Indiis Occidentalibus, & Religioſos Societatis Iesv, ſæpius auditis Procuratoribus ab eodem Epiſcopo ad Vrbem allegatis, necnon ipſius Societatis Procuratore generali negotioque accuratè diſcuſſo cenſuit? prædictos Religioſos, nequaquam poſſe in Ciuitate, & Diœceſi Angelopolitana perſonarum Secularium confeſſiones audire ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani, nec verbum Dei prædicare in Eccleſiis ſui ordinis, non petita ipſius benedictione, nec in aliis Eccleſiis ſine eius licentia, nec in Eccleſiis etiam ſui ordinis ipſo contradicente, & contraueniente ab Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato coërceri, & puniri poſſe, etiam cenſuris Eccleſiaſticis, in vim Conſtitutionis San mem. Gregorij XV. quæ incipit; *Inſcrutabili Dei prouidentia*: Ac proinde memoratis Religioſis, qui huiuſmodi approbationem, ac licentiam ſi obtinuiſſe non docuerint, potuiſſe Epiſcopum, ſeu eius Generalem Vicarium præcipere ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt à confeſſionibus audiendis, & verbi Dei prædicatione abſtinerent, nec ob eam cauſam licuiſſe dictis Religioſis, quaſi à manifeſtis iniuriis, & violentiis eligere Conſeruatores, eoſque, vt prædicitur, electos in Epiſcopum, eiuſque Vicarium Generalem indebitè, ac nulliter excommunicationem fulminaſſe, Cæterum Sacra Congregatio ſeriò in Domino hortatur, ac monet Epiſcopum, vt Chriſtianę mãſuetudinis memor erga Societatem Iesv, quæ laudabili ſuo Inſtituto in Eccleſia Dei, tam fructuoſè laborabit, ac ſine intermiſſione laborat, paterno ſe generat affectu, eãque in regimine Eccleſiæ ſuæ perutilem Adiutricem agnoſcens benignè foueat, ac priſtinæ ſuæ beneuo-



lentiæ reſtituat, quemadmodũ S. Cõgregatio ipſum factũ cõfidit, ſibique certò pollicetur, cum eius zelum, pietatem, ac paſtoralem ſollicitudinem compertam habeat. Datum Romæ die XVI. Aprilis anno *1648*. & præmiſſorum occaſione pro parte prædicti Ioannis Epiſcopi; necnon Religioſorum Soeietatis Iesv in eadem Congregatione propoſita fuerunt diuerſa dubia, de mandato Sanctiſſimi reſoluenda, quæ quidem Sac. Congregatio ſæpius auditis, vt in præmiſſis ab eodem Epiſcopo ad Vrbem miſſis, necnon Procuratore Generali ipſius Societatis, negocióque maturè perpenſo, ad ſingula dubia ab vtraque parte propoſita, reſpondit, ordine quo ſequitur. Primò, An in caſu quo Epiſcopus præcipiat decreta aliqua Concilij Tridentini à Regularibus obſeruari, & executioni demandari; Regulares quicumque, etiam Societatis Iesv, ſub prætextu, quod huiuſmodi præcepta infringãt ſua priuilegia, poſſint eligere Conſeruatores? Congregatio reſpondit; Si Epiſcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis Iesv, vt decreta aliqua Concilij Tridentini obſeruent, ac exequantur, in illis caſibus, in quibus per ipſum Concilium, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, Regulares exempti ſubiiciuntur iuriſdictioni, & correctioni Epiſcopi, minimè licere ipſis Regularibus ob eam cauſam Conſeruatores eligere. Secundò: An quando Ordinarius procedit iuris ordine ſeruato aduerſus Regulares prædictos, in caſibus in quibus per Concilium Tridentinum, vel Conſtitutiones Apoſtolicas ipſi ſubiiciũtur, poſſint Conſeruatores Iudices aſſignare? Reſpondit, vt ad proximũ non poſſe. Tertiò: An Regularibus etiam Societatis Iesv, aſſerentibus, ſe habere priuilegia quominus obediant Epiſcopo in executione decretorum iuris communis Concil. Trid. ni, & Conſtitutionum Apoſtolicarum; ordinarij debeãt ipſis adhibere fidem, abſque exhibitione huiuſmodi priuilegiorum, Reſpondit; Ordinarios nõ teneri huiuſmodi aſſertioni fidẽ adhibere abſque integrali priuilegiorũ exhibitione. Quartò: An in caſu, quo Regulares quicũque, etiam Societatis Iesv, exhibeant aliqua priuilegia, & Ordinarij iudicent ea non ſuffragari caſui, de quo agitur, & ad rem non facere; Regulares prædicti poſſint, & debeant prouocari ad ſũmum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotiſſimis, ad Metropolitanũ, ſiue Ordiuarium vicionorem, vel potius poſſint hoc caſu eligere Iudices Conſeruatores, Reſpondit; ſi verba priuilegiorum ſint obſcura, & ambigua non licere recurrere ad Metropolitanum, vel Viciniorem Epiſcopum, nec Conſeruatores eligere, ſed ſummũ Pontificem pro interpretatione eſſe adeundũ. Quintò: Vtrum. conſtitutio fel. rec Gregorij XV. circa Conſeruatores Regularium, publicata anno 1621. cum declarationibus Eminentiſſ. Sac. Congregationis Concilij Tridentini Interpretum deſuper editis, æquè afficiat, & comprehendat Religioſos Societatis Iesv, ac reliquos Regulares, itavt omnia alia prædicta Societatis priuilegia fuerint reducta ad terminos dictæ Conſtitutionis, & ſic in poſterũ debeant ab iis eligi Conſeruatores iuxta formam, & tenorem prædictæ Conſtitutionis, Reſpondit; huiuſmodi Conſtitutionem cum declarationibus, vt præfertur, editis æquè afficere Religioſos Societatis Iesv, atque aliorum ordinum, & Cõſeruatores ad illius præſcriptum eſſe eligendos, non obſtantibus quibuſuis priuilegiis, quippe quæ omnia ſunt redacta ad terminos ipſius Conſtitutionis. Sextò; An Regulares prædicti grauati ære alieno, vel ad ratiocinia, vel Teſtamentorum, exe-

quutores poſſint conueniri coram ordinario, ſi Conſeruatores nominauerint intra tempus habile ab ordinario præſcriptum, Reſpondit, Regulares in cauſis præfatis coram Ordinario loci eſſe conueniendos, ſi ad præſcriptum Conſtitutionis San. mem. Gregorij XV. Conſeruatores non elegerint, ipſiuſque electionis documentum intra præfinitum tempus in actis Curiæ ipſius Ordinarij non exhibuerint, ac dimiſerint. Septimò, in dictis Regulares Conſeruatores ſiue ad iura, ſiue ad priuilegia tuenda aſſumentes teneantur ante exercitium commiſſionis, præſtare cautionem coram Ordinario, ſiue alio Iudice competente de Iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, caſu quo in lite ſiue cauſa ſuccubuerint. Reſpondit non teneri. Octauò: An quando Epiſcopi iura vel decimas Cathedralium aduerſus Regulares prædictos, dote ſua ſpoliantes, Eccleſias coram Iudice competente tuentur, libroſque, memorialia, & allegationes producunt ius Eccleſiarum Cathedralium exprimentes, & acquiſitiones Religioſorum, aliaque id generis adnumerantes, hiuſmodi ſcriptorum occaſione poſsint Regulares nominare Conſeruatores, prætendentes iniuriam ſibi inferri in referendo immoderatas acquiſitiones. Reſpondit, ſi Epiſcopi pro tuendis Iuribus Cathedralium Eccleſiarum coram Iudice competenti huiuſmodi ſcripta producant, & Regularium immoderatas acquiſitiones veraciter & modeſte referant, non licere Regularibus ob eam cauſam ad Conſeruatores recurrere. Nonò; Vtrum Regulares quicumque, etiam Societatis Iesv poſsint adminiſtrare Sacramenta pœnitentiæ Secularibus abſque licentia Epiſcopi diœceſani, etiamſi in aliena diœceſi approbatus ſit. Reſpondit Regulares, etiam Societatis Iesv, in vna diœceſi ab Epiſcopos approbatos ad confeſſiones perſonarum Secularium audiendas nequaquam poſſe in aliena diœceſi huiuſmodi confeſſiones audire, ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani. Decimò: An Epiſcopus contra dictos Regulares, audientes in ſua diœceſi cõfeſſiones Secularium abſque ſua approbatione, vel Concionatores abſque licentia Epiſcopi intra & extra proprias Eccleſias poſſint procedere, eos à talibus miniſteriis remouendo, ſiue præceptis, & aliis iuris remediis coërcendo. Reſpondit; eiſdem Regularibus, qui confeſſiones perſonarum Secularium audiunt ſine approbatione Epiſcopi loci, vel prædicant, in Eccleſiis ſui Ordinis non petita illius benedictione, aut in aliis Eccleſiis abſque ipſius licentia, vel in Eccleſiis, etiam ſui Ordinis, ipſo contradicente, poſſe Epiſcopum in vim Conſtitutionis fel. rec. Gregorij XV. quæ incipit *Inſcrutabili Dei prouidentia*, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum adminiſtrationem Sacramenti pœnitentiæ, ac mnnus prædicationis interdicere, eoque iuris remediis coërcere, & punire. Vndecimò: An quando Epiſcopo conſtat, dictas licentias obtentas non fuiſſe, ipſe poſsit præcipere, vt donec licentiam intra præſcriptum tempus exhibeant, à tali miniſterio obtineant, & an requirendus ſit per Epiſcopum, pro his exhibendis, Prouincialis in alia diœceſi, vel longiſsimè exiſtens, vel ipſi Regulares confeſſarij, vel eorum Superiores eiuſdem Diœceſis, in qua prædicta exercent. Reſpondit, poſſe Epiſcopum ſic præcipere, nec pro huiuſmodi licentiis requirendum eſſe Prouincialem, ſed ſatis eſſe, ipſos Religioſos requirere, aut eorum Superiores in diœceſi Epiſcopi exiſtentes. Duodecimò: An ſi contingat, vt aliquis prædictorum Regularium inſurgat contra Epiſcopum in propria diœ-



diœceſi maledictis cum ſcripto, vel dicto, Populum ſcandalizando, poſſit ab Epiſcopo puniri, & qua animaduerſione, & quid, ſi huiuſmodi delinquens tranſiuerit ad aliam diœceſim, hoc caſu ſeruandum ſit? & qua pœna puniendus ſit Regularis, qui commorans in vna Diœceſi ſpargat famoſos libellos contra Ordinarium alterius diœceſis? Reſpondit, ſi Regularis intra Clauſtra degens, extra ea, in caſibus in dubio expreſſis ita notorie deliquerit, vt Populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, teneri ſuperiorem Regularem infra tempus ab Epiſcopo præfigendum ſeuere illum punire, ac de punitione Epiſcopum certiorem facere, alioquin ſic delinquẽtem ab Epiſcopo puniri poſſe ad præſcriptum Cõcilij Tridentini cap. 14. ſeſſ. 25. de Regul. quod ſi delinquens ad aliam diœceſim migrauerit, ſeruandum eſſe quod præcipitur in conſtitutione S. mem. Clementis octaui incipient. *Suſcepti muneris ratio.*

Decimotertiò. An Conſeruatores nominati, & electi à Regularibus prædictis ante exercitium ſuæ iuriſdictionis teneantur, electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario ſub pœna nullitatis actuum Reſpondit, vtique teneri. Decimoquartò. An priuilegia, quæ ſunt contra Iuriſdictionem Ordinarij, & quibus gaudent, & gaudere prætendunt Regulares prædicti, debeant Epiſcopis notificari, ſiue inſinuari. Reſpondit Regulares teneri huiuſmodi priuilegia Epiſcopo exhibere, ſi eis vti voluerint. Decimoquintò. An prædia ruſtica metallorũ fodinæ, ſacchari, opificinæ à Regularibus Societatis, vel aliis poſſeſſa, vel aliæ Domus Seculares, in quibus videlicet, vnus vel duo Regulares tantum commorantur, gaudeant priuilegia Collegiorum, ſeu conuẽtuum. Reſpondit, non gaudere. Decimoſextò. Vtrum Regulares prædicti Apothecas quarumcumq; mercium, macella, & ſimilia præſertim prope Collegia ſiue conuentus exercentes, poſsint ab Ordinario ſub cenſuris inhiberi, ne huiuſmodi exerceant. Reſpondit, non poſſe Epiſcopum hoc prohibere Regularibus exemptis, ſed ſi in præmiſſis ita notorie delinquant extra clauſtra, vt populo ſcandalo ſint, ſeruandum eſſe, quod dictum eſt ſupra in reſponſione ad duodecimum. Decimoſeptimò. Vtrũ Regulares etiam Patres Ieſuitæ, in ſuis prædiis, opificinis, aliiſque ſuis Domibus Secularibus, ſitis intra limites Parochialium, ad ſe non ſpectantium, poſſint adminiſtrare Sacramentum, Baptiſmatis, ſolemnis Matrimonij extremæ Vnctionis, & Euchariſtiæ in feſto Paſchatis famulis mercenariis Ruſticis, ſiue aliis id genus hominibus ſecularibus abſque Ordinarij, vel Parochi licentia, Reſpondit non poſſe. Decimooctauò Vtrum Patres Societatis in Ciuitate & diœceſi Angelorum poſsint conſecrare vaſa ſacra, Altaria, & ſimilia, in quibus Vnctio requiritur, Reſpondit itidem non poſſe. Pro parte vero Religioſorum Societatis Iesv propoſita fuerunt infraſcripta dubia. Primò: An Epiſcopi in partibus Indiarum poſſint ex integro totum vnum Monaſterium, vel Collegium ab audiendis confeſſionibus ſuſpendere, Reſpondit, Epiſcopos Indiarum poſſe quidem omnibus ſimul vnius Monaſterij, vel Collegij Confeſſariis adimere facultatem audiendi confeſſiones perſonarum ſecularium, etiam inconſulta Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium negotiis propoſita, cum decretum ab ea editum ſub die 20. Nouembris 1615. ex intentionis defectu, & conuenientia morali, non extendatur ad Regiones illas, tam longe ab Vrbe diſsitas. Verùm ab hac gene-

generali ſuſpenſione, quæ vix ſine ſcandalo, & animarum pernicie contingere poteſt, abſtinendum eſſe Epiſcopis, niſi grauiſſima ſubſiſtente cauſa, ſuper quo Sac. Congregatio illorum conſcientias grauiter voluit eſſe oneratas. Secundò An Epiſcopus, Regularem pro confeſsionibus, ſemel approbatum ſine noua cauſa ſuſpendere poſſit ab ipſis confeſſionibus audiendis? Reſpondit; Regulares alias liberè ab Epiſcopo præuio examine approbatos ad audiendas confeſſiones perſonarum Secularium, ab eodem Epiſcopo ſuſpendi non poſſe ſine noua cauſa, eaque ad confeſsiones ipſas pertinente. Tertiò an Bulla Pij V. 34. in ordine tomo 2. Bullarij, conceſſa, inſtante, & ſupplicante Sereniſsimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium, ſit reuocata in Bullis ſũmorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantnr. Reſpondit, agendum cum Sanctiſsimo, an velit declarare, Bullam non eſſe reuocatam, illam tamen non ſuffragari, niſi in locis vbi eſt defectus Parochorum. Quartò an Epiſcopus poſsit cum cenſuris procedere contra Regulares exemptos ſi inobedientes fuerint in confeſsionibus audiendis, vel prædicatione verbi Dei, & hoc an vigore Concilij Tridentini, vel per quem Canonem? Reſpondit, poſſe procedere non quidem in vim Concilij Tridentini, ſed in vim Conſtitutionis Gregorij XV. quæ incipit. *Inſcrutabili Dei Prouidentia.* Quintò an licentia audiendi confeſsiones, & prædicandi ab Epiſcopo per litteras miſsiuas, an ſolum per litteras patentes Cancellariæ concedi poſsit? Reſpondit, poſſe concedi, etiam per litteras miſsiuas, vel oretenus, ſi ita Epiſcopo videbitur. Sextò. an talis licentia oretenus ſine ſcriptis concedi poſsit? Reſpondit, vt ad proximum? Septimò an facultas eligendi Conſeruatores conceſſa Societati à Gregorio XIII. ſuffragetur illis in locis, in quibus non adſunt Iudices Synodales Reſpondit vbi non adſunt Iudices Synodales priuilegium Gregorij XIII. non ſuffragari, quoad hoc, vt Societas nõ teneatur ex illis eligere Conſeruatores, dummobo tamen in reliquis ſeruetur forma Conſtitutionis Gregorij XV. hac de re editæ. Octauo An Cõſeruatores Societatis Vicarios generales Epiſcoporum auctoritate Apoſtolica per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas compellere poſſint veritate Bullæ Gregorij XIII. incipien *Æquum reputamus.* Dat. vltima Februarij 1573. Reſpondit poſſe à manifeſtis iniuriis, & violentiis eos compeſcere etiam cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis. Datum Romæ die 16. Aprilis 1648. Quapropter, vt præmiſſa firmius ſubſiſtant, & inuiolabiliter obſeruentur. Nobis pro parte Ioannis Epiſcopi huiuſmodi fuit humiliter ſupplicatum, vt illa auctoritate Apoſtolica confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur D. Ioannis Epiſcopi votis hac in re annuere, illumque ſpecialibus fauoribus, & gratis proſequi volentes, & eundem Ioannem Epiſcopum à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præinſerta reſponſa. ſeu reſoluriones auctoritate prædicta, tenore præſentium confirmamus, & approbamus illiſque Apoſtolicæ firmitatis, vim, & robur adiicimus, & inuiolabiliter obſeruari mandamus, ſalua tamen ſemper in præmiſſis auctoritate dictæ Congregationis, decernentes ſic, &

non



non aliter in præmiſsis, per quoſcumque Iudices Ordinarios, etiã Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos iudicari, ac diffiniri debere, ac irritum, & innane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, in vniuerſalibus, prouincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Eccleſiæ Angelopolitanæ, ac Societatis prędictæ, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Eccleſiæ & Societati, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac decretis, etiam irritantibus etiam motu proprio, ac etiam conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet in cõtrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importãtes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque cõtrariis quibuſcũque Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub Anulo Piſcatoris die 14. Maij 1648. Pontificatus noſtri an. quarto.

Reſolutio obtenta die 4. Februarij anno 1652

Et ſubinde cum Clerici Regulares Societatis prædictæ prætendentes ex pluribus capitibus præinſertas noſtras litteras nõ eſſe iuſtificatas, nouam deſuper à nobis audiẽtiam obtinuiſſent. Nos Negocium huiuſmodi particulari Congregationi nonnullorum Ven. fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Rom. Curiæ Prælatorum examinan. & definien. commiſſimus, qui partibus etiam in contradictorio pluries auditis, earumque oppoſitionibus mature perpenſis, eaſdem præinſertas noſtras litteras eſſe iuſtificatas, ac proinde illarum executionem nnllatenus eſſe impedien. aut retardandam decreuerunt. Noſque deinde decretum huiſmodi, ac omuia & ſingula in eo contenta Apoſtolica auctoritate confirmauimus. Poſtmodum verò petita etiam ab ipſis Clericis Regularibus dictæ Societetis noua audientia ſuper eorum Conſeruatorum electione, & deputatione emanauit,

Reſolutio obtenta die 17. Decembris anno 1652.

itidem à particulari Congregatione nonnullorum Ven. fratrum noſtrornm eiuſdem S.R.E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum d. Rom. Curiæ Prælatorum, à nobis ſuper hoc ſpecialiter deputatorum, Decretum tenoris ſequentis, videlicet. Propoſito dubio in cauſa vertente inter Epiſpum Angelopolitanum, & PP. Societatis IESV. An ex aliis cauſis, quàm in Breui expreſſis fuerit locus electioni Conſeruatorum. Congregatio particularis nonnullorum S.R.E. Cardinalium & Rom. Curiæ Prælatorum à S.D.N. ſuper hoc ſpecialirer deputata rerepetito mandato, vt pareatur

Breui

Breui in eo,in quo non fuerit paritum, cenſuit, non fuiſſe locum electioni talium Conſeruatorum & in cauſa perpetuum ſilentium eſſe imponend.provt præſenti decreto imponit.Datum Romæ die 17.Decembris 1652.Cum autem ſicut eiuſdem Ioannis Epiſcopi nomine nobis nuper expoſitum fuit, ipſe decretum præinſertum, quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ noſtræ confirmaitonis robore cõmunniri ſummopere deſiderat. Nos eiuſdem Ioannis Epiſcopi votis hac in re benigne annuere, ac illum ſpecialiter fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & à qnibuſuis excõmnnicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, &pœnis à iure,vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen.harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cẽſentes,ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati.Decretũ pręinſertum, ac omnia, & ſingula in eo contenta Apoſtolica auctoritate ten. præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque Inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac illa inuiolabiliter obſeruari mandamus.Decernentes ſic,& non aliter in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios,& delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos Iudicari, & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.Non obſtan. omnibus illis, quæ in eiſdem præinſertis noſtris litteris voluimus non obſtare cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Anulo Piſcatoris die 27.Maij 1653.Pontificatus noſtri anno nono.

Loco ✝ ſigilli

G.Gualterius.

Monitoriũ A.C. R.

De mandato Illuſtriſſ & Reuerendiſſ.A.C. ſiue R.P.D. Baranzoni eius in Ciuitatibus cauſis Locumtenentis, & ad inſtantiam Ill. & R. D. Don Ioannis de Palafox & Mẽdoza Epiſcopi Angelopolitan. Ciuitatis,ſiue Populi Sanctorum Angelorum in Indiis Occidentalibus.

Intimetur R. Patri Caſſuuino Nichiel, Præpoſito Generali Societatis Iesv, omnibus quæ & aliis & ſingulis,etiam Clericis Regularibus,Miniſtris,Aſsiſtentibus, Procuratoribus &officialibus eiuſdem Societatis in executione præſentium nominan. & cognominan. qualiter S.D.N.Innocentius Papa Decimus ſuis Apoſtolicis litteris in forma Breuis, ac ſub Annulo Piſcatoris expeditis prius ſub die 14. Maij 1648. ſeu, &c.de inde confirmatis cum alio ſimili Breui expedito die 27.Maij 1648.ſeu,&c. deciſit, reſoluit, ac determinauit, plures differentias, controuerſias, & cauſas inter ipſum Illuſtriſſim. D. inſtantem ex vna & Reuerend. RR. Clericos Regulares Societatis Iesv, Prouinciæ Mexicanæ in prædictis Indiis Occidentalibus ſuſcitatas, & olim pendentes, & ſic ſemel, & iterum ſeruari & exequi mandauit, vt in præinſertis litteris Apoſtolicis in actis & proceſſu cauſæ ſuis loco, & tempore exhiben.latius continetur.

Ideo moneantur iidem Reuerend. Pater Caſſuuinus Nichiel,

Præpo



Caſſuuinus Nichiel, Præpoſitus Generalis dictæ Societatis Iesv, omnéſque alij etiam Clerici Regulares, Miniſtri, Aſſiſtentes, Procuratores, & Officiales eiuſdem Societatis, & eorum quilibet in executione præſentium nominan. & cognominan. & ſua quomodolibet, tam coniunctim, quàm diuiſim, & aliàs omni, &c. intereſſe putan. ſibíque in totum, vel in parte contentorum in prædictis litteris Apoſtolicis quouis modo tangen. & incumben.etiam omni, &c. quatenus infra triduum proximum, ſub pœna ducatorum mille auri de Camera, ipſi Cameræ Apoſtolicæ applican. & pro illis mandati executiui, ac in iuris ſubſidium excommunicationis,ſuſpenſionis,à Diuinis, interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ,aliarumque cenſurarum,& ſententiarum, necnon ſub eiuſdem excommunicatione, ſuſpenſione,interdicto,& aliis cenſuris, & pœnis, arbitrio prædicti Illuſtriſſ.& Reuerendiſſ. D. A. C. ſiue dicti,aut alterius, pro tempore exiſten. eius in Ciuilibus cauſis locumtenentis,etiam omni meliori modo,& debeant, & eorum quilibet debeat verè realiter, & cum effectu litteras Apoſtolicas prædictas, omniaque & ſingula in eis contenta quæcumque obſeruaſſe,adimpleuiſſe,& totali executioni demandaſſe, illíſque in omnibus, & per omnia iuxta eorum formam, & tenorem omnino paruiſſe,& obediuiſſe, & pro paritione,& executione prædictis viden. & audien. fieri,ferri,& promulgari quaſcumque ſententias declaratorias,& diffinitiuas de,& ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, & eorum quomodolibet neceſſarias, & opportunas, decerníque & relaxari quodcumque mandatum de manutenendo, & quatenus opus ſit,& non alias, &c. de quo, &c. omni, &c. de immittendo,ac de integrando executiuum ad factum,& quodcumque aliud deſuper neceſſarium, & opportunum, & aliàs provt quando, & quoties opus fuerit, & facti neceſſitas, & indigentia rei exigat, ac iuris ordo dictabit,eidémque D.A.C.ſiue dicto eius D.Locumtenenri videbitur,& placuerit expedire,& cũ eodem Illuſtriſſ.D.Inſtante deducen. circa præmiſſa, omne ius ſuum, omnemque actionem ſibi de iure quomodolibet competen.iuri ſtetiſſe,iuſque,& iuſtitiam fieri,& adminiſtrari vidiſſe præmiſſo,& omni alio meliori modo,præſentibuſque omnino paruiſſe,& ſi quis,&c. compareat,&c.alioquin,&c.& inſuper ſupradictis omnibus,& ſingulis monitis,vel monendis,vt ſupra in executione præſentium nominan. & cogngminan. inhibeatur,ne viſis,receptis,aut exequutis præſentibus ſub iam dictis ſententiis,cenſuris,& pœnis audeant,nec præſumant,nec eorum aliquis audeat,vel præſumat in præiudicium dicti Illuſtriſſ. D. Epiſcopi inſtantis, & contra formam, ſeriem & tenorem præinſertarum litterarum Apoſtolicarum, & contentorum in eis quicquam attentare, nec innouare, minuſque attentari,nec innouari facere per ſe, nec per alios,ſub quouis prætextu,cauſa,ingenio, vel quæſito colore quoniam in vim earumdem litterarum Illuſtr. Dominus ita mandauit, & nihilominus ſi quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c.Datum Romæ ex ædibus noſtris die 8. Auguſti 1653. Præinſertæ litteræ Apoſtolicæ cum ſuo originali reuiſæ concordant Ioachimus Valtrinus Officialis deputatus, &c. Hi. Datarius. Loco ✝ ſigilli Dom. Datarij Fran-

ciſcus Iacobus Belgius Notarius. Loco † ſigilli. Eiſdem anno, indictione, menſe, & Pontificatu quibus ſupra, die vero decimanona Auguſti pro Reuerendiſſ. Patre Generali Ven. Societatis IESV, contra quoſcumque legitimè compariturος pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſ. D. Epiſcopo Angelorum in Indiis Occidentalibus. In officio Adm. R.P. Pirrus Gherardus Procurator Generalis dictæ Societatis in termino eiuſdem Monitorij, cum præinſerta copia duarum litterarum Apoſtolicarum expeditarum in forma Breuis ſub diebus 14. Maij, anni 1648. & 27. Maij 1653. ſeu, &c. emanatarum, ſuper terminatione certarum differentiarum, ſeu controuerſiarum, aliàs verten. inter dictum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Epiſcopum ex vna, & RR. Clericos Regulares dictæ Societatis commorantes in Diœceſi Angelopolitana pro animarum ſalute, expediti, per acta mei de præſenti menſe Auguſti, ac dicto Reuerendiſſ. Patre Generali per vnum ex Sanctiſſ. Domini Curſoribus intimati, continen. quatenus ſub certis in eo contentis pœnis debeat verè, realiter, & cum effectu litteras Apoſtolicas prædictas, omniaque & ſingula in eis contenta quæcumque obſeruaſſe, adimpleuiſſe, & totali executioni demandaſſe, illíſque, in omnibus, & per omnia iuxta eorum formam, & tenorem omnino paruiſſe, & obediuiſſe, & aliàs latiùs, vt in copia dicti Monitorij ad quod, &c.

Reſponſio R. P. Generalis de parendo ſupradicto Breui, & Litteris Apoſtolicis.

dixit dictum Reuerendiſſ. Patrem Generalem, ipſumque comparentem, omnes litteras Apoſtolicas, quarum executione ipſis dirigatur, ſeu ad ipſos quomodolibet ſpectare dignoſcatur, ab initio earum expeditionis ſupra caput reuerentiſſime provt tenentur recipere, ſéque promptos, & paratos, & promptiſſimos, & paratiſſimos pro illis omnimodè obſeruandis animo, & corde, ac verbis, & facit ſemper, & omni tempore exhibuiſſe, & exhibere; proindéque pro illarum obſeruantia opus non fuiſſe, nec eſſe compulſu litterarum Monialium, in reliquis ſi quid aliud vltra prædicta ex aduerſo prætendatur, quod non creditur, citra conſenſum in iuriſdictionem, niſi, ſi & quatenus opus ſit. & non aliàs dixit, ad illa non teneri, nec obligatos exiſtere, ac in illis, & quoad illa nihil fieri, niſi docto de legitimo mandato ex aduerſo comparentis, ſeu comparentium, & ſer. ſer. ver. ver. aliàs, &c. omni, &c. modo, &c. Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis petitum fuit à me Notario publico infraſcripto, vt vnum, vel plura publicum, ſeu publica conficerem, & traderem Inſtrumentum, & Inſtrumenta. Actum Romæ in officio mei Notarij infraſcripti diebus, & anno prædictis, præſentibus DD. Dominico Buratto, & Mutio Gallo Connotariis teſtibus, ad præmiſſa vocatis, habitis, atque rogatis.

Loco † ſigni

Ego Franciſcus Iacobus Belgius, Virdunen. Cur. Cauſ. Cam. Apoſt. Not. de præmiſ. rogat. præſens Inſtrumẽtum ſubſcripſi, & public. req. &c.

## *Operis Peroratio.*

Hactenus, mi Lector, inter varias Doctorum opiniones, in his meis lucubrationibus viſus ſum tibi fortaſſe, ſeu aliter Hercules, cui à Iunone ſerpẽtes immiſſi ſũt gemini ſtrenua manu

non



nõ modo præſtringẽdi, ſed etiã extinguẽdi. En me contrariarum partium ſententias diligentiſſima manus diſcuſſione apprehendentem, longe veriorem amplexurum; à vero verum recedentem pro virili parte reiecturum. Amabilis enim mihi, vel à puero viſa eſt pulcherrima virtus, quam in morem Heſionis Laomedentis Troianorum Regis filiam ſcopulis præcipitibus difficultatum prẹligatam, & multiplicibus dubiis quaſi à marina bellua interceptam nouus Hercules liberam dedi in lucem ſapientiſſimi ſeculi.

Et quidem in his diſputationibus enodandis, & dubiis longa ſerie inextricabilibus diſſoluendis ita me geſſi, vt variarum opinionum Scylla, & Charibdi præteruectus rationis Pharo diligenter, & attente cõtemplans ad portum tutiſſimæ veritatis (quantum in me fuit) ſim conatus appellare. Nec ideo proterue, & pertinaciter iudico me vnum in tanta opinantium multitudine feliciter in veritatem collimaſſe. Probe enim ſcio (nec ſi velim ignorare non poſſum) dixiſſe Dominum per Hieremiam cap. 6. *Interrogate ſemitas Domini æternales, & videte, quæ eſt via bona, & ambulate in ea*: Superque ſuauiſſimus Zeno ad Pſalmum 117. *Multæ itaque viæ interrogandæ ſunt, & in multis inſiſtendum eſt, vt vnam, quæ bona eſt, inueniamus*. Veritas certe, amice Lector, vna eſt, vnus veritati ſcopus cuilibet ſcriptori propoſitus; Tamen dum in veritatem vnuſquiſque collimat, non vnius ſe diſcurſus cancellis adſtringit, vt arbitretur extra vnius ſolius intelligentiam, falſa eſſe cætera, quæ diſputantur, & ab aliis nihil aliud ſeminari niſi pura puta mendacia.

Hierem. c. 6.

S. Zeno ad Pſal. 117.

Certè per plurimorum Doctorum linguas ac ſcripta S. ſonat Spiritus Veritas, & plures tentandæ ſunt viæ vt integer Spiritus veritatis innoteſcat. Imo turpe admodum eſt, atque adeo indecorum (ſolebat dicere ſapientiſſimus Nazianzenus) *Doctorem Chriſtianum in veſte, in ratione victus, non magnificentiam, ſed vtilitatem amplecti, & lachrymarum fontibus, & ieiuniis, & vigiliis ſenſum infirmitatis, humilitatemque prætendere. In diſputationibus vero principatum, ac propè Tyrannidem ſibi velle vindicare.* Cherubinus vnus (ait Scriptura diuina Exod. 25. num. 19.) *erit in latere vno, & alter in altero, ſed reſpiciant ſe mutuo verſis vultibus in Propitiatorium.* Sapiens eſt, amice Lector, & cernis hic dilutum diſputationis noſtræ miniſterium: Nempe diuerſi ſtant Cherubici viri ſapientiaque, vel cœleſti repleti: Et plerumque diuerſa ſentiunt, iam hic dextorſum, iam ille ſiniſtrorũ intendit obfirmata facie; at putandi ſunt pulchrum, & amabile Propitiatorium veritatis inſpicere.

Exod. 25. n. 29.

Ego autem ſicut in ſacrificijs, ita in doctrinis arbitror eſſe philoſophandum. Leuitici primo, numero ſecundo, dicit Deus, *In hoſtiis pacificis nulla habeatur diſcretio maris, ac fœminæ, vtrumque enim offerri poteſt; in holocauſtro verò ſoli maſculi offerantur.* In doctrinis Logicis, & Metaphyſicis mediocria, & in firma quæque ferme ſufficiunt: At in moralibus, & œconomicis, quæ tendunt ad perfectam morum formationem, tutioremque conſcientiæ diſciplinam maſcula ſola, ſola ſolida, & fortiſſima, & ad veram veritatem tendentia debent inueſtigata ſtabiliri, atque firmari. Vt ſic morum recta ſoliditas exurgat, & conſcientia ſine vllo vacillationis timore firmetur.

Leuit. 1. n. 2.

Pro genio meo veritatis amatore, ſi non cum ingenio (quod noſco in me, quam ſit exiguum) quæſtiones ſuperiores, & dubia ſtabiliui, iuxta mentem Sacræ Congregationis, & SS. D. N. Innocentij X. probationem decretumque per viam Breuis non ſemel; ſed ter Apoſtolica confirmatione munitum. Vtinam pro voluntate, & voluptate omnium potuiſſem.

*Tantas componere lites.*

Sed ſi ſuperiora dicta perpendas, audies etiam pro me Iullium Virum acerrimi ingenij, & Germanum Romæ Eloquẽtiæ parentem *Philip.* 2. ſic in noſtra cauſa loquentem. Debet vnuſquiſque rectiſſimã ſententiam dicere, tametſi in ea ſolus, ſingulariſque futurus ſit. Non enim ad eum ſpectat rei exitus, ſed Concilium, ſi cui vero videbor altiora de me, quam pro me debeo ſentire, huic ergo ingenue reſpondebo, non neſcire me eſſe hominem humanum, hoc tamen longiſſimè à me alienum ſcire, quidni accidat aliquando, vt ſicut pretioſas Margaritas ab abiecto ſtercore colligis, ita etiam plena Sapientiæ audias à non ſapientiſſimo. Quid fragilius vitro. obfirmeſcit id quidem, & immania ſuperimpoſita ſuſtinet pondera, ſi in rectam formam teretemq; redegeris, ſicut in ſepulchro Magni Alexandri à Ptolomæo poſito induſtria mirabatur antiquitus.

Iulius 2. Philip.

Et pro hac propoſitione eſt, quod dixit Imperator in l. 1. C. de veteri iure enucleãdo, & tex. in l. Potiores C. de officio Rectoris Prouinciẹ, vbi dicitur, quod ſi minor veritatem inueſtigauerit, non ex eo illi qui fuerit maior aliqua irrogatur iniuria.

Accipe ergo has mei ingenioli lucubrationes, qualeſcumque ſunt benignus benigno, & blãdo ſinu æquíque, boníque facito, hanc meam voluntatem gratulabor mihi, quaſi gnaro Demoſtheni, ſi hæc ſcripra pro tuo Doctorumque palato condîta repereris. Qualia illa cumque ſint pro me licebit Doctori cuique pro ſuo guſtu, iudicióque condire. Interim dum in lucem prodibit tractatus à me elaboratus de intruſione Beneficiorum, qui Deo dante breui temporis interuallo lucem videbit, vtinam feliciter. Et interim cenſuræ tuæ ſubiicio hæc Vota Deciſiua, quæ in tertia Parte ſequentur, &c.





# PASTORALE REGVLARIVM.

## PARS TERTIA,

*CONTINENS*

Octo Vota Deciſiua incliti Tribunalis Competentiarum Regni Aragonum, coram D. D. Didaco Antonio Frances de Vrritigoiti, Epiſcopo Barbaſtren. ex ſelectioribus, quę declarauit dum munus Cancellarij, ſeu Iudicis Competentiarum exercuit.

*In Proceſſu Procuratoris Fiſcalis Regiæ Maieſtatis, nec nõ Procuratoris Aſtricti Præſentis Ciuitatis Cæſarauguſtanæ contra Ioannem del Oſtal, ſuper Competentia Iuriſdictionis, ſub die 2. Iulij 1650.*

### ARGVMENTVM.

Probationes an admitti poſſint poſt concluſum in cauſa, quando Iudex tenetur eam pronunciare ſecundum Deum, & bonam conſcientiam, caſu quo Reus fuit extractus ex loco ſacro, ad effectum gaudendi, vel non illius immunitate, & an tunc poſsit formari Iudicium contra Reum pro aliis delictis, quàm ex contentis in accuſatione illius proceſſus, de quo contenditur. Et tandem diſcutitur quodnam ſit delictum proditionale.

### SVMMARIVM.

*Probationes admitti non debent poſt concluſum in cauſa, ſed tenetur. Iudex Iudicium ferre ex allegatis, & probatis, n.* 4.

*Iudices in iudicio ferendo non vtuntur aucto-ritate priuata, ſed publica, num.* 4.

*Iudices tenentur iudicare ſecundum id, quod ex proceſſu reſultat, in terminis à iure ſtatutis, quod fallit in Tribunali Cancellarij Regni Aragonum, qui poteſt ſe extra iudicialiter informare pro eruenda veritate, n.* 4.

*Forus Regni Aragonum, de anno* 1585. ſub titulo de Competentia Iuriſdictionis, *fuit abrogatus ex contraria praxi, numero* 5.

*Delictum dicitur proditorium, quando qui illud committit, dat ſignum amicitiæ in actibus exterioribus, & aliud in mente*

*gerit, quam oſtendit, n.6.*

*Proditio vt talis dicatur, præciſſe requirit dolum abſcondita mentis, aut machinationem doloſam ad decipiendum aliquem, in quem illius ſuſpicio non cadit, n.6.*

*Dolus, aut bona fides ſunt paſsiones animi, quæ ſoli Deo notæ ſunt, n.7.*

*Animus cognoſci non poteſt niſi per ſigna præparatoria, & declaratiua boni vel mali, n.7.*

*Reus vt immunitate Eccleſiæ non gaudeat, neceſſe eſt, vt accuſatus exiſtat pro eodem crimine, pro quo gaudere non poteſt, aliàs proficiet, licet in aliis proceſsibus accuſatus de delictis exceptuatis, n.8.*

*Cancellarius competentiarum in Aragonia tenetur iudicare, ſola veritate attenta, ſecundum Deum, & bonam conſcientiam, nec debet ſe reſtringere ad apices iuris, num.9.*

*Cancellarius competentiarum in Aragonia an poſsit declarare per indicia, n.*10.

*Probatio ſemiplena requiritur, vt competentia Iuriſdictionis inter Iudicem Eccleſiaſticum & ſecularem declaretur, numero.* 11.

*Iudex Eccleſiaſticus an teneatur ſtare proceſſui facto coram Seculari, n.*12.

*Cancellarius competentiarum tenetur ſeruare* fori primi de las compętent. *quoad formationem proceſſus, n.*13.

*Delictum ſi non ſit conſummatum, ſed attentatum, non priuat Reum immunitate Eccleſiaſtica, etiam ſi ſit ex exceptuatis, numero* 14.

*Reus quando extrahitur ex Eccleſia per Miniſtros Seculares, duplex præiudicium conſideratur, aliud reſpectu ipſius extracti, aliud vero loci ſacri, de cuius immunitate contenditur, n.*15.

*Stylus facit ius, & pro lege habetur, & ita Iudex tenetur illum ſeruare, alias faciet cauſam ſuam, n.*16.

# Votum I.

1 CVm die 28. Martij præſentis anni 1650. fuiſſet coram me formata competentia Iuriſdictionis ad inſtantiam Ioannis Del Oſtal, ex eo quod Iacobus Lucas Villacampa, & Didacus Lopez Madera Miniſtri Regij, Generalis Gubernationis præſentis Regni Aragonum, per vim, & violenter eum extraxerunt è loco, ſeu officina exiſtente intra clauſurã Monaerij, ſeu conuentus S. Ildefonſi ex familia Dominicana præſentis Ciuitatis, proteſtando ſemper de violatione immunitatis illius loci, de quo fuit confectum publicum inſtrumento, ideo proceſſu formato, citatoque Procuratore Fiſcali, & Aſtricto, qui intra tempus nõ comparuerunt, nec aliquid allegauerunt, ſeruatis omnibus de foro ſeruandis Procurator legitimus dicti Ioannis Del Oſtal, die 25. Iunij præſentis anni publicauit, & concluſit in cauſa.

Quibus ſic ſe habentibus die 30. eiuſdem Menſis Iunij comparuit Procurator Aſtrictus Iuratorum præſentis Ciuitatis & allegauit, litteras reſponſiuas Regiæ Audientiæ, pro formanda competentia, quæ inſertæ ſunt in illius proceſſu, deformiter eſſe extractas, ac in originali continebantur, & ideo ad finem comprobandi, ſupplicabat, concedi compulſam, & mandatum contra Didacum Poncelo actuarium proceſſus Regiæ Audientiæ, intitulati, *Fragantiæ Ioannis Del Oſtal*, & alterius proceſſus intitulati, *Procuratoris Aſtricti contra Ioannem Del Oſtal.* Quam petitionem Procurator dicti Oſtal repugnauit, & contradixit ſub prætextu, quod in præſenti audientia non habebat locum, & caſu quo procederet, id fieri debebat ante Iudicem Eccleſiaſticum, cui litteræ fuerunt præſentatæ, vt ei conſtaret de reſponſione Regiæ Audientiæ. Et præterea; nam dato, quod coram me id fieri poſſet, adhuc compulſa petita admitti non debebat quia de ſtylo non remanent aliquæ copię, nec originalia litterarũ, in dictis proceſſibus, ad quos ſe refert Adſtrictus, ſed illæ aſſeruantur regiſtratæ in Regia Cancellaria, & ideo quando procederet eius petitio; debebat fieri comprobatio cũ illarum regeſto; non vero cum proceſſibus, qui nõ debent aſportari ad præſentem cauſã, cum ex illis non dimanent litteræ, nec aliquam habeant commixionẽ, ſeu dependentiam, nam ſolum riginẽ habent ex altero diuerſo proceſſu capturæ, in vim cuius dictus Oſtal fuit extractus ex dicto loco immuni, & exinde prædictos proceſſus criminales, tanquã formatos ex alia diuerſa inſtãtia, nõ fore in pręſẽti admittẽdos, ſecũdũ ſtatũ in quo reperitur, nec efficere merita ad deciſionem, & declarationem præſẽtis cauſæ.

Ex quibus variæ exortæ fuerunt diſputationes. Prima, an attento ſtatu proceſſus, 2 poſſet admitti, & audiri Procurator Aſtrictus, qui in initio cauſæ legitimè citatus, numquam comparuit, niſi poſt ipſius publicationem. Secunda; nam etiam dato, quod poſſet audiri, an haberent locum ab eo petita, cum detegatur, non eſſe animo inpugnandi immediate, aut comprobandi litteras reſponſiuas, cum in eis ſit obſeruatus ſolitus ſtylus; ſed potius, vt eo colore proceſſus, & inſtantiæ actitatæ in Curia Seculari, pro aliis delictis, ex quibus non fuit formata præſens competentia, in præſenti exhiberentur, vt forte ex illis reſultare poſſet, delicta de quibus ibi fuerat accuſatus Oſtal, eſſe qualitatis, vt prætenſa ab eo communitas non ſuffragaretur. Tertia, quod cum hoc iudicium ſit veritatis, non tam ſtricte curandum eſt in apicibus, & ſolemnitatibus Iuris, immo teneri Cancellarium pronunciare attenta veritate ſecundum Deum & bonam conſcientiam; Tandem an dictæ litteræ exiſtant defectuoſæ, quia in eis delicta non declarantur, propter quæ captus fuit dictus Oſtal; ſed tantum eſſe captum propter delicta in proceſſu contenta, & dicere & declarare debebant, ex eo eſſe, quia proditionaliter Arcabucium, ſeu Carabinam violenter exonerauit cuidam Chirurgo loci de la Mueda, & ideo immunitate Eccleſiæ gaudere non poſſe, cum taliter delinquentibus non proficiat, tanquam caſus exceptuatus in Bulla Gregorij XIV. quæ habetur in Bullaria Cherubini to. 2. in conſtitutionibus eiuſdem conſtit. 7. quæ incipit: Cum alias nonnulli Prædeceſſores.

3 Auditis igitur partibus ad ſatietatem, die 30. eiuſdem Menſis Iunij declaraui, compulſam ſupplicatam & petitam per Procuratorem Aſtrictum admittendam, & concedendam fore, ad finem tantum cõprobandi, an litteræ reſponſiuæ Iudicis Secularis taliter ſint extractæ, ſicut continentur in ſuo originali, non vero ad alium effectum, & ideo ſine cauſæ principalis præiudicio & ſine ipſius retardatione.

4 Licet enim de iure poſt concluſum in cauſa probationes admitti non debeant; ſed de allegatis, & probatis iudicium ferre teneantur Iudices, ex eo quia in iudicando non vtuntur auctoritate priuata, ſed publica; vnde debent iudicium formare ſecũdum id, quod ſtatutis terminis probatoriis, in proceſſu continetur ad late tradita per Fragozum *de regim. Chriſt. Reipub. to.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *numero.* 162. *cum ſequen.* vbi alios allegat, & late dixi in meo Paſtorali interno p. 3. voto 8. numero 19. & ſequen. At compulſatio in hoc iudicio admitenda eſt etiam poſt concluſum in cauſa. ex dicendis infra numero 9. & ſequen.

5 Et quamuis forus anni 1585. ſub tit. de competentia Iuriſdictionis, aliud ſuadere videatur, attamen contraria praxis inconcuſsè, & ſine contradictione ſeruatur, vt vraiis exemplaribus, & doctrinis tradit & probat Suelueſt. *ſemicent. conſ.* 10. *numero* 15. & late dicemus infra to. 7. n. 12. & 13. Vnde admiſſa compulſatione, & ſimul facta iuxta terminos iuris, apparuit, litteras non exiſtere defectuoſas, & licet Aſtrictus replicaret, defectum non oriri ex verborum contextura, quia formiter fuerunt litteræ extractæ, ſed ex eo, quod in ſpecie non declarabatur delictum, ſed in genere; At talis allegatio noſtrã declarationẽ non inficiebat, tum ex ſupra dictis, tum quia ſtylus fuit ſeruatus, qui facilius, vt dicemus infra n. 16. ex quo ſatisfit primæ difficultati, & ſic fuit deuentum ac pronunciationem cauſæ principalis.

6 Vnde attente, & mature omnibus conſideratis, de cõſilio omnium quatuor conſulentium declarauit; competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere, dictumque Ioannem del Oſtal frui debere immunitate Eccleſiaſtica, reſtituendumque fore ad locum, ex quo fuerat extractus, quia non conſtabat, commiſiſſe delictum qualificatum, & de exceptuatis in dicta Bulla Gregorij XIV.

Nec infringere ſecundam propoſitam difficultatem; nam delictum propter quod, dictus Oſtal fuit appellitatus, ſeu accuſatus, in præſenti cauſa, (ex quo Iudicium formare debemus, non vero de aliis ſeparatis, quæ in hoc iudicio influere non poſſunt) non fuit proditorium, quia tunc dicitur proditoriè factum, quando delinquens in actibus exterioribus dat ſignum amititiæ, & aliud in mente gerit, quam oſtendit, v.g. in ſocio itineris, vel commenſalis, aut alterius id generis, vt late probat Antonius Gomez to. 3. var. reſol. cap. 3. de homic. numero 5. & alij plures penes Grilenzonium *conſ.* 149. *numero* 5. *&* 15. *cum pluribus ſequentibus.*

Vnde cum ex proceſſu reſultet, dictum Oſtal acceſſiſſe hora decima matutina prope domum ſui aduerſarij, contra quem intentabat delictum, & inibi palam oſtendiſſet Arcabucium, & ſimiliter conſtat, quod dictus aduerſarius receptatus in ipſa domo requiſiuit, quandam puelam, ibidem ipſum aſſociantem, vt videret, quis in calle exiſteret, quæ ei reſponderat, vidiſſe Ioannem Oſtal cum Arcabucio, qua relatione obtenta, dictus aduerſarius ſe abſcondit in porticu ipſius domus, & quod arripuit in ſuis manibus alium Arcabucium quod ſecum habebat, & poſt puſillum cum crederet, ipſum Oſtal, è calle, ſeu loco profectum fuiſſe, quia ſe abſcondit, non tamen ipſum viderunt,

ex quo dictus Aduerſarius è domo exiuit aufugiendo, & vt eum vidit, dictus Oſtal exonerauit Arcabucium contra ipſum, quod Deo fauente non nocuit.

Ex quo colligitur in præſenti, non dari petitionem, quæ requirit machinationem abſconditæ mentis, vt per Baldum in L. quæ fortuitis in 3.colum. c.de pignoratitia actione, quem refert & ſequitur Grilenzonius *in d.conſ.149.n.11.*

Vnde licet in præſenti concedamus, deliberationem adfuiſſe, per doctrinam Iulij Clari in praxi crimin.verbo, *homicidium* verſ.proditorie; Non tamen proditionem, quæ præciſſe requirit dolum, ſeu machinachinationem doloſam ad decipiendum alterum, in quem non cadit illius ſuſpicio vt *in l.1.§.2.ff.de dolo.*

7 Et cum dolus, aut bona fides ſint animi paſſiones, quæ ſoli Deo ſunt notæ, vt late cũ aliis probat Grilenzonius *in dicto conſ. 149.num.17.& ſequen.* Exinde eſt, quod cũ animus cognoſci, non poſſit, niſi per ſigna præparatoria, & declaratiua, proditioni præcedentia veluti induſtria, inſidiæ ocultę; & his ſimilia; ſequitur ex hac doctrina quod proditio in præſenti caſu iudicari non poteſt, nam clam, & hora meridiana dictus Oſtal intentauit delictum vidente, & timente dicto ſuo aduerſario, qui vim vi repellere intentauit, ex quo ſtatim atque puella, ſeu famula dixit; dictum Oſtal in calle exiſtere, continuo in manibus aſumpſit Arcabucium; vnde coniecturari poteſt, habuiſſe cauſam ſe præcauendi, quo caſu ceſſat proditio, vt nuper late fuit dictum coram me, in proceſſu compe- tiæ Ioannis Hieronymi Torrero Ciuitaris Barbaſtren. ſub die 2.Februarij 1650.& in alio proceſſu antiquo Procuratoris Fiſcalis, & vallis de Benaſque contra Petrum de Pena, & Mariam Moram, & Fiſcalem Epiſcopi Barbaſtren. ex alia ſub die 5.Ianuarij 1585. & patet ex libro deciſſionum cauſarum criminalium notabilium, quæ in Regio criminali Concilio aſſeruantur fol.521.

Ex quibus deducitur, quod licet aliás
8 dictus Oſtal in aliis proceſſibus coram Iudicibus Secularibus fuerit accuſatus, tanquam homicida, & viarum graſſator; at in caſu præſenti ſolum fuit extractus ex dicto loco immuni propter delictum, de quo ſupra. Vnde cum vt Rei accuſati, & carcerati immunitate Eccleſiaſtica non gaudeāt neceſſe ſit, quod accuſati, & carcerati exiſtant pro eodem crimine, pro quo proceſſus competentiæ formatur ſequitur neceſſe, quod ſit qualitatis, vt immunitas non prodeſſet; non vero pro aliis, licet vere, & realiter commiiſiſſet talia, quæ eſſent de comprehenſis n d. Bulla Gregorij XIV. vt tradunt. Couarr. *lib.2.Var. reſol.cap. 20.verſ.18.* Clarus *in pract.§.fin q.30.verſ. pone familia,& verſ.ſcias autem* Antonius Gomez *to.3.variar.cap.2.ſub.tit de crimine lèſſe Maieſtatis n.7.verſ.quod primo notabiliter,* &c. quos refert, & ſequitur Grilenzonius *conſ.88.num.3.* ſequitur igitur, quod delicta alterius proceſſus coram aliis Iudicibus, Secularibus factis, in hoc præſenti, vbi ſolum fuit formata competentia propter delictum de quo ſupra, & non propter aliud non poſſunt in præſenti competentia aliquid operare, ſed ſolum illud propter quod in ea fuit appellitatus, & accuſatus; eſt quidus ſatisfactum monet dubio ſecundo, de quo etiam dicemus infra numero 12.

Nec tertia difficultas aliquid officit; 9
licet enim fateamur, ex diſpoſitione *fori primi de las competentias* non poſſe, & teneri iudicare ſecundum Deum, & bonam conſcientiam in hoc Tribunali competẽtiarum ibi: *Ante el dicho Canceller declarar la dicha contencion, dentro del dicho tiempo, ſegun Dios y buena conciēntia, adereciendo a la parte, que le pareciere ſer mas iuſto;* &c. Ex quibus attendi non debet pro ſolemnitatibus, nec apicibus iuris, de quo late agit in terminis competentiæ Iuriſdictionis Farin.to.2.conſil. conſ.168.n.1. vſque ad 7. vbi allegat noſtrum Portoles, qui ſuper forum.8.de las competentias q.9.n.4. & ſequen.tenet cancellarium adſtringi ad declarationem competentiæ per indicia, non
ſatis vrgentia, qui inclinat Cancer.lib.3. 10
ver.reſol.cap.10.num. 125. & Ferrer. p.3. obſeruationum cap.87.in fine, quamuis plures contrarium tueantur, vt patet ex relatis à Portoles vbi proxime num.7.vſque ad 10. Immo Cancer ibidem num.120. veriorem iudicat; licet attenta hominum ſumma hodierna malitia, & frequentibus delictis primam ſententiam ſequitur, vt bono publico conſulatur.

Verum quidquid ſit de hoc articulo, 11
non contradicunt Portoles, & alij ad hanc præſentem competentiam; nam loquuntur, quando ex ipſomet proceſſu competentiæ reſultat ſemi plena probatio pro ipſomet delicto, pro quo fuit formata, vt patet ex verbis ipſius Portoles, qui ita ſcribit: Reſolutum fuit, in hoc Regno, ſufficere ad amittendum fori priuilegio, & ad hoc vt Cancellarius competentiam



riam in fauorem Secularis pronunciet, de delicto ipſo circunferente iuriſdictionem Secularem, in proceſſu competentiæ per indicia conſtare, etiam ſi indicia ipſa non ita vrgentia ſint, &c. Ex quibus verbis ibi *de delicto ipſo,& in proceſſu cōpetentiæ,* ſatis liquet, quod illa ſemiplena probatio reſultare debet ex ipſomet proceſſu competentiæ non vero ex confectis coram aliis Iudicibus, vnde cum ſententia debeat metiri ad terminos accuſationis (vt eſt notum in iure) contra legem faceret Iudex, ſi extra accuſationem condemnaret, quo caſu non habet locum illa facultas, Iudici conceſſa, iudicandi ſecundum Deum, & bonam conſcientiam ex latè congeſtis à Eſcobar à Corro *de vtroque foro in initio numeri 71.& ſequent.* Cùm igitur in præſenti, non ſolum ſemiplene, verum nec verbum aliquod de proditione, vel alio ex comprehenſis in dicta Bulla Gregor. XIV. prolatum ſit; merito de hoc articulo agere non debemus, etiamſi admittenda foret doctrina ſuperius tradita ex noſtro Portoles, quæ maximam continet difficultatem, ex latè congeſtis per Farin. *in d.conſ.168. num.8. cum plurib.ſequent.*

12 Et licèt alias proceſſus factus fuerit in curia ſæculari contra dictum Oſtal, ex quo fortaſſe reſultare poſſet, ipſum fuiſſe graſſatorem viarum; Attamen in præſenti ei non nocebat, quia quamuis valde ſit controuerſum, vtrùm Iudex Eccleſiaſticus teneatur ſtare proceſſui facto coram ſæculari, de quo latè agit Farinac. *in d.conſ.168. num.21.& ſequent.* vbi *num.26.* validiſſimis, & variis fundamentis reſoluit, nequaquam ad id teneri, quidquid ſit de hac quæſtione, in præſenti caſu non adaptatur, nam li-
13 cet poſſim iudicare ſecundum Deum, & veritatem, vt dixi *ſupra num.* 10. Negari non poteſt, quin tenear ſeruare formam, & ritum à foro ſtatutum, quoad formationem proceſſus, & aliorum requiſitorum, quæ quidem excedere non poſſunt, ex foro 1.de las Competencias, ibi: *La Ceſarea Mageſtad de voluntad de la Corte eſtatuece, y ordena, que hauiendo contencion entre las dos Iuriſdiciones Real y Ecclèſiaſtica, ſe aya de guardar el orden infraſcripto,* &c. ergo ſi forus præſcribit formam conficiendi proceſſum, voluit, vt ſecundum eum, iudicium fiat; vnde ſi ex tali proceſſu non reſultet, delictum (propter quod formata fuit competentia) eſſe qualitatis, vt Reus priuari non poſſit immunitate (vt in præſenti) pro Eccleſia pronunciandum eſt.

14 Quare cum cauſa propter quam in Curia ſæculari fuit accuſatus dictus Oſta (ex qua fuit formata hæc competentia, & non ex alio delicto) reducatur ad id tantum, quod Archabucium exonerauit, non tamen ſubſequuta fuit mors, nec delictum conſummatum, etiamſi daremus, aliquam proditionem præceſſiſſe (de qua nullatenus conſtat) debebat immunitate gaudere, ex doctrina quam deducit ex Anan. Gaſſan. & Abendario, Portoles *ſuper d.forum 8. de la Compet. q.9. n.17. fol.496.* vbi tradit, quod ſi delictum non ſit perfectum, ſed attentatum dumtaxat, non debet delinquens priuari beneficio fori; ergo in præſenti, nullo modo priuandus eſt Oſtal immunitate, cum conſtet delictum non eſſe conſummatum.

Nec prædictis obſtabit, quod poſſum 15
me extra iudicialiter informare, & iuxta Deum, & bonam conſcientiam iudicium ferre, quia intelligere debemus hanc clauſulam, ad metas delicti pro quo fuit formatus proceſſus Competentiæ, non verò pro aliis ſeparatis, pro quibus in diuerſis proceſſibus, & in aliis tribunalibus fuit Reus accuſatus, aliàs ad quid forus præſcriberet formam inſtruendi proceſſum, vt diximus in antecedenti numero. Quapropter iudicium iuxta Deum, & bonam conſcientiam regulari debet ad eruendam veritatem, reſtringendo eam ad terminos proceſſus, & delicti in ipſo contenti. Præterquam quod probatio extraiudicialis, & ad Iudicis inſtructionem, tunc fieri poteſt quando ex ea nullius iuri detrahitur; at vbi de tertij præiudicio agitur, fieri debet etiam reſpectu partis, & ſic in forma iudicij, vt cum pluribus, (eiſdem ferè verbis) tradit Farinac. *in dict. conſ. 168. numero 56.*

Ex quibus ad noſtrum intentum no- 16
tandum eſt, quod quando Reus extrahitur ex loco immuni, duplex præiudicium conſideratur, aliud reſpectu ipſius Rei extracti, aliud verò reſpectu Eccleſiæ, vel loci immunis, de cuius priuilegio controuertitur, vt optimè aduertit Farin. *in ſæpe allegato conſ.168.num.13.& 33.* cui iunge Cancer. *var.reſol.part.3.cap.10. n.96.& ſequent.* Thomam Delbene *in tract. de immunit.tom.2.cap.16. dub.16.num.7.* & latè dicemus *infrà voto 8.num.44.& 69.* Quare cum in præſenti non ſolum agatur de præiudicio Rei, confugientis ad Eccleſiā, ſed etiā ipſius loci immunis, meritò Iudiciũ ſecundum Deum, & bonam conſcientiam reſtringi debet ad delictum, ex quo proceſſus Competentiæ fuit formatus, Farin. *vbi proximè n.57.*

Nec

Nec tandum vrget, quod litteræ ſint defectuoſæ, quia nullus in eis reperitur defectus; fuerunt enim prouiſæ, & extractæ iuxta ſtylum, qui facitius, & pro lege habetur, Iudexque tenetur illam ſeruare, aliàs faciet cauſam ſuam, ex late traditis per Suelues *ſemicenturia 2.conſ.21.n.3. & ſequen.*

Prædictis igitur motiuis ponderatis, omnes quatuor Domini Conſultores fuerunt voti, & opinionis, pronunciandum eſſe, competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere & de iure procedere. Ex quibus ita declaraui, &c.

---

*In proceſſu Franciſci de Napoles ſuper competentia Iuriſdictionis, ſub die 16. Octobris. 1650.*

### ARGVMENTVM.

An ſi Reus ſe eximat ex manibus Familiæ illum portantis in carcerem, & ad Eccleſiam confugiat, gaudere poſſit eius immunitate, & vtrum ſi delictum ſit ex exceptuatis in Bulla Gregorij XIV. ad illum finem gaudendi, debeat eſſe delictum conſummatum, nec ſufficiat eſſe attentatum

### SVMMARIVM

*Delictum ſi non conſumauit Reus, etiam ſi ſit ex exceptuatis in Bulla Gregorij XIV. non debet priuari immunitate, numero 3.*

*Captus ob aliquem delictum, ſi ſe eximit, è manibus familiæ, & intrat liber in locum ſacrum, gaudere debet immunitate, numero 4.*

*Captus pro aliquo debito, ſi iurauit ſequi Miniſtros ſeculares, & ſe conferat etiam liber in locum ſacrum, non gaudet immunitate, n.5.*

*Captus per Miniſtros ſeculares ſi in Eccleſiam vel locum ſacrum ſe conferat, & non ingrediatur liber, ſed in manibus familiæ, non gaudet immunitate, n.6.*

*Teſtes producti ab vna ex partibus probant contra producentem, etiam in Criminalibus, num.7.*

*Duo Teſtes conteſtes faciunt plenam probationem, maxime ſi deponant de facto proprio, n.8.*

*Teſtis vnicus an probet contra producentem, num.9.*

*Pœna triremium non debet irrogari in Aragonia, niſi latronibus, n.10.*

## Votum II.

Præſupoſito, quod Franciſcus de Napoles, & alij Conſortes fuerunt capti, & detenti in carceribus villæ de Benabarre, Comitatus Ripacurtiæ, de Menſe Septembris 1646. ex eo, quod fuerunt viarum Graſſatores, voluerunt enim furare quandam Grangiam, quam ibi Maſariam appellant, vbi ſtatim atque peruenerunt ad eam, quatuor Arcabucia exonerarunt, intentando necare Dominum illius, & ipſius vxorem, quæ intus exiſtebat, maritus verò extra, qui grauiter fuit vulneratus; ipſa vero mulier ſtatim atque vidit Maritum percuſſum exiuit, & prædicti Franciſcus & conſortes continuo aufugerunt, prout latius continetur in proceſſu criminali, contra illos actitato coram Iudice Ordinario dictæ villæ, & conſtat ex ipſius litteris narratiuis, in præſenti formiter, & authenticè exhibitis. 1

Tandem ſeruatis ſeruandis iuxta ſtatuta criminalia dicti Principatus; prædictus Iudex Ordinarius ſuam potulit ſentẽtiam, condemnando dictum Napoles per quinquenium ad triremes, ad quod exequẽdũ ipſe Iudex tradidit dictum Napoles cuidam commiſſario, vt cum cuſtodibus eum aſportaret (vt moris eſt) ad præſentem Ciuitatem Cæſarauguſtanam, vt eum traderent Miniſtris deputatis ad conducendum condemnatos ad triremes, & cum ad eum effectum iter agerent, omnes ſimul equitantes cum dicto Napoles, qui manibus pedibuſque ligatis incedebat. Et cum perueniſſent ad locum, ſeu oppidum de Azuara, cum pertranſiſſent circa quoddam cemeterium, quod ianuis patentibus exiſtebat, contiguum Eccleſiæ dicti oppidi, accidit, quod dictus Napoles voluntarie prolapſus fuit ex quadrupedo, in quo equitabat, & licet ligatis pedibus, & manibus procurauit ſe intromittere in dictum cemeterium, quod vt vidit Commiſſarius, ſtatim illum apprehendit taliter, quod nunquam eum dimiſit, ſed ambo in cemeterium intrauerunt, à quo vnà cum cuſtodibus fuit prædictus Napoles eductus, qui quidẽ proteſtauit de violẽta extractione loci ſacri petendo illius immunitatem, quibus 2

non



nõ obſtantibus iter continuarunt vſque ad præſentem Ciuitatem, in qua traditus fuit dictis Miniſtris, vt ſententia triremium exequeretur, & ad eum effectum poſitus fuit dictus Napoles in Carceribus Regiis, ex quo formauit competentiam Iuriſdictionis ad inſtantiam Procuratois Fiſcalis Curiæ Eccleſiaſticæ Epiſcopatus Illerdẽſ & cauſa iuxta ſtylum à me deuoluta, & ſecundum diſpoſitiones forales, rite, & recte formato proceſſu, auditiſque partibus ad ſatietatem, acriterque ponderatis dubiis (more ſolito) declaraui cum voto omnium quatuor Dominorum Conſulentium, cõpetentiam Iudicis ſecularis locum habere, & de iure procedere, quia conſtabat de qualitate circunferente eius iuriſdictionem, & exinde prædictum Napoles non fore reſtituendum ad locum ſacrum ex quo fuit extractus.

3 Licet enim defendi poſſet, delictum eſſe ex exceptuatis in Bulla Gregor. XIV. quæ habetur in Bullario Cherubini to.2. conſtit.7.§.3. ibi, *ſi fuerunt publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis egrediuntur*, &c. & ex proceſſu reſultat, dictum Napoles intentaſſe furare Maſariam, in eremo ſitam, & cum ex diſpoſitione fori præſentis Regni Aragonum de Tarazona ſub tit. de pœna de los ladrones; iſti tantum, & non alij criminoſi ad triremes condemnari valeant; ſequitur, quod cum dictus Napoles fuerit ad illas condemnatus, ex conſequenti delictũ eſſe latrocinij, cum qualitate graſſatoris, nam de tali crimine iuxta formam prædictam fuit accuſatus, & condemnatus, & exinde non potuiſſe immunitate gaudere.

Verum hoc motiuum non fuit releuans ad prædictam declarationem, pro ſeculari iuriſdictione, cum delictum non eſſet perfectum, ſed attentatum, quod non eſt ſufficiens ad priuandum priuilegio immunitatis ex doctrina noſtri Portoles in coment. ad forum 8. de las competen. q.9. n.17. fol.496. & diximus ſupra in voto antecedenti n.14.

4 Nec ſimiliter motiuum fecimus ex eo ſolum, quod in cemeterium ligatis manibus, pedibuſque intrauit, nam ſi captus ſe exemit ex manibus familiæ Iudicis ſecularis, & ad locum ſacrum confugit liber, gaudere debet immunitate, nec ab alio extrahi poteſt. Gutier. pract. q. lib.3. q.6. n.4. & ſequen. Gama. deciſ. Luſitana 141. Paz in praxi 5 p. cap.3. §. 3. n.40. & ſequen. to.1. Farin. de cacer. q.28. n.44. & de immunit. cap.5. n. 196. & ex noſtris pro conſtanti tradit Baradixi in coment. ad titulum de his qui ad Eccleſiam confugerunt, late Iulius Clarus in praxi criminali l.5. §. final. q. 30. num. 19. verſ. pene familia, Boerius, omnino videndus, deciſ. 110. nu 8. plures penes Giurbam in cõciliis criminal. conſ. 30. vbi late agit de hoc articulo num.21. & ſequen. Diana to.1. reſol. moral. tract.1. reſol.40. & to.3 tr.1. reſ.37. & tom.4. tr.1. reſol.47. & late to.6. tract.1. reſol.22. & tract.8. reſol.5. Quamuis aliqui ex allegatis à Diana, in locis ſupra relatis, contrarium tueantur, ſed opinio à nobis proxime tradita verior & tenenda eſt, & in hoc tribunali ſæpiſſime fuit ſequuta.

Dicta tamen regula fallit, quando captus pro aliquo debito iurauit ſequi Miniſtrum, ſeu officialem ſecularem, cum ad carcerem duceretur, poſtquam ad Eccleſiam confugiat, tunc non gaudere plures tuentur; de quo late agit Bobadilla in polit. to.1. l.2. cap.14. n.65. & ita fuit declaratum in hoc Tribunali in proceſſu Hieronymi de Caſtro ſuper competentiam Iuriſdictionis 14. Iulij 1600. coram DD. Michaele Ioanne Ram, tunc Cancellario ex communi voto Domi. Martini Monter, Franciſci de S. Cruz. Domini Regis Cõſiliariorum & Hieronymi Lopez, Antonijque Fuſter Arbitrorum, qui proceſſus reperitur in ſcribania Hieronymi Andres. 5

Secundò fallit prædicta regula, ſi captus non ingrediatur liber in locum ſacrũ, ſed ſemper in manibus, & poſſe familiæ, vt validiſſimis argumentis probant Marius Curtel to.1. de priſca & recenti immunit lib.1. q.13. n.1. & ſequen. & q.40. fere per totam, Guiurba conſ.30. crimin. numero 21. Peguera deciſ. 61. in fine, qui loquuntur in terminis condemnati ad triremes, & quidquid ſit de hac quæſtione an tales reſtitui debeant nec ne ad noſtrum intentum fere omnes Doctores ſuperius allegati, & communior, & verior ſententia eſt, non gaudere Reum, niſi liber in Eccleſiam confugiat, de quo latè dicemus infra voto 8. n.45. cum ſequent. 6

Quibus ſic conſtitutis, cum ex proceſſu reſultet, dictum Napoles non intraſſe liberum in cemeterium, ſed in poſſe, & manibus familiæ, vt patet ex primo, & ſecundo teſtibus ſuper 2. qui deponunt de facto proprio, & dicunt, nunquam è manibus illius liberum extitiſſe, ſed ab ipſa apprehenſum, in locum ſacrum introiſſe, inde fuit, conſtare de ſecunda fallentia regulæ. 7

Quæ probatio vrgentior fit, nam cũ d. duo teſtes ab ipſo Napoles fuerint producti, 8

cti, cõtra ipsũ plene probãt etiã in criminalibus, vt per Farin. in praxi tit. de oppoſit. contra perſonas teſt. q.62. num. 203. maximè cum ſint duo conteſtes, & de facto proprio l. vbi num. 12. ff de teſtibus, & ibi communiter Doctores, cum vnicus ſufficeret ex communiori ſententia, vt per Farin. vbi proximè n. 237. & ſeq. in quo con-
9 ueniunt communiter. dd.

Quamuis Rota penes Peñam in meis recollectis tom 1. deciſ. 581. n. 13. non admittat, vnicum teſtem probare cõtra producentem; Verum quidquid ſit de hoc articulo; in præſenti duo conteſtes deponunt (vt eſt dictum) ex quo cum fallentia ſecundæ regulæ in hoc caſu reperiatur, ideo ex hoc motiuo de communi voto fuit reſolutum, Competentiam Iudicis Secularis locum habere, & de iure procedere, cum nunquam potuerit verificari, dictum Napoles ingreſſum fuiſſe liberum ex probationibus deductis, ex quibus ita fuit concluſum, &c.

---

*In proceſſu procuratoris Fiſcalis Eccleſiaſtici Epiſcopatus, & Diœceſis Turoli ſuper competen. Iuriſdictionis ſub die 14. Aprilis 1651.*

## ARGVMENTVM.

Clericus in minoribus conſtitutus, inſeruiens Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, ſi vxorem ducat habitum & tonſuram ſemper deferendo, an gaudeat fori priuilegio, attento iure communi: & quid dicendum, poſt diſpoſitionem Concilij Tridentini. Et dato, quod non gaudeant, an mortua vxore reuiuiſcant illa priuilegia clericalia, quæ ante contractum matrimonium habebat.

### SVMMARIVM.

*Clericus prima tonſura initiatus, deferens habitum, & tonſuram gaudet fori priuilegio n.6. quod intellige vt n.9.*

*Initiatus prima tonſura gaudet fori priuilegio iure communi, ſolo attento, numero 6. & 7.*

*Prima tonſura eſt verus Eccleſiæ ordo, numero 7.*

*Eccleſia promittit ordinatis, vt ab ipſo ordinationis die, fiant de foro ipſius, numero 8.*

*Eccleſiæ ſemper aſsiſtendum eſt, nec licet diſcedere ab opinione, quæ nititur illius promiſsis, n.9.*

*Clericus, vt fori priuilegio gaudeat requiritur vt habeat aliquod Eccleſiæ ſeruitium de mandato Epiſcopi aſsignatum, num. 10. quod intellige vt numer. 11. & ſequentibus.*

*Dictio, is, de ſui natura eſt relatiua, & demõſtratiua præcedentium. n.12.*

*Declarationes Sacræ Congregationis, an habeant vim legum, n.13.*

*Adſcriptionem ad aliquam Eccleſiam, quam conſequitur ordinatus, facere debet Epiſcopus in ipſa ordinatione, numero 14.*

*Ordinandus non poteſt ante ordinationem exigere ab Epiſcopo promiſsionem de inſeruiendo certæ Eccleſiæ, etiam poſt habitum beneficium ſimplex reſidentiam non requirens.*

*Præſtimonia licet non ſint proprie beneficia, præbent titulum ad ordines ſuſcipiendos, & exinde ad tribuendum fori priuilegium n.16.*

*Beneficia receptiua, licet non numerata, & approbata per Epiſcopum, propriè non ſunt beneficia, n.17.*

*Eccleſiam deſignare ad inſeruiendum, idem eſt ac Eccleſiæ adſcribi. n.18.*

*Verba enunciatiue prolata non probant, ſecus tamen, quæ per modum rationis adiecta ſunt, n.19.*

*Clericus in minoribus conſtitutus, ſi realiter actu Eccleſiæ ſeruitium præſtat deferendo habitum, & tonſuram, fori priuilegio gaudet. n.20.*

*Clericus in minoribus conſtitutus ſi cum virgine matrimonium contraxit, ea mortua ſi habitum, & tonſuram deferat, & alicui Eccleſiæ inſeruiat, reuiuiſcunt in eo omnia priuilegia clericalia, quæ ante contractum matrimonium habebat. n.21. & 25.*

*Clericus qui ante carcerationem reaſſumpſit habitum clericalem, & alia, quæ ipſum conſtituebant in eſſe Clerici, fori priuilegio gaudet. n.21.*

*Clericis non prohibetur ſtudium Medicinæ, ſed illius exercitium. n.22.*

*Delictum attendi non debet ante illius probationem, vel condemnationem, vt reus accuſatus immunitate gaudere non debeat. n.23.*





*Delicta impunita manere non debent, numero 24.*

*Clericus in minoribus conſtitutus recuſans frequentare ſcholas, & Eccleſiam non debet priuari fori priuilegio, ſi adſit probabilis ſpes eſſe rediturum, numero 25.*

*Dubium ſi adſit, an immunitas locum habeat, vel non pronunciandum ſit pro Eccleſia, num. 26.*

# Votum III.

1 AD verum intellectum dicendorum ſupponendum eſt, à tempore immemorabili exiſtere in Ciuitate Turolen. quaſdam portiones patrimoniales, quæ licet proprie dici non poſſint beneficia; ſunt tamen intitulatæ, & adſcriptæ ſeruitio ſeptem Eccleſiarum Parochialium inibi exiſtentium, ad quas portiones (ſeu vt largo modo dicam beneficia) habent ius omnes nati, & oriundi ex dicta Ciuitate ſub hac forma, vt quoties aliquis oriundus, & originarius vult ſe clericali militiæ adſcribere, poſtquam primam tõſurã acceperit, tenetur ſe repræſentare alicui ex dictis ſeptẽ Eccleſiis, ſibi, bene viſæ, & inſimul coram Iuratis, & Gubernatoribus, tanquam, Patronis, qui, verificatis requiſitis, & qualitatibus neceſſariis ſcilicet de vita, & moribus coram vno ex dictis Iuratis, & Priori Capituli Generalis Clericorum, & vicario illius Eccleſiæ, quam elegit, admittunt prædictum præſentatum ad Eccleſiam ab ipſo electam, cõceduntque litteras teſtimoniales, & certificatorias de tali admiſſione, directas D. Epiſcopo Turolen. atteſtantes, talẽ fuiſſe rite & recte admiſſum ad dictam portionẽ, vt cũ ea vel ad titulũ illius poſſit promoueri ad quatuor minores ordines, & ad alios Sacros, & cum dictis litteris ſine alia inſtitutione, vel collatione habent ius taliter, quod Domini Epiſcopi tanquã titulũ Eccleſiaſticum, & legitimum admittũt ad Sacros Ordines omnes oriundos; qui quidẽ eo modo præſentati, & admiſſi ab Epiſcopo in Eccleſia deſtinata cũ dictis litteris exercẽt miniſterium Acoliti, Oſtiarij, & aliorum ad ſuos ordines pertinentiũ, vt probãt teſtes 4. ſuper 6; & 6. ſuper eundẽ 6. articulum de facto proprio, inducti pro Ioſepho Nauarro, &c. Quod quidẽ exercicium præcipue efficere enentur in diebus ſolemnioribus patronorum, vel titularium ſuarum Eccleſiarum.

2 Quibus ſic conſtitutis, quidam Ioſephus Nauarro ſeruatis ſupra dictis, cum ſuis litteris teſtimonialibus præſẽtatus fuit, (poſtquam prima tonſura fuit inſignitus, facta prius electione de Parochia S. Martini) ſeque repræſentauit coram Ill. D. D. de Frai Ioanne Cebrian tunc Epiſcopo Turolem, fidemque fecit de ſuis litteris, & deſtinatione Eccleſiæ S. Martini, quas admiſit D. Epiſcopus, & in vim illarum promouit dictum Ioſephum Nauarro ad quatuor minores ordines, enunciando in ſuis litteris teſtimonialibus illum eſſe adſcriptum per portionarium S. Martini, vt patet ex litteris exhibitis in præſenti proceſſu ibi: *Nos D. Frai Ioannes Cebrian,* &c. *notum facimus, & atteſtamur,* &c. *Dilectum nobis in Chriſto Ioſephum Nauarro, Clericum Tonſuratum Ciuitatis Turolij, & Porcionarium S. Martini dictæ Ciuitatis, noſtræ diæceſis, examinatum, & approbatum,* &c.

Vnde cum dictus Ioſephus eſſet inſignitus quatuor minoribus ordinibus, & vtẽdo officio clericali per biennium exercuit miniſterium, & exercitium Sacriſtæ in dicta Eccleſia, incedendo ſemper in habitu, & tonſura clericali & percipiendo obuentiones, & emolumenta, pertinentia ad dictã Sacriſtiam, cum quibus communiter ab omnibus fuit pro Eccleſiaſtica perſona reputatus.

Poſtea dictus Ioſephus incedendo ſemper in habitu & tõſura clericali (quẽ & quã numquam dimiſit, vt patet ex omnibus teſtibus proceſſus) cõtraxit matrimoniũ cũ quadã Agatha, virgine, non vero cum alia, ſtatimque poſt contractum matrimonium cauſa ſtudiorum Artium, Philoſophiæ, & Medicinæ ad Ciuitatem Valentinã euolauit, vbi etiam ſemper inceſſit in habitu, & tõſura, ibique exercuit miniſterium Acoliti, vt patet ex teſtibus in proceſſu Arbitrorum actitato de quo facta fuit fides in præſenti, qui quidem etiam atteſtantur de pluribus actibus in dicta Ciuitate Turolen poſt contractum matrimonium, & præcipue in vno ex diebus feſtiuis de anno proxime præterito 1650. 4

Quibus ſic ſe habentibus accidit, quod dictus Ioſephus Nauarro, è Ciuitate Valentina venit ad locum nuncupatum Langa, Communitatis Darocenſis, vbi dicta Agatha ſua mulier receptata exiſtebat in domo cuiuſdam fratris ſui, ex qua dictus Ioſephus ipſam extraxit, ſecumque tulit ſub prætextu aſportandi illam in Ciuitatem Valentinam, quo exequuto iter egerunt, & poſt breue tempus prædicta Agatha reperta fuit mortua in eremo cuiuſdam loci nũcupati Caudete, cõmunitatis Turolen. quod cum ita accidiſſet, exiſtimatũ 5

fuit, ipſum Ioſephum tale delictum perpetraſſe, & ideo Iuſtitia ſecularis ipſum perquiſiuit, fuitque inuentus, & captus in dicta Ciuitate Valentina, ex qua cum litteris requiſitoriis Iudicis ordinarij Turoli remiſſus fuit, eique traditus; vnde cum Iudices ſtatutarij Turolenſes proceſſũ inchoare vellent propter vxoricidium prætenſum, à Ioſepho commiſſum, ipſe formauit competentiam, & ſeruatis ſeruandis iuxta forum primum de las competencias, cum Arbitri ad partes nominati inter ſe non conuenirent, cauſa fuit ad me deuoluta, & rite, & recte formato proceſſu, tandem declaraui competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere.

6 Ex eo quia conſtat, Ioſephum Nauarro tonſuram, & quatuor minores ordines ſuſcepiſſe ſimulque, in habitu Clericali, & capite ad coronam tonſo inceſſiſſe, à die ſuſceptionis Ordinum vſque ad præſens; quod ſufficere videtur, vt fori priuilegio gaudeat, cum attento iure communi, ſat ſit prima tonſura, ex his quæ cumulant Doctores in cap. 2. de foro competenti, cap. qualiter & quando de Iudiciis, cap. vnico de clericis coniugatis in 6. Rolan. concilio 4. volum 1. n.. 17. & conſil. 16. volu. 4. n. 12. Ceuallos q. 563. n. 5. Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſu 121. à numero 11. Cardinal. Tuſcus to. 1. littera C. concl. 285. num. 14.

7 Quia prima tonſura eſt vere Eccleſiæ Ordo, cap. Cleros. 21. diſtinct. Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reformatione cap. 1. & ſeſſ. 23. cap. 2. qui quidem ordo vere, & realiter Clericos efficit cap. cum contingeat, de ætate, & qualitate Couar. lib. 1. var. cap. 10. cum aliis adductis à Torreblanca lib. 3. de Mag. cap. 9. numero 36. &
8 ſequen. Aliàs ſequeretur, Eccleſiam decipere ordinatos, cum hoc nomine Eccleſiæ ab Epiſcopo ordinante promittatur, qui ex præſcripto Pontificalis alloquitur ordinatos prima tonſura his verbis: *Filij Chariſſimi animaduertere debetis, quod hodie de foro Eccleſiæ facti eſtis, & priuilegia Clericalia ſortiti eſtis; cauete igitur, ne propter culpas veſtras illa perdatis*, &c.

9 Cum ergo ſemper Eccleſiæ ſit aſſentiendum cap. hæc eſt fides 24. q. 1. diſcedere non licet ab opinione, quæ promiſſis Eccleſiæ nititur, ita neruoſe defendit Torreblanca in capite decernimus, de Iudiciis à numero 37. & de Mag. libri 3. cap. 9, numero 40. cum ſequentibus & in Apolog. cap. 6. vbi plura adducit fundamenta.

Quæ omnia licet attento iure communi de plano procedant, attamen videntur reſtricta diſpoſitione Tridentini ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat, vbi præter tonſurã, & habitum Clericalem colligitur requiri ſeruitium alicuius Eccleſiæ de mandato Epiſcopi aſſignatæ. 10

Sed intelligi debet, decretum conciliare procedere in his, qui nec ſunt in via, nec quaſi in via aſcendendi ad maiores ordines; & ſic loquitur in minoribus quatuordecim annorum; de iſtis enim in principio Tridentinum ſermonem habet, & diſponit, non vero de aliis, qui iam actu poſſunt aſcendere, ponderando illam dictionem, *Is*, quæ de ſui natura, eſt relatiua, & demonſtratiua præcedentis; Barboſa de dictionibus vſufrequen. dict. 177. 11

Cumque Concilium loquutum fuerit de minoribus, qui non ſunt in via, ad alios extendi non poteſt, ita Torreblanca de Mag. lib. 3. cap. 9. n. 40. & ſequen. & omnino videndus in tract. de iure ſpirituali pract. lib. 15. cap. 5. fere per totum, vbi late agit de intellectu d cap. 6. Tridentini, & n. 59. concludit ita fuiſſe intellectum in Regnis Caſtellæ. Cum ergo dictus Ioſephus non ſit minor quatuordecim annorum, in eo non loquitur Conſtitutio Conciliaris. 12

Hinc eſt, quod verba illa Pontificalis ſupra relata, dicuntur ad præſens per Epiſcopos ordinantes, quando conferant primos Ordines, & eſt poſt Concilium, quæ quidem ſine mendacio dici non poſſent, ſi vltra touſuram, & habitum Clericalem requireretur ſeruitium, vt optimè conſiderat Torrebl. *de Mag. vbi ſuprà*, cui mire fauent declarationes Eminent. Cardinal. Interp. Concilij, quas refert Barb. *de vniuerſ. iure Eccleſ. lib. 1. c. 39. §. 2. n. 36. & in tract. Apoſtol. deciſ. collect. 45. n. 4.* Torrebl. *de iure ſpirita. p. 2. lib. 15. c. 5. n. 58.* & aliæ traditæ à Diana *to. 5. reſol. mor. in fin. à n. 21. vſque ad 27. incluſiuè, pag. 440. in impreſſ. Lugduni de anno 1652. & to. 9. tract. 6. reſol. 6. in fin. verſ. confirmantur ſupradicta*, vbi alios allegat, videbiſque dictas declarationes, quia valde conducunt ad noſtrum caſum. 13

Iſtæ enim declarationes Sacræ Congregationis regulariter non ſunt doctrinales, ſicuti deciſæ à Doctoribus, & Iuriſperitis, ſed definitiuæ, & deciſiuæ, vimque legis habentes, vtpote latæ ex commiſſione Papæ, Bulla Sixti V. quæ eſt *in ſecunda parte Bullarij*; ita ex Rodriguez, Garcia, Salas, & aliis tenet Salgado *de retentione Bullarum, part. 2. cap. 2. numero 7. & 8.* de quo articulo latè egi *in meo Paſtorali interno, part. 1. tract. 4. quæſt. 2. n. 20. & ſequen. & p. 3. voto 6. num. 23.* vbi de vnitate huius doctrinæ, & quomodo ſit intelligenda remitto lectorem; prædictæ autem declarationes eo magis admitendæ ſunt in præſenti, quia ex earum reſolutione per Concilium minus detrahitur de iure communi *L. ſancimus cum vulgatis de teſtamentis.* 14



15 Vlterius licet huc vſque tradita aliquã pati poſſent dificultatem, ceſſant in præſẽti animaduertendo Ioſephũ Nauarro fuiſſe præſẽtatũ in Portionariũ Eccleſiæ S. Martini Ciuitatis Turoli, & vt talem ordinatum ab Epiſcopo Dioceſano, vt ex proceſſu reſultat, quod ſufficit, cum adſcriptio alicui Eccleſiæ debeat fieri in ipſa promotione, nam poſtea fieri non poteſt, vt declarauit Sacra Congregatio, teſte Garcia *de benefic. p. 2. cap. 5. n. 101.* quem refert Barb. *Apoſtolicarum. deciſ. collect. 45. n. 3.* Immo non poteſt ordinandùs ante ordinationem exhigere ab ordinario promiſſionem de inſeruiendo certæ Eccleſiæ, licet eam differat poſt habitum beneficium ſimplex, reſidẽtiam non requirens, vt declarauit eadem S. Cong. *in Lauretana 15. Aprilis* 1628. teſte Sellio *in ſelectis Canonicis c. 13. n. 29.* quẽ refert Barboſ. *in collect. ad d. cap. 6. Trid. ſeſſ. 23. num. 3.* & *in Apoſt. deciſ. collect. 295. n. 12. & 13.*

16 Et licet illæ portiones Turolen. non ſint proprie beneficia, vt præſtimonia ſufficiũt ad priuilegium fori, cum præbeant titulũ ad ordines ſuſcipiẽdos, Torrebl. *de iure ſpirit p. 2. l. 15. cap. 6. n.* 8. late Lotter *de hoc art.* omnino videndus *l. 1. de re benefic. q. 2. numero 6.*

17 Immo Gonzalez *ad regul. 8. glo. 9. §. 3. n. 2.* voluit receptiua proprie eſſe beneficia, quamuis non numerata & approbata per Epiſcopum; ex iſta enim nominatione
18 & deſtinatione videtur, ſatisfactum diſpoſitioni Concilij (eſto quod requiratur talis aſſignatio Eccleſiæ) cũ idẽ ſit Eccleſiæ adſcribi, ac Eccleſiã ad inſeruiẽdum deſignare Lotter. vbi proxime *in d. q. 2. n. 22.* Barb. *in collect. ad Concilium in d. c. 6. n. 32.* Et cum Epiſcop. in ſuis litteris teſtimonialibus hoc aſſerat, ſuum videtur facere, impertiendo auctoritatem, ad legem primam Cod. de veteri iure enucleando.

19 Nec refragatur, quod verba videantur enunciatiue prolata, & ſic non probent, quia verius eſt, non enunciatiue, ſed per modum rationis adiecta fuiſſe, quod valde differt, vt pulchre nottat Camillus Galinus *de verb. ſignif. l. 5. cap. 14. n. 3*,

20 Deinde liquet, Ioſephũ Nauarro exercuiſſe ordinem Acoliti Turolis, & Valentiæ in Sacro Miſſę ſacrificio, ergo licet mãdatum Epiſcopi non adeſſet, & aſſignatio Eccleſiæ defuiſſet, ſufficeret ſeruitiũ realiter præſtitum ex communi Doctorũ cenſura, vt videre licet apud Ricciũ *p. 4. deciſ. 111. n. 5. & deciſ.* 154. Nouar. Selu Squillant. & alios relatos per Barb. *in collect. ad Concilium ad d. cap. 6. n. 32.* Torrebl. *de iure ſpirit. p. 2. l. 15. cap. 6. n. 53.* Diana *p. 4. tract. 1. reſol. 2.* & ita declarauit Sacra Cong. in Valent. 28. Martij, & 29. Iunij 1628. quarum auctoritate ſequutus fuit hanc ſententiam Barboſ. *de vniuer. iur. Eccleſ. l. 1. cap. 39. §. 2. n. 35.* recedendo à contraria, quam prius defenderat *in paſtorali allegat. 12. n* 14. in quibus declarationibus expreſſe fuit dictum, Clericum in minoribus inſeruientẽ Eccleſiæ, licet non de mandato Epiſcopi habitum, & tonſuram deferentem fori priuilegio gaudere; In noſtro caſu conſtat, dictũ Ioſephum inceſſiſſe cum habitu, & tonſo capite, ſimulque cũ actibus continuatis inſeruiſiſſe Eccleſiæ, ergo priuari nõ debet fori priuilegio, ex traditis à Diana *in d. p. 4. tra. 1. reſol. 2. & part. 9. tract. 6. reſolut. 6. in fine, num. 21.*

Neque denique obſtat, Ioſephum Nauarro matrimonium cõtraxiſſe, & delictum atrociſſimum vxoricidij perpetraſſe, ex quibus videtur fori priuilegio non poſſe gaudere. Nam reſpondeo, ex ſupra dictis liquere, per contractum matrimonij non amiſſiſſe fori priuilegium, cum conſtet, adimpleſſe requiſita iuris & Trid. cõtrahẽdo cum vnica & virgine, deferendo habitum, & tonſuram Eccleſiæ, inſeruiendo in exercitio ordinis Acoliti, *Marta de iuriſdict. 4. p. centur. 2. caſu 153. n. 16. verſ. ſecundus articulus eſt*; & licet daremus aliquo modo illud amiſſiſſe; At ſoluto matrimonio recuperauit õnia priuilegia clericalia, quæ reuiuixerunt, ſtatim atque mortua fuit mulier, Sãch. *de matr. l. 7. d. 49. n. 29. & 30.* Graſſis *de effect. cleric. effect. 1. n. 90.* & ita declarauit S. Cõgr. Concilij ſub die 10. Dec. 1599. teſte Diana *to. 5. in fine l. pag. 440. n. 27.* per hæc verba: *Clericus primæ tonſuræ, qui poſt dimiſſum habitum, & tonſuram Clericalẽ, deliquit, & pro delicto in curia Seculari citatus fuit, deinde reaſſumpto habitu cum tonſura, Eccleſiæ inſeruire cœpit, non poteſt à Iudice ſeculari quoad perſonam puniri, nec talis Iudex poteſt proceſſui finem imponere*, &c. quod idem decreuit in vna Macar. 17. Iunij 1630. provt ſequitur: *habitum dimittens Clericalem poteſt illum iterum reaſſumere, vt gaudeat priuilegio fori nõ obſtãte irregularitate ſuperueniẽte, & Epiſcopi prohibitione*, &c. & iterũ in alia Boſanẽſi 18. Martij 1631. 21

provt infra *Sacra Congregatio immunitatis declarauit fori priuilegio gaudere Clericum, qui ante carcerationem reaſſumpſit habitum,* &c. quas refert Diana *in dicto to.5. in fine n. 23. pag.* 440.

22 Neque opponi poteſt, verſaſſe ſtudium Medicinæ, ex quo videbatur non habuiſſe animum aſcendendi ad alios ordines, etiam diſſoluto matrimonio; quia reſpondetur, aliud eſſe ſtudere Medicinæ, aliud vero actu illam exercere: Primo enim caſu nullibi reperiri prohibitum, vt cum pluribus tradit Barboſ. *in collectanea ad cap. ſuper ſpecula numero* 3. *de Magiſtris*, Toletus *lib.* 1. *ſummæ Latinæ cap.* 37. *de excommunicatione reſeruat. in decreto, & decretal. num.* 7. ſecus tamen in Secundo, vt late dixi *in meo foro conſcientiæ ſiue Paſtorali interno* 3. *pract. voto* 11. *numero* 8. & ideo dictum ſtudium non repugnat, vt aſcendere poſſet ad alios ordines tempore habili, ſcilicet ſoluto matrimonio; Neque ad præſentem contentionem venit delictum in conſiderationem, cum de eo in præſenti proceſſu non conſtet, præterquam quod ante condemnationem, vel ſaltem probationem attenti non debeat, vt optime cum pluribus probat Sanchez *de matrimonio to.* 2. *lib.* 7. *diſp.* 47. *n.* 4. neque eſt inſpiciendum tempus delicti, ſed quod præceſſit, Barboſ. *Paſtor. allegat.* 12. *num.* 6. *in fin.* quem cum aliis refert Diana *to.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 6.

23 Inſuper non obſtat inconueniens conſideratum, quod ex hac reſolutione delicta manerent impunita contra diſpoſitionem textus *in l. ita vulneratus §. quod ſi quis verſ. cum neque impunita ff. ad l. aquiliam l. congruit.* 13. *ff. de officio præſidis, cap. vt famæ* 35. §. 1. *de ſentent. excommun. cum vulgatis*, nam illud in præſenti, & in aliis caſibus non habet locum, licet enim Reus gaudeat fori priuilegio, non ex eo liberatur, vt Iudex Eccleſiaſticus contra illum non procedat, & puniat, ſed ſolum conſequitur, quod Iudex ſecularis non poſſit contra eum procedere, & punire, & ideo nulla fit iniuria publicæ vtilitati, quandoquidem Reus non remanet impunitus.

24 Denique aduertendum eſt, quod Clericus in minoribus conſtitutus, ſi vxorem ducat, etiamſi habitum, & tonſuram dimittat, & vxore mortua reaſſumat habitũ, gaudet priuilegio fori quod ante contractum matrimonij habebat, Graffis *de effectibus clericatus effect.* 1. *n.* 324. præcipue cũ ſi adeſſet probabilis ſpes ipſum eſſe redditurum etiam dimiſſo exercitio, gaudet fori priuilegio, vt declarauit Sacra Congregatio in vna Maieranenſi 12. Auguſti. 1631. teſte Diana *in d. to.* 5. *in fine, num.* 24. ſed conſtat ex proceſſu; Ioſephum Nauarro ante contractum matrimonium inſeruiiſſe Eccleſiæ deſtinatæ ad ordines ſuſcipiendos, & ad eum effectum admiſſæ ab Epiſcopo, quod quidem ſeruitium præſtitit per biennium, à quo deſtitit per contractum matromonij, licet in aliis ſcilicet in habitu, tonſura, &c. vniformiter continuauit, ergo ex prædicta doctrina, aſſerẽdum eſt, per mortem vxoris reuixiſſe illa priuilegia quæ ex clericatu & ſeruitio Sacriſtæ habebat, maxime cum colligatur, habuiſſe animum redeundi ex coniecturis inceſſionis habitus, & coronæ in capite, cum ſeruitio Eccleſiaſtico in Ciuitatibus Valentiæ, & Turoli.

25 Quæ omnia cum ſint tant conformia Iuris diſpoſitioni, tamquam Doctorum, & Sacræ Congregationis auctoritatibus munita, omne dubium tollit fauor Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis, vt late Marta *de Iuriſ. p.* 4. *centur.* 2. *caſu* 164. *num.* 1. *& ſequen.* vbi alios allegat Portol. *ad for. de la competen. n.* 57. qui docent, in caſu dubio pro Eccleſia pronuntiandum, & latius dicemus *infra voto* 8. *num.* 80.

---

*In proceſſu Bartholomæi Gonzalez, capti Oſcæ, ſuper Competentia Iuriſdictionis, ſub die 14. Aprilis 1651.*

## ARGVMENTVM.

An ſi vna ex partibus contendentibus producat aliquid in proceſſu, quod ei nocere valeat, ad effectum gaudendi, vel non immunitate Eccleſiæ, poſſit ſe adſtringere, proteſtando quod illud tantum producit pro illa parte, quæ ei proficere poſſit. Et an ſi Reus, qui ad Eccleſiã confugit, & ex ea à miniſtris ſæcularibus violenter fuit extractus, renuntiet immunitati, nec velit ea vti, ſed procedi in cauſa per Iudices ſæculares, reſtitui prius debeat ad Eccleſiam?

### SVMMARIVM.

*Proceſſus in Aragonia actitatus in cauſa Competentiæ iuriſdictionis coram arbiiris, qui non concordarunt, an influat, & ſit* pars



*pars proceſſus actitandi coram cancellario, n.* 3. *&* 14.

*Proceſſus actitatus coram Arbitris in cauſa competentiæ iuriſdictionis produci debet in Aragonia coram cancellario, & quare hoc fieri debeat, n.* 3.

*Proteſtatio facta per partem producentem aliquod inſtrumentum, vt id tantum fiat ad vnũ, vel ad alterum effectum nihil releuat num.* 4.

*Productio inſtrumenti, vel ſcriptura facta ab vna ex partibus litigantibus operatur, vt cõtra ipsã probet, n.* 4. *quod intellige, vt n.* 5

*Res inter alios acta mihi nocere nõ poteſt, num.* 5.

*Cancellarius competentiarum Rei Aragonum poteſt declarare ſententiã ſecundum Deum & bonam conſcientiam, n.* 6.

*Immunitate Eccleſiæ gaudet Reus confugiens ad eam, etiamſi ipſe illa vti nollet, quamuis expreſſe renunciet, n.* 7. *&* 10.

*Confugiens ad Eccleſiam, ſi voluntarie, & ſine iniuria ipſius Eccleſiæ vult ſe tradere curiæ ſeculari non gaudet immunitate, n.* 8.

*Reus confugiens ad Eccleſiam, ſi renunciet immunitati, & violenter cum manu armata ab illa per Miniſtros ſeculares fuerit extractus, gaudebit immunitate, non obſtante renunciatione, n.* 9.

*Reus vel alius quilibet ſi ex loco Sacro, vel immuni extrahatur, duplex præiudicium conſideratur, aliud reſpectu extracti, aliud vero loci immunis, n.* 10.

*Reus poteſt quoad ſui præiudicium renunciare immunitati, non vero quoad præiudicium Eccleſiæ, n.* 11.

*Nulla maior datur probatio, quam oris confeſſio, n.* 12.

*Confeſſioni partis accuſatæ plus eſt credendum, quàm mille teſtibus, contrarium dicentibus, num.* 13.

*Confeſſio partis diluit dicta, & depoſitiones teſtium, contrarium dicentium, etiamſi facta ſit in alio iudicio, n.* 15.

*Delictum ſi non ſit conſumatum, etiam ſi ſit ex exceptuatis in Bulla Gregorij* XIV. *non debet Reus priuari immunitate Eccleſiæ, num.* 6.

# Votum IV.

CVm in Ciuitate Oſcenſi, quidam Ioſephus Chaſo reperiretur placatus, quietus, & pacificus conuerſando, & confabulando cum aliquibus perſonis ad oſtium Domus propriæ hahitationis Martini de Segura, accidit, quod Bartholomeus Gonzalez, vicinus & habitator eiuſdem



Ciuitatis contra dictum Chaſo Arcabuciũ, ſeu carabinã exonerauit, ex quo atrociter mortaliterque illũ vulnerauit in crure ſiniſtro genitali, ex quo vulnere breui tẽporis ſpatio vitam cũ morte commutaret; ſi antequam id fieri poſſet, per Iudices ſtatutarios prædictæ Ciuitatis ſtatim nõ fuiſſet captus dictus Chaſo propter atrocia, & enormia delicta quæ ab ipſo fuerant commiſſa, pro quibus ad mortẽ fuit condẽnatus, & antequã accidere poſſet ex vulneribus, fuit ei exequuta ſententia mortis, quãuis iam moribundo facta. Prædictus tamen Barth. Gonzal. percuſſor, ſtatim atque delictum commiſit contra dictum Chaſo, ſe receptauit in Collegium Sancti Alberti, ordinis Carmelitanorum diſcalciatorum; ex quo loco per Miniſtros Seculares fuit extractus, captus, & detentus in carceribus Regiis. Deinde ad inſtantium Procuratoris Fiſcalis Curiæ Eccleſiaſticæ, prædictæ Ciuitatis, & Diœceſis Oſcen, fuit formata competentia & intimatis litteris repetitoriis cum nominatione Arbitri, &c. quæ intimatæ fuerũt Iuratis, & Iuſtitiæ dictæ Ciuitatis, qui reſponſum dederunt cum nominatione etiam alterius Arbitri, & ambo non conuenerunt: Quare cauſa fuit ad me deuoluta, & ſeruatis omnibus requiſitis, & ſolemnitatibus neceſſariis per noſtras forales diſpoſitiones, factiſque omnibus intimationibus, & citationibus faciendis, tam dicto promotori Fiſcali Eccleſiaſtico, quam dicto Bartholomeo Gonzalez, & aliis intimandis, & citandis ſolus comparuit Nicolaus de Sepulueda, vt procurator Aſtrictus Iuratorum, & Conſilij prædictæ Ciuitatis Oſcen, & præterea dictus Bartholomeus Gonzalez Reus expreſſe renuntiauit in præſenti proceſſu de omnibus priuilegiis, iuribus, & immunitatibus, quibus gaudere, & pertinere ei poterant ob prædictam receptionem in dicto Collegio, & inſtrumentaliter, conſenſit, nolle gaudere immunitate in hoc caſu, propter delictum ob quod detentus remanebat in carceribus Regiis Immo & etiam addidit, vt ad inſtantiam perſonæ, ſeu accuſatoris legitimi pro tali delicto poſſet contra eum firmari, proceſſus per Curiam Secularem eodem prorſus modo, ac ſi non fuiſſet captus in loco Sacro, vt patet ex inſtrumento renunciationis confecto per Ioſephum Raſal Notarium de numero prædictæ Ciuitatis Oſcen ſub die 26. Ianuarij 1651.

Quæ omnia animum noſtrũ, & Dominorum

norum conſulentium admirationem impleuit, cum videremus, Reum ex atrociſſimo delicto conuictum ex ſuamet confeſſione, velle ſe ſubiicere pœnis à legibus ciuilibus ſtatutis, contra talia perpetrantes, & curioſius deligentiuſque perquiſiuimus proceſſum, & omnia in eo contenta ſumendo cauſam in ſuo origine, inuenimuſque ita ſe habere provt ſuperius diximus. Quare concluſo proceſſu, in eoque publicato, provt de foro requiritur, declaraui de voto vniformi omnium quatuor cõſulentium, competentiam Iudicis Secularis locum habere & de iure procedere, quia conſtabat de qualitate circunferente illius iuriſdictionem, ſcilicet de proditione, & exinde ex vno ex caſibus exceptuatis in Bulla Gregoriana & ex infra dicendis apparebit.

2 Tria enim in præſenti competentia fuerunt diſcuſſa, Primum, an ex quo prædictus Nicolaus Sepulueda, pars ſola, & formalis, vt Procurator Aſtrictus Iuratorum, & Conſilij Ciuitatis Oſcen, fecit fidem de quibuſdam litteris narratiuis, proceſſus inchoati coram Iudicibus Statutariis Oſcẽ, ad inſtantiam Procuratoris Statutarij ipſius Ciuitatis actitati, de quibus facta fuit fides in proceſſu Arbitrorum; eaſque prædictus Sepulueda in præſenti cauſa, vna cum dicto proceſſu Arbitrorum produxit die prima Aprilis præſentis anni cum expreſſa proteſtatione, quod ſolum producebat, ad hoc, vt conſtaret, præſentem competentiam formatam eſſe coram Arbitris iuxta forum, & quod ob diſcordantiam Arbitrorum, ad me fuit deuoluta, & non aliàs, aliter nec vltra. Quam præſeruationem conſulto effecit; nam ex prædictis litteris conſtabat, ex teſtibus ibidem enunciatis; prædictum Ioſephum Chaſo vulneratum habuiſſe legitimam cauſam ſe præcauendi; & exinde ceſſaſſe proditionem, quod vt euitaret prædictus Sepulueda, dictam proteſtationem, & præſeruationem adiecit.

Secundum dubium fuit, an renunciatio prædicti Bartholomei Gonzalez extracti ex loco immuni, ſit ſufficiens vt pro Eccleſiæ immunitate pronunciari non poſſit. Tertium & vltimum, an conſtet de proditione.

3 Quoad primum fuit dictum, proceſſum factum coram Arbitris, influere, & eſſe partem, & ſequelam proceſſus actitandi coram cancellario; Nam licet de foro non ſit requiſitum neceſſarium, ſtylus tamen ſemper admiſit, produci debere, tum propter probationes inibi factas, tanquam adminicula conducentia ad eas quæ in proceſſu coram cancellario faciendæ ſunt; tum & etiam quia regulariter producitur ad effectum probandi, proceſſum actitatum eſſe coram Arbitris & ob ipſorum diſcordantiam cauſam eſſe deuolutam.

Verùm quidquid ſit de hoc articulo, in præſenti caſu dicendum eſt, productionem factam per dictum Nicolaum de Sepulueda, in fauorem, vel contra ipſum inducere debere, non obſtante proteſtatione per ipſum facta; enimuero proteſtatio partis facta in productione, ſiue in parte vel in partibus nihil releuat, vt cum pluribus tradit Gracianus *deciſ. Marchiæ* 54. *num.* 17. vbi cum Natta *conſ.* 365. *num.* 4. Pariſ. *conſ.* 152. *num* 20. *vol.* 1. *& conſ.* 79. *num.* 3. *vol.* 3. & aliis dicit, hanc eſſe communem ſententiam; optime idem Gracianus *to.* 4. *diſcept. Forenſ. cap.* 654. *numero* 13. *vſque ad* 15. *& cap.* 699. *numero* 7. *& cap.* 739. *numero* 37. 4

Quod quidem licet ita ſe habeat, in præſenti diuerſimodè iudicatum fuit, quia cum prædictæ litteræ fuerint extractæ in illo proceſſu, ad inſtantiam Procuratoris Statutarij prædictæ Ciuitatis Oſcen, qui eſt diuerſus à Procuratore Aſtricto; ideo potuit ſe iuuare illa parte, quia cætera tamquã res inter alios acta in diuerſo proceſſu & inſtantia non poterat in præſenti nocere, ex vulgari regula legis primæ de exceptione rei iudicatæ, L. res inter alios acta, de regul. iuris cap. veniens, de tranſact. Maſcardus *de probat. concl.* 394. *num.* 29. *& concl.* 1243. *&* 1267. *numero* 2. Card. Tuſcus *to.* 6. *littera R. concl.* 267. *cum ſequen.* 5

Et quam uis tale genus probationis poſſit in hoc Tribunali aliquid operare, cum poſſim, & debeam declarare ſecundum Deum, & bonam conſcientiam, attenta veritate iuxta diſpoſitionem fori primi de las competencias provt late diximus *ſupra voto* 1. *num.* 8. *&* 9. *cum ſequen.* & dicemus *infra vot.* 7. *num.* 13. *& vot.* 8. *num.* 17. At in præſenti prædicta doctrina locum non habet ex dicendis infra in 3. dubio, vel motiuo; etiam dato quod litteræ & proceſſus Arbitrorum aliquod genus probationis inducere poſſent, quia contraria probatio ſuperat illam, & ideo de hoc motiuo non fuit habita ratio. 6

De ſecundo dicebam, renunciationem factam à dicto Bartholomæo, nihil potuiſſe operare, ad hoc, vt ſi ex præſenti competentia locum habuiſſet immunitas, poſſet Eccleſia illa priuari. Duo enim caſus diſtinguendi ſunt. Primus, ſi quis ad Eccleſiam confugit, & voluntariè, & ſine aliqua iniuria, violentia, aut violatione ſe vult tradere Curiæ ſæculari, & ſic exiit ex loco 7
8 immuni, tunc talis renunciatio ſuos operabitur effectus, cum nulla Eccleſiæ irrogetur iniuria, & beneficium non conferatur in inuitum. *l. inuito. l. inuitus*, *§. quod cuique, ff. de reg. iur.* Surdus *conſ.* 167. *num.* 15. Card. Tuſcus *to.* 1. *litt. B. conſ.* 52. & paſſim tradunt DD.

9 Secundus verò caſus eſt, quando Reus ad Eccleſiam confugit, & ex ea manu armata, vel violenter fuit per Miniſtros ſæculares extractus, tunc enim non obſtante renunciatione facta à Reo, ſi immunitas procedit; declaranda eſt Competentia in fauorem Eccleſiæ, & ad eã reſtituendus Reus, quia in tali caſu duplex præiudicium conſideratur; vnum reſpectu Rei extracti,
10 & aliud reſpectu loci immunis, vt aduertit Farinac. *conſ.* 168. *num.* 13. *&* 33. & in terminis Diana omnino videndus *tom.* 6. *reſol. moral. tract.* 1. *reſol.* 302. *verſ. ſed hic non eſt, fol.* 58. *in impreſſis Lugduni de anno* 1642. & diximus *ſupra d. voto* 1. *n.* 14. & patet *ex text. in cap. inter alias* 6. *de immunit. Eccleſiarum*, ibi: *Violenter ab Eccleſia extrahendus*, &c. de quo latè Bobadilla *in politica tom.* 1. *tit. A quales Delinquentes no vale la Ygleſia, dub.* 39. *num.* 80 *pag.* 564. vt probauimus *ſuprà voto* 1. *n.* 17. & dicemus *infra vot.* 8. *num.* 69.

11 Vnde quamuis Reus ad ſui præiudicium poſſit renunciare, non verò in præiudicium Eccleſiæ, quia priuilegium immunitatis principaliter, & directè conceſſum eſt Eccleſiis; licèt indirectè redundet in beneficium delinquentium, contentorum in tali loco, ſicuti videmus, non poſſe renunciari priuilegium fori, clericis conceſſum, quia non ipſis ob ipſos, ſed ob dignitatem clericalem conceſſum eſt, vt in terminis tradit Farinac. *de immunit. cap.* 19. *num.* 304. quem refert, & ſequitur Diana vbi proximè *in d. reſol.* 32. vbi citat pro hac ſententia Decianum, Trullench, Caſtrum Palaum, & Maſtrillum. Et ideò in præſenti, talis renunciatio nihil poterat operare; imò ex hoc capite declarari debebat in fauorem Eccleſiæ, ſi aliàs non obſtaret, quod ſtatim dicemus reſpectu tertij dubij, ex cuius motiuo pronunciauimus præſentem Competentiam in fauorem Iuriſdictionis ſæcularis, cum aliàs ex duobus prædictis non ita fieri deberet.

12 Deueniendo tandem ad tertium dubium, ex quo fuit declarata hæc competentia in fauorem Iudicis ſæcularis; moti fuimus ex eo, quia conſtabat ex confeſſione ipſius Bartholomæi Gonzalez accuſati, proditoriè ipſum perpetraſſe delictum, ſine cauſa, ſine rixa, animóque, & ſpiritu diabolico ſeductum, motúmque ex furore clandeſtino, cum omnibus requiſitis ad veram proditionem inducendam, de quibus *ſuprà in dict. voto* 1. *numero* 6. *& ſequent.*

Cum enim ipſe Gonzalez eſſet teſtis productus per Procuratorem Statuarium in proceſſu coram Arbitris confecto, ipſemet ibidem manifeſtè id provt diximus profitetur. Cùm igitur nulla ſit maior probatio quàm oris confeſſio. *l.* 1. *C. de confeſſis. l. cum precum. C. de liberali cauſa*, Rota *in meis recollectis, Peña tom.* 1. *deciſ.* 857. *num.* 4. quæ quidem confeſſio præualet mille teſtibus, Duran. *deciſ.* 90. *num.* 8. *& deciſ.* 214. *num.* 3. *&* 4. éſtque concors omnium Doctorum ſententia.

Inde eſt, ſtandum eſſe eius aſſertioni, & depoſitioni, præcipuè cum agatur de ipſius præiudicio, & deponat de facto proprio; & quamuis alij teſtes ibi examinati contrarium innuere videantur, immò deponant, quod præceſſerunt rixæ, quodque prædictus Chaſo tenebatur ſe præcauere, ſed talis probatio non fuit habita in conſiderationem, ſtante dicta confeſſione; cui magis credendum eſt, quam depoſitionibus aliorum teſtium, vt latè per Gregorium XV. *deciſ.* 357. *num.* 3. vbi Beltraminus *littera B.* alios allegat, optimè Durant *in d. deciſ.* 90. *num.* 8. *& deciſ.* 214. *num.* 3. *&* 4. 13

Nec obſtat dictam depoſitionem, & confeſſionem effeciſſe Gonzalez coram Arbitris, & exinde non poſſe influere in præſenti, tanquam factam in alio proceſſu, quia vt diximus ſupra in primo motiuo *num.* 3. verius eſt, proceſſum actitatum coram Arbitris, quamuis de per ſe, & abſolutè non probet, maximum inducit adminiculum, & aliquod genus probationis, in proceſſu Cancellarij, vt in praxi quotidie videmus receptum; maximè cum ex productione partis, exhibentis illum, ſemper iudicari debeat tanquam ex actis proceſſus Cancellarij. 14

Et in præſenti minor reperiebatur difficultas pro iuriſdictione ſæculari quoad hoc motiuum, cum nulla probatio, nec aliquid fuerit dictum, vel allegatum in fauorem immunitatis; imò licet partes intereſſe habentes fuerint citatæ, & ſeruati omnes termini, & prorogationes iuxta ſtylum, de foro ſeruandæ; nullus tamen comparuit 15

pro Eccleſia, vel Fiſcali Eccleſiaſtico Oſcen, qui contradiceret, aut probaret. Et quamuis (vt diximus) aliqui teſtes in proceſſu Arbitrorum dixiſſent, prædictum Chaſo habuiſſe cauſam ſe præcauendi, quia inter eum, & Gonzalez præceſſerunt rixæ, & quod Chaſo intentauerat occidere Gonzalez, qui quidem ad fauorem eius depoſuerant; attamen cum ipſemet contrarium aſſeuerer, & confiteatur; Eius confeſſioni ſtandum eſt, enimuerò cum ſit pars formalis, exinde eius confeſſio omnimodè, & completè diluit, & deſtruit dicta, & depoſitiones teſtium, contrarium dicentium, etiamſi facta ſit in alio iudicio, vt cum Ægidio *deciſ.* 3. & Verallo *deciſ.* 208. *num.6.p.*3. & Guidone Papæ *deciſ.*254. *in cip.* Confeſſio per aliquem in principio tenuit Rota penes Peñam *in meis recollectis tom.*1.*in d. deciſ.*857. *num.* 4. Quapropter tanquam probatio potentior, & efficacior contra eum præualere debet.

16 Nec denique obſtat non fuiſſe immediatè ſequutam mortem ex Arcabucij exoneratione, facta per Gonzalez, & vulnere per exinde, quoties delictum non eſt conſummatum, non debet Reus priuari immunitate, vt per doctrinam Portoles *in commentariis ad forum* 8.*de las Competencias, q.*9.*num.*17.*pag.*496. & diximus *ſupra voto* 1. *num.*10. *in fine*, *& voto* 2.*n.*3. At in præſenti conſtat ex duobus teſtibus conteſtibus ſuper ſecundum articulum, qui deponunt eſſe Chirurgos, & vt tales interueniſſe curationi prædicti Chaſo vulnerati, certum eſſe breui temporis ſpacio moriturum, quia vulnus erat mortale, maxime, cum iam tertio die cancrenatum, grauique febri laboraſſet cum aliis pluribus accidentibus mortalibus, ex quibus certo affirmabant, vitam cum morte eſſe commutaturum, ſi miraculum ex potentia diuina non interueniſſet, & quod mortem ipſe Chaſo experiretur breuiſſime, ſi Iuſtitia ſæcularis eum, licet moribundum, & quaſi in agonia poſitum pabulo, & ſupplicio non alligaſſet; ex quibus iudicari poterat eſſe conſummatum, & vt tale numerandum fore, attentis circumſtantiis ponderatis. Ex quibus ita pronunciaui, etiam ex conſilio quatuor DD. conſulentium, &c.

*In proceſſu Procuratoris Fiſcalis Archiepiſcopi Cæſaraugustan. & Auguſtini Ciuitatis Barbaſtren. Capti, ſub die 26. Ianuarij 1652.*

### ARGVMENTVM.

Obtinens penſionem Eccleſiaſticam, an gaudeat fori priuilegio, & dato quod gaudeat, an ſufficiat quælibet penſio, vel præcisè requiratur illa, quæ loco beneficij habetur: & quænam hæc ſit latè diſcutitur.

### SVMMARIVM.

*Obtinentes penſionem Eccleſiaſticam, an gaudeant fori priuilegiis, num.*2.

*Clericus habens penſionem loco beneficij gaudet fori priuilegio, num.*3. *quæ autem dicatur penſio loco beneficij, numero* 4. *& ſequent.*

*Penſio loco beneficij conſtituta dicitur, quæ datur in titulum pro ſeruitio, n.*4. *quod intellige vt n.*5. *& ſequent.*

*Clericus habens ſeruitium deſtinatum alicui Eccleſiæ gaudet fori priuilegio, n.* 5.

*Penſio excedens quantitatem ſexaginta ducatorum dicitur haberi loco beneficij, n.*6. *quod intellige vt n.*7. *& ſequent.*

*Ratio eadem viget de toto quoad partem, quàm de parte quoad totum, n.*6.

*Magis vel minus non differunt ſpecie, numero* 6.

*Plus vel minus non mutant ſubſtantiam rei, nec etiam faciunt differre ſpecie, numero* 6.

*Penſio quæ procedit ex reſignatione beneficij dicitur habita loco beneficij, & qui illam obtinet gaudet priuilegiis clericalibus, n.* 7. *&* 8.

*Clerici in minoribus conſtituti, etiamſi habeant beneficium, vel penſionem loci beneficij, ſi dimitant habitum, & tonſuram per multum tempus, & ſe induant veſtibus militaribus, non gaudent fori priuilegio, num.*8.

*Clerici ſi reperiantur in habitu militari, & & ſine habitu Clericali & tonſura, amittunt fori priuilegium, n.*9.

*Penſio Eccleſiaſtica ſi alicui fuit reſeruata qui non incedit in habitu, & tonſura Clericali non gaudet fori priuilegio n.*10.



*Clericus in minoribus conſtitutus, etiamſi beneficium, aut penſionem habeat, ſi in habitu ſeculari inceſſit, & pro ſæculari fuit reputatus, non gaudet fori priuilegio; quod limita ſi in ſacris fuerit conſtitutus, numero* 11.

*Clericus in minoribus conſtitutus, vt fori priuilegio gaudeat, attendi debet tempus delicti, num.*12.

*Clericus qui ſe immiſcet enormiſſimis delictis, amittit fori priuilegium, n.*13.

## Votum V.

1 CVm quidam Auguſtinus, oriundus, & naturalis Ciuitatis Barbaſtren, propter varia delicta ab ipſo perpetrata in præſenti Ciuitate Cæſarauguſtana, ſub die 4. menſis Iulij 1651. captus fuiſſet per Miniſtros Regios, detentúſque in carceribus, fuit contra eum proceſſus criminalis actitatus in Regia Audientia criminali, & ſeruatis ſeruandis die 20. Decembris eiuſdem anni fuit ad mortem naturalem per capitis ſecationem condemnatus (quia erat Infancio) à qua ſententia appellauit, & prætere a prætendebat, non poſſe ad vlteriora cauſæ procedi, ex eo quod erat perſona Eccleſiaſtica; nam annis præteritis obtinuerat quandam portionem, ſeu beneficium Eccleſiaſticum in loco de Zanui, Illerden Diœceſis, ſimulque erat inſignitus prima tonſura, quatuorque Minoribus Ordinibus; quam quidem portionem, ſeu beneficium, legitimè poſſidendo, reſignauit in manibus Sanctiſſimi ad fauorem Petri Bardina Presbyteri, reſeruata ſibi annua penſione ſcutorum viginti, ſoluendorum in diebus Natiuitatis Domini, & ſancti Ioannis Baptiſtæ; quam vſque ad præſens à prædicto Bardina recepit, ex quo prætendebat, fori priuilegio gaudere debere, exemptumque eſſe à Iuriſdictione ſæculari, & exinde cognitionem prædictorum delictorum pertinere ad Iudicem Eccleſiaſticum; vnde formata competentia obtinuit litteras ab Ordinario Eccleſiaſtico cum nominatione Arbitri; tandem cum ille, & alius nominatus à Regia Audientia inter ſe non conuenirent, fuit ad me cauſa deuoluta iuxta diſpoſitiones forales, & ſecundum eas formatus & inſtructus proceſſus, & poſt concluſum in cauſa declaraui intra terminum: Competentiam Iudicis ſæcularis locum habere, & de iure procedere, quia conſtabat de qualitate circumferente ipſius iuriſdictionem, & ideo non poſſe gaudere dictum Auguſtinum fori priuilegio.

2 Licèt enim valde ſit inter Doctores controuerſum, an obtinens penſionem fori priuilegio gaudere poſſit; alij namque affirmant gaudere debere, alij verò negant, vt patet ex allegatis per Dianam *to.*1. *reſol. moral. tract.*2. *reſol.*31. *in principio*, & per Barb. *in Paſtoral. allegat.*12. *n.*8. *& allegat.*57. *num.*151. *& in remiſſ. ad Trident. ſeſſ.*23. *cap.*6 *de reformat. num.*19. Flam. Pariſ. *de reſignat. lib.*2. *q.*15. *ferè per totam, præcipuè, num.*15. & ibi, pro vtraque parte varia adducit argumenta quæ etiam refert, & alia addit Carolus de Graſſis *de effectibus Clericatus, effectu* 1. *num.*1198. *cum ſequent. vſque ad* 1224. Garcia *de benef. p.*1. *cap.*5. *num.*70. *& ſequent.* Gonzalez *ad regulam* 8. *gloſſ.*5. §. 5. *num.*6. & alij plures penes ipſos, quibus iunge nouiſſime Thomam Delbene *in tract. de immunit. part.*1. *cap.*4. *dub.*4. *num.*2. *& ſequent.*

3 Attamen de communi conſenſu omnium quatuor Doctorum Conſulentium reſolutum fuit, Clericum habentem penſionem loco beneficij, gaudere debere fori priuilegio; & in hunc ſenſum intelligendi ſunt Doctores qui affirmant; at verò qui non habet penſionem loco beneficij, non poſſe gaudere conſonum eſt iuri, & in hoc ſenſu intelligi poterunt Doctores negantes; cum qua diſtinctione in concordiam diriguntur, & hæc ſententia videtur conformior, & communior diſpoſitionibus iuris, & ita videtur diſtinguere, & concordare Marcus Antonius Cucchus *lib.*5. *tit.*18. *num.*17. cum Zeuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ p.*2. *q.*62. *num.*31. quos refert Diana *in d. tom.*1. *tract.*2. *reſol.*31. & ita declaraſſe ſacram Congregationem 10. Aprilis 1622. refert Barb. *in Paſtorali p.*3. *allegat.*57. *num.*151. *in impreſſis Lugduni de anno* 1650. per hæc verba: *An Clericus in minoribus habens penſionem, & incidens in habitu, & tonſura gaudeat priuilegio fori. Cenſuit gaudere*, &c. & ipſe Barb. teſtatur vidiſſe, & legiſſe proprium originale.

4 Quæ autem dicatur penſio loco beneficij non ſatis apud Doctores liquet, vt patet ex late deductis per Marium Crotelum contra Dianam *lib.*2. *q.*31. *ferè per totam*, vbi *num.*6. eam dicit penſionem loco beneficij conſtitui, vbi datur in titulum pro ſeruitio.

5 Sed re vera hæc ſententia difficultatem habet, nec videtur poſſe ſuſtineri, cum videamus, habentem ſeruitium deſtinatum Eccle

Eccleſiæ de mandato Epiſcopi non indigere penſione, vt fori priuilegio gaudeat, vt patet ex Tridentino *ſeſſ.23.cap.6. de reformat.* & ex deductis à nobis *ſupra vot.3. n.10.& ſequent.*

6 Alij verò dixerunt illam eſſe, quæ excederet ſexaginta ducatos auri, quod etiam admitti non debet, cum eadem vigeat ratio de toto quoad partem, quam de parte quoad totum. *l. quæ de tota, de rei vindicatione.l.à Titio. ff. de verborum obligat.* cum vulgatis Euerard. *in Topicis legal. loco* 80. ergo idem operabitur penſio viginti ducatorum, quam ſexaginta, cum magis, vel minus non differant ſpecie, *l.vltima.ff.de fundo inſtructo.l.is cui ff.* quemadmodum ſeruitutes amittantur, Surdus *conſ.305. n.66. & conſ.368.num.13.*& plus vel minus non mutant ſubſtantiam rei, nec eam faciunt differre ſpecie.*l.finali.ff.de fundo inſtructo, l.legato generaliter. ff. de legatis* 1. Ferrer. *in conſtit.Cathaloniæ, gloſſ.8.n.155.*

7 Quare illa dicenda erit penſio in titulum beneficij, quæ ex cauſa reſignationis procedit, præcipuè ſi ſit reſeruata cum clauſula, *vt commodius valeas ſuſtentari*; nam cum illud ius originem ducat ab eodem beneficio, per ipſum penſionarium prius obtento, quodammodo videtur beneficialis illa pars, à Pontifice reſeruata, vt commodius valeat ſuſtentari, quod videtur deduci ex his quæ tradit Gonzalez *ad reg.8.Cancel gloſſ.5.§.5.num.42.*vbi citat Gigantem, & quandam Rotæ deciſionem.

8 Et ex hoc capite videbatur dicendum, præſentem competentiam in fauorem Eccleſiæ pronuntiandam fore; cum penſio reſeruata dicto Auguſtino originem ſumeret ex reſignatione beneficij ab ipſo prius obtenti, & exinde proxime dicta in eo locum habere, provt ita pronuntiandum erat, ſi tredecim teſtes in præſenti proceſſu examinati non deponerent, prædictum Auguſtinum per longum tẽpus, & in diuerſis actibus vidiſſe illum incedere in præſenti Ciuitate, & præcipuè, quando commiſſum fuit delictum, in habitu ſæculari, & militari, cum veſtibus, & enſe, aliiſque ornamentis inducentibus ſæcularitatem, & animum non redeundi ad Eccleſiaſticum gremium, ex quorum depoſitionibus conformiter fuit reſolutum non poſſe gaudere fori Eccleſiaſtici priuilegio, ex diſpoſitione textus *in cap.in Audientia 25. de ſentent. excommunic.* qui quidem licet requirat trinam monitionem, tamen hodie poſt Concil. Trident. *ſeſſ.24. cap.6. de reformat.* non eſt neceſſaria.

9 Immò ſi huiuſmodi clerici reperiantur ſine habitu; & tonſura, ſtatim amittunt fori priuilegium, vt concludunt in vtroque caſu Iulius Clarus, Nauarr. Decianus, Lælius, Cuchus, & alij plures, quos refert, & ſequitur Barboſa *in Collectanea ad dict.cap.in audientia, n.3. & in remiſſionibus ad Trident. ſeſſ.23.cap.6. de reformat. num.22.* Gratianus *tom.1.diſcept.forenſ.cap.190.num.11. in fine*: & in terminis penſionarij reſoluit Thomas Delbene *vbi ſupra in dicto cap.4. dub.4. num 5. & 6.* & ita fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione die 9. Iunij 1589. per hæc verba: *Cui reſeruata fuit penſio, vt Clerico, ſi non incedit in habitu, & tonſura, non gaudet fori priuilegio,* &c.

10 Præcipuè cum teſtes conformiter deponant per multum tempus, & ferè continuè inceſſiſſe in præſenti Ciuitate cum habitu laicali, ita vt publice laicus exiſtimaretur, quo caſu amitti fori priuilegium reſoluunt Farinacius *in praxi criminali tit.de Inquiſit.q.8.num.68.* Bonacina, Riccius & Squillante, quos allegat Barboſ. in remiſſionibus ad Tridentinum *in dicta ſeſſ.23.cap.6.de reformat num.22:& in paſtor.p.2. allegat.12.n.20.in fine* ibi. Quando ſcilicet continue incederet in habitu laicali, ita vt publice exiſtimaretur laicus, &c. quod quidem eiſdem ferè verbis ita teſtes in præſenti proceſſu deponunt.

11 Et cum ad eum effectum, tempus delicti attendatur, dummodo perſeueret, vt ex Iulio Claro, & Bobadilla probat Barb. *in collect.ad dictum cap.in audientia, de ſentent.excommun, num.3.in fine.* Nec ex indiciis colligi poſſet, habuiſſe animum reaſſumendi habitum, & tonſuram, quod præciſè erat neceſſarium ante delicti perpetrationem, vt latè diximus *ſupra vot.3.n.21. & ſequent.* nec dimiſſio habitus, & tonſuræ fuiſſet per modicum tempus, vel ex aliqua rationabili cauſa; exinde eſt, non poſſe gaudere fori priuilegio, vt cum pluribus aduertit Barboſ.*d.allegat.12.n.20.* quæ omnia cum in præſenti deficiant, ideo contra dictum Auguſtinum fuit concluſum,

12 Denique accedit, quod quoties Clericus ſe immiſcet enormibus delictis, amittit fori priuilegium, vt latè tradit Farinacius *in d.q.8.à n.53. cum plurib. ſequent.* cui non aſſentio dum dicit, hoc procedere etiam in Clerico in ſacris ordinibus conſtituto, cum proximè dicta doctrina ſolum habeat locum in clericis in minoribus cõſtitutis, vt tradunt Doctores per Farinacium allegati, & ita fuiſſe deciſum teſtatur Bellet. *diſquiſit. cleric. tit. de fauore cleric.*

perſo



*nali.§.8.num.7.in fine p.1.* quem refert, & ſequitur Barb. *in d.allegat. 12.n.6. in verſ. inueni tamen; in impreſſis Lugduni de anno* 1650.

Et licèt controuerſum ſit, an vnum, vel plura dalicta enormia requirantur ad prædictum effectum in præſenti non erat dubitabile, plura enormia delicta perpetraſſe dictum Auguſtinum, vt patet ex proceſſu criminali in Regia Audientia actitato, de quo facta fuit fides in præſenti, ſimulque ex depoſitionibus teſtium, ex quibus ita pronuntiandum iudicaui de conformi voto, & opinione omnium quatuor Dominorum Conſulentium, &c.

---

*In proceſſu Procuratoris Fiſcalis Curiæ Eccleſiaſticæ Archiepiſcopatus Cæſarauguſt. & Ioannis Emanuelis Fanlo, ſuper competentia Iuriſdictionis, ſub die 1. menſis Martij 1652.*

ARGVMENTVM.

Indicia ſola an ſufficiant cõtra Reum qui ad Eccleſiam confugit, ex qua ipſo renuente fuit per Miniſtros ſæculares extractus, vt delictum qualificari poſſit, an gaudere, vel non debeat illius immunitate.

SVMMARIVM.

*Delictum an ſit proditionale, vel non, vtrum per teſtes probari poſſit, aut per indicia, & coniecturas, vel ſemiplenam probationem, num.3.*

*Delictum eſſe proditorium probatur in Aragonia per indicia, & ſemiplenam probationem, n.4.*

*Proditionale crimen, tunc dicitur, quando aliquis interficit eum, qui nullam cauſam habet ſe præcauendi ab ipſo interfectore, num.5.*

*Inimicitia arguitur ex contrarietate animi contra eum, quem abhorreo, n.6.*

*Proditionale non eſt delictum, ſi ei præceſſit inimicitia, n.6.*

*Delictum de nocte commiſſum, vt probetur, concludere debent teſtes ſaltem per aliquas demonſtrationes, & indicia, cognouiſſe delinquentem, n.7.*

*Cõcubinatus eſt indiciũ delicti perpetrati, n.8.*

*Indicia denotantia aliquod delictum poſſunt elidi ex aliis fortioribus, n.8.*

*Præſumptio illa ſemper ſumenda eſt, quæ delictum excludat, n.9.*

*Delinquens extra Eccleſiam, & ab ea exiens ad perpetrandum crimen, non ex eo priuari debet immunitate, dummodo id non fiat, ſpe, & fiducia gaudendi tali priuilegio, num.10.*

# Votum VI.

1 AD inſtantiam Beneficiatorum Parochialis Eccleſiæ S. Pauli præſentis Ciuitatis fuit accuſatus Ioannes Emanuel Fanlo Regius Alguazarius propter delicta contenta in proceſſu criminali, cuius occaſione ipſe Fanlo ſe contulit in Conuentum S. Dominici dictæ Ciuitatis, vbi receptatus exiſtebat. Accidit, quod cum die 21. menſis Octobris, anni præteriti etiam 1651. inter decimam, & vndecimam horam noctis Ioannes Franciſcus Eſpes Alguazarius etiã Regius perueniſſet in domum ſuæ propriæ habitationis, ingreſſus in eam; oſtium clauſit, aſcendítque in quoddã cubiculum; poſtmodum hora ſuperius dicta, vel paulo minus fuit inter vicinos auditus clamor exonerationis Arcabucij, qui quidem animos aliquorum mouit, vt ſe ad feneſtras conferrent; & quamuis nox non eſſet clara, patenter tamen viderunt, deſcendere ex vna feneſtra domus ipſius Eſpes quemdam hominem, nigro colore indutum, qui poſuit pedes in crates alterius feneſtræ ipſius domus, & tunc audierunt, quod quædam mulier deſupra exiſtens dicebat *firma ſecure*, ſtatímque deſcendiſſe in callem, & poſt puſillum, mulier ipſius Eſpes, & quædam Ancilla amborum deſuper cœperunt vociferare, Ioannem Franciſcum Eſpes interfectum fuiſſe, cum quo illuc vicini tranſierunt, & deſcendentes in Apothecam, inuenerunt eum ibidem mortuum, iacentem, & circa ipſum quandam carabinam, ſeu arcabucium; ſtatímque rumor ſparſus fuit per Ciuitatem de eius interfectione, cum quo Miniſtri Iuſtitiæ acceſſerunt in domum interfecti, & vox inſonuit, Ioannem Emanuelem Fanlo illud homicidium perpetraſſe ex eo, quia, (vt dicebatur) vxor prædicti Eſpes erat concubina prædicti Fanlo, ex quo & aliis indiciis infra ponderandis contra eum inducebatur vehemens ſuſpicio.

2 Quare die ſequenti, Miniſtri Regij euolarunt ad Conuentum S. Dominici, vbi

certo

certo ſciebant, receptatum eſſe prædictum Fanlo, & intro ingreſſi, ibidem fuit repertus, & captus, ductuſque in carcerem, præcedentibus ſolitis proteſtationibus. Quare cum traditus, & recluſus eſſet per Regium carcerarium, ad inſtantiam ipſius Fanli, & Fiſcalis Eccleſiaſtici præſentis Diœceſis, poſtmodum fuit formata competētia cum nominatione Arbitri, &c. & ſeruatis omnibus de foro ſeruandis, ob diſcordantiam Arbitrorum fuit cauſa ad me deuoluta, ideo citatis partibus, intimatíſque intimandis, proceſſus fuit inſtructus, in quo Regij, & Fiſcales Procuratores, ſimulque Aſtrictus præſentis Ciuitatis prætendebant, Competentiam Iudicis ſæcularis locum habere, ex quo prædictus Fanlo perpetrauerat homicidium proditionaliter, & exinde eſſe ex caſibus exceptuatis in Bulla Gregorij XIV. ad quod ponderabant conſtare de concubinatu, & quod aliæ diuerſæ vices ipſe Fanlo ingreſſus fuerat in domum dicti Eſpes per eandem feneſtrã, per quam teſtes illa nocte viderant hominem exire, paulò poſtquam homicidium fuerat commiſſum, ſimilitérque quod prędicta vxor dicti Eſpes, & concubina ipſius Fanlo, multoties intentauerat maritum necare, quod conſequi non valuit, ideóque ipſam inſtantiſſime petiiſſe Fanlo, vt id exequeretur; & tandem, quod ea nocte qua caſus accidit, ipſe Eſpes acceſſit ad prædictum Conuentum quærendo eundẽ Fanlo, in quo non fuit repertus. nec exiſtebat, immò ex eo exiuerat.

Econtrà verò prædicti Procuratores Fiſcalis Eccleſiaſtici ſimul cum Fanlo allegabánt, indebitè eſſe extractum ex loco ſacro; tum quia non conſtabat, ipſum perpetraſſe homicidium, tum & etiam, quia etſi aliqua indieia contra ipſum probarentur, (quæ negabant probari) non tamen inducebant probationem, ad qualificandum delictum pro proditionali, & exinde non poſſe priuari Eccleſiæ immunitate, & ideo competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere.

3 Quibus ſic ſe habentibus ad duo præſens contentio reducebatur. Primum an delictum, (de quo in præſenti proceſſu agitur) eſſet proditorium. Secundum, an etiã dato quod haberet talem qualitatẽ, vtrum conſtaret, prædictum Fanlo delictum perpetrauiſſe; Et quoad primum dicebam, quod etſi varie apud Doctores agitetur, an probari poſſit, per indicia, vel coniecturas, aut ſemiplenam probationem, delictum eſſe proditorium, vt per Farinac. *to.*
4 *2. conſil. conſ.* 168. *num.* 70. *& ſequen.* At in hoc noſtro Regno in præſenti Tribunali fuit multoties declaratum, ſufficere indicia, & ſemiplenam probationem, vt pro proditionali delictum qualificari debeat, vt late per Portoles *in ſcholiis ad forum* 1. *de las competentias q.* 9. *num.* 3. *& ſequen. pag.* 495. & late dicemus *infra voto ſequẽti n.* 4. *&* 5. 5

His ſic conſtitutis, in præſenti caſu patet non ſatis conſtare de proditione, quia hæc præciſè inducitur quando aliquis interficit eum, cui nulla occaſio aderat, vt ab ipſo interfectore ſe præcaueret, vt cum infinitis tradit Farinac. *in d. conſ.* 168. *n.* 7. quibus iunge Grilenconium *conſ.* 149. *num.* 4. *cum pluribus ſequent.* Giurbam *in ſuis deciſionibus, & conſil. criminal. deciſ.* 20 *n.* 12. *& ſequent.* & latiſſimè *conſ.* 60. *n.* 15. *& ſequent.* vbi plura congerit, & copioſè diximus *ſupra vot.* 1. *n.* 6. *& ſequent.*

Et in præſenti conſtat, prædictum Eſpes certiorem eſſe concubinatus prædicti Fanlo, ex quo vltra alias cauſas, inter ipſos rixæ præceſſerunt, & quamuis mutuò ſe confabularent, id tamen fiebat ex eo, quia ſimul erant Algazarij; animus tamen ipſorum ſemper erat contrarius, tanquam offenſoris & offenſi, ex quo inimicitiam oriri certum eſt, ex traditis à Giurba *conſ.* 37. *num.* 40. *verſ. eo magis*; qua exiſtente, ceſſare proditionem apud omnes eſt in confeſſo, vt diximus *ſuprà voto* 1. *num.* 6. *&* 7. Sed quod magis inclina- 6 7
bat ad excludendum delictum eſſe commiſſum à Fanlo, ſaltem vt immunitate Eccleſiæ gaudere non poſſet, erat quia non conſtabat, ipſum tale delictum perpetraſſe; nullus namque teſtis ex pluribus examinatis aſſerebat, eum fuiſſe, qui per feneſtram exiuit ex domo, poſtquam clamor Arcabucij fuit auditus; ſed ſolum vidiſſe vnum hominem, nigro colore indutum deſcendere, quem non cognouerunt, quis autem eſſet ignorare, & exinde ex depoſitionibus teſtium nihil contra ipſum reſultat; Enimuerò licet delictum de nocte eſſet commiſſum, tamen, vt concluderent contra delinquentem, tenebantur deponere de ſcientia, & quod delinquens erat ipſis notus, quem cognouerunt, quia Luna, vel alia lux erat patens, vt cum Farinac. Tuſco, Maſcard. & aliis tradit Giurba *in dict. conſ.* 37. *numero* 41. & ideo prædictus Fanlo non poterat priuari immunitate, cum non ſolum proditio, verum nec adhuc delictum probatum remaneret contra ipſum, nec per ſemiplenam probationem provt requiritur, provt diximus *ſuprà n.* 4. & dicemus *infra in voto ſequenti.*

Et



8 Et licèt opponantur indicia concubinatus, & quod ea nocte, qua mors prædicti Eſpes ſequuta fuit, exiuit ex Conuentu Sancti Dominici, in quo receptatus exiſtebat; attamen hæc indicia elidebantur. Primò quia conſtabat, prædictam concubinam multoties requiſiuiſſe, & inſtanter petiiſſe Fanlo, vt occideret Eſpes, ſed ipſe reſtitit, immò potiùs ſe oppoſuit, & publicè dixit, non fore talia perpetraturum, vt teſtes deponunt, qui dicunt fuiſſe publicè, & conſtanter id ab ipſo Fanlo repugnatum,
9 vnde infertur, homicidium non fuiſſe originatum ex concubinatu; nam ſemper illa præſumptio ſumenda eſt, quæ delictum excludat *l. meritò, ff. pro ſocio.* laté Surdus *conſ.* 516. *num.* 9. & alij penes Giurbam *in dict. conſ.* 37. *num.* 9. Maximè cum inueriſimile videatur, quod ſi talem animum haberet; non intentaret illum interficere intra domum, cum expeditius, faciliuſque id exequi poſſet extra domum ipſius Eſpes, qui ex obligatione ſui officij per ſingulas noctes circuibat Ciuitatem, quandoque ſolus, & ideo ex hoc indicio, non videbatur oriri ſufficiens motiuum, vt immunitate priuaretur.

10 Nec ſimiliter ex ſecundo; nam delinquens extra Eccleſiam, & ab ea exiens ad exequendum delictum, non ex eo priuari debet immunitate; quia poſtquam commiſit delictum, dum ad Eccleſiam rediit poteſt capi in itinere per Iuſtitiam ſæcularem, eiúſque familiam, quod ſufficit, vt dicamus, non perpetraſſe illud ſpe, & fiducia gaudendi refugio immunitatis, vt optimè aduertit Matienzo *lib.* 1. *ſuper* 3. *nouæ recopilat. tit.* 20. *de la libertad de las Yglesias, ad l.* 3. *num.* 8. quem refert, & ſequitur Gutierrez *lib.* 3. *pract. quæſt.* 1. *numero* 34. & exinde ſequitur, quod exitus è loco ſacro non ſufficiat.

11 Præterea indicium aliud, quod ſolitus erat exire, & intrare per feneſtram, ex qua interfector deſcendit, at non probatur aliqua vrgenti coniectura, cum teſtes ſolum dicunt, vidiſſe quendam hominem deſcendentem, illum vero non cognouiſſe, quapropter hoc indicium non poteſt aliquid operare ad inducendã proditionem, cum ex eo delictum pro proditionali qualificari non poſſit, ex congeſtis per Giurbam *conſil. crimin.* 60. *num.* 15. Vnde cum in præſenti conſtet de notoria extractione ex loco ſacro, & immuni. De delicto tamen per quædam indicia, quæ contra Fanlo ſolum poſſent operare, & inducere ad condemnandum eum in aliqua pœna leui, & extraordinaria, cum ex aliquo teſte non conſtet, ipſum delictum perpetraſſe, nec quod fuerit commiſſum proditionaliter; defecit ſaltem illa ſemiplena probatio, quæ ad eum effectum eſt neceſſaria, & ſolum remanent illa indicia, quæ perneceſſe non concludunt, & exinde de voto duorum Dominorum Conſulentium declaraui; Competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere; quamuis alij duo Regij Conſiliarij contrarium tenuerint. Ex quibus, &c.

---

*In Proceſſu Procuratoris Fiſcalis Sedis Cæſarauguſtanæ, & Emanuëlis de Vera, ſuper competentia Iuriſdictionis, ſub die 14. Iunij 1653.*

## ARGVMENTVM.

Quænam probatio ſit neceſſaria, vt delictum dicatur eſſe ex exceptuatis in Bulla Gregorij XIV. quando Reus, qui ad Eccleſiam confugit, violenter fuit ex ea extractus per Miniſtros ſæculares, vt immunitas non habeat locum, & an in cauſa Competentiæ poſſint admitti teſtes poſt concluſum in ea, & in puncto ferendæ ſententiæ, ad eneruandã probationem.

## SVMMARIVM.

*Indicia ſola, an ſint ſufficientia, vt delictum qualificari poſſit pro exceptuatis in Bulla Gregoriana, ne Reus gaudere poſſit immunitate, num.* 3.

*Probatio ſemiplena eſt neceſſaria, vt delictum pro proditionali, qualificari debeat, ad effectum gaudendi, vel non immunitate Eccleſiaſtica, num.* 4.

*Opinio quæ conducit, vt bono publico conſulatur, ſequenda eſt, num.* 5.

*Confeſſioni interfecti, factæ in articulo mortis, multum eſt deferendum, n.* 6.

*Præſumi non poteſt, aliquem in peccato mortali decedere voluiſſe, n.* 6.

*Confeſſio interfecti nõ facit probationem per ſe ſolam, ſed ſolũ inducit aliquod indiciũ,*



X *quod*

*quod iunctum cum aliis, generat aliquam probationis cauſam. n. 7.*

*Indicia vehementia ad probationem delicti reputantur fuga, proxima delicto, confeſſio vulnerati & fama publica, n. 8. & 9.*

*Concubinatus eſt delictum, punitione dignũ, num.* 10.

*Indicium confeſſionis interfecti, & fama per ſe ſolum non ſufficit ad qualificandum delictum prodicionalem, n.* 11.

*Cancellarius Competentiarum in Aragonia an poſſit poſt concluſum in cauſa admittere nouas probationes, n.* 12.

*Forus Aragoniæ de anno* 1585. *ſub tit. de Cancel. de competent. fol.* 220. *contraria praxi abrogatus exiſtit. n.* 13.

*Cancellarius Competentiarum in Aragonia tenetur iudicare ſecundum Deum, & bõnam conſcientiam, n.* 13.

*Delictum quo Reus Eccleſiæ immunitate gaudere debeat, vel non; probari poteſt per ſummariam, ſimplicem & extraiudicialem informationem, pro conſcientia ipſius Iudicis, n.* 14.

# Votum VII.

1 CVm die 17. Ianuarij præſentis anni 1653. Ignacius Martinez, Incola, & Vicinus huius Ciuitatis Cæſarauguſtanæ in domo ſuæ propriæ habitationis receptatus exiſteret, hora duodecima noctis ad eam peruenerunt, duo homines, qui portam pulſarunt ad quorum rumorem, dictus Martinez in feneſtram ſe contulit, eiſque interrogauit, quid quærerent; Reſponderunt, vt aperiret: nam & verba facere volebant, cognouit enim eſſe amicos, & notos ſuos, ſed hoc non obſtante eis replicauit horam eſſe intempeſtiuã, nihilominus replicarunt, aperi nobis, nam tibi aſportamus quandam Epiſtolam Ioſephi Martinez, tui Auunculi, qui tunc abſens erat, & cum dictus Ignatius, pro amicis ipſos vere cognoſceret, credens ita eſſe, quod ei aſſerebant, fretus amicitia, quam erga eos habebat, portas domus aperuit qui actu continuo intrauerunt, & omnes ſimul aſcendentes ad quoddam cubiculum de ſupra exiſtens, ſtatimque atque peruenerunt, reliquerunt iuxta parietem Arcabucia, & Carabinas, quas ſecum ferebant, & ſtantibus duobus illis cum pallij inuolucris; alter ex illis dixit prædicto Ignacio, vt daret eis bibere; quo audito dixit eis: accedamus ad Cellã vinariam; & ſubito arripiendo ambo Carabinas, quas reliquerant, vnus ex illis prius deſcendit, quem ſequebatur dictus Ignacius, ferendo in manu quandam lucernam; & in vltimo loco incedebat tertius, ſtatimque atque ad poſteriores ſchalas peruenerunt, vltimus deſcendens poſuit manus in Capillis, & in fronte prædicti Ignacij, & declinando ipſius caput, cum quodã cultelo, admodum curuo, percuſſit ſeuere, & grauiter ipſius guttur, adiuuando ad effectum alter qui antecedebat, & cum dictus Ignacius ſe enormiter percuſſus ſentiret, lucem quam ferebat in manu dereliquit, quæ fuit extincta, fugitque ad portã, & ad callem exiuit, vbi turbatus, ſanguinolẽtus, & vt erat grauiter percuſſus paulo poſt cecidit, cumque Malefactores eum inſequerentur, videntes ipſum iacnetem, iterũ atque iterum vulnerauerũt, & relinquẽdo ipſum tanquam mortuum, reuolutum in proprio ſuo ſanguine, ſtatim fugerunt, ipſe tamen Ignacius licet debilis, & moribundus, voci ferauit taliter, qualiter; cũ quibus aliqui vicini exierunt ad eum adiuuandũ, & confouendum, quod factum fuit ſpiritualiter, miniſtrando Sacramenta, & corporaliter medicinas applicando, quibus ſic factis eum atulerunt, & poſuerunt in domo propria, vbi per triduum vixit, in quo tẽpore interrogatus á Miniſtris Iuſtitiæ, & ab aliis proprinquis, & notis, quomodo illud effectum fuiſſet, & an cognouiſſet illos, qui delictum perpetraſſent, multoties reſpondit, provt ſupra; addendo etiam, illud commiſiſſe duos amicos ſuos, ſcilicet Didacum de Añon, & Emanuelem de Vera, quos recte cognouit.

His ſic ſe habentibus, fugam fecerunt 2
prædicti Añon, & Vera, nam fuerunt quæſiti per omnes Regios Miniſtros, ſed non inuenti, attamen aliquam habuerunt notitiam, prædictum Vera receptatum exiſtere in quadam domuncula, ex illis quæ extra Palacium, vulgo de la Alxaferia adſunt, cum qua notitia acceſſerunt Miniſtri Regij ad illum locum, vt eum caperent; verùm vt exequi voluerunt, quando exiſtebant prope ianuas, ipſe Vera qui intro exiſtebat commotus fuit ex verbis, quæ ei dixit Amaſia quæ eum aſſociabat videlicet, quod illum quærebant Miniſtri Iuſtitiæ, ex quibus conturbatus fuit, procurauitque fugere, provt effecit per tecta ſuperiora ipſius Palatij de la Alxaferia, per quæ tandẽ peruenit in Eccleſiã S. Martini, quæ ibidẽ eſt ſita, à qua Miniſtri qui eum inſequebantur extraxerunt, factis prius conſuetis proteſtationibus, provt de iure; fuitque ductus & traditus in Regiis carceribus, ibique exiſtente, deuẽtum





fuit ad proceſſum criminalem, ſed ſtatim prædictus Vera competentiam formauit, petendo ad Eccleſiam reſtitui, quia eius immunitas violata exiſtebat, quare ad inſtantiam ipſius, & Fiſcalis Eccleſiaſtici fuit formata cum nominatione Arbitri iuxta ſtylum, & praxim, & cum illi interſe non conuenirent, fuit ad me cauſa deuoluta, & ſeruatis ſeruandis, proceſſu inſtructo, dubitatum fuit, an conſtaret de delicto circunferente iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & auditis partibus ad ſatietatem, & viſis quæ ex proceſſu reſultabant, de communi voto dominorum Conſulentium declaraui, Competentiam Iudicis Secularis locum habere, & de iure procedere, quia cõſtabat de qualitate circunferente illius iuriſdictionem, & ex conſequenti non eſſe reſtituendum prædictum Reum, tum ex deductis in proceſſu, tum & etiam ex depoſitione Michaelis Pellizer, teſtis poſt concluſum in cauſa, intra terminum tamen ad pronunciandum, producti iurati, & examinati, qui ad informandum noſtrum animum, & eruendam veritatem admitti debuit iuxta receptum, & communiter admiſſam praxim præſentis Tribunalis, & ex motiuis infra ponderandis.

3 Licet enim valde ſit controuerſum, an per indicia ſola qualificari poſſit delictum eſſe ex comprehenſis vel exceptuatis in Bulla Gregorij XIV, ne Reus Eccleſiæ immunitate gaudere poſſit, vt late per Gratianum *diſcep. forens. cap.* 596. *numero* 22. *& ſequẽ.* Gammam *deciſ.* 281. Cancer *ad titul. de content iuriſdict. numero* 119. *cum ſequen.* Farinac. *conſ.* 168. *lib.* 2. *in additione fol.* 209. *&* 3. *p. conſ.* 210. *numero* 9. *lib.* 3. Guiurbam *conſ. crimin.* 50. *numero* 11. *& ſequen.* Ferrer. *p.* 3. *obſeruat. capite* 87. *in fine.*

4 Attamen quidquid ſit de hoc articnlo, veriorem iudico ſententiam tenentem, ſemiplenam ſaltem probationem eſſe neceſſariam ex doctrina noſtri Portoles *ſuper forum* 9. *de las Competencias q.* 9. *num.* 7. quem ſequuntur Seſſe *de inhibit cap.* 8. §. 4. *num.* 68. Suelues *in ſemicent.* 1. *conſ.* 10. *n.* 14. Et eſſe de cõſuetudine Italię de mente Sanctiſſimi in terminis dictæ Bullæ Gregorij tradunt Merlinus *diſcept. foren. cap.* 69. Gracian. *tom.* 3. *diſcep. forenſ. cap.* 596. *n.* 22. Gambacurta *de immunit. lib.* 6. *cap.* 15. *per totum* Idemque ſeruari in Luſitania teſtatur *Gama d.* 119. *n.* 2. *& in dict. deciſ.* 281. & in Cathalonia Cancer *vbi ſupra n.* 125. *& n.* 120. aſſerit, quod ei placebat contraria
5 ſententia, *ſed cum Belluga tenet, ſequendam eſſe illam affirmantem*, ſufficere ſemiplenã probationẽ propter hominũ hodiernã ſummã malitiã, vt bono publico conſulatur, propter delictorum frequentiam, quæ quotidie experiuntur, & in præſenti tribunali multoties fuit ita iudicatũ, vt diximus *ſupra in voto antecedenti n.* 4

In præſenti autem cauſa pluſquam ſe- 6
miplenã probationẽ adeſſe ſuadetur ex eo, quia dictus Ignacius Martinez in mortis articulo pluries declarauit, & dixit omnia, quæ ſupra cõtinentur in facto narrato, provt teſtantur ſeptem teſtes omni exceptione maiores, cuius confeſſioni plurimum deferendum eſt, tamquam factæ in articulo mortis, ex eo quia non eſt credibile, immemorem ſalutis æternę, in peccato mortali decedere voluiſſe, Craueta *conſ.* 168. *n.* 7. Rotta *diuerſorum p* 1. *deciſ.* 813. *n.* 13. Peña *in meis recollec. to.* 2. *deciſ.* 1290. *n.* 8. de quo articulo late Farin. *t.* 1. *de indiciis, & tortura lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 41. *cum ſequen.*

Et licet hoc per ſe non faciat proba- 7
tionem plenam, inducit ſaltem indicium, quod quidem iunctum cum aliis, aliquam generat probationis cauſam.

Et ideo coadiuuat prædictum indicium 8
aliud ſecundum, ſcilicet conſtans, & vniformis fama, & communis vox, cum omnibus qualitatibus, aſſeuerans, prædictos Vera, & Arion commiſiſſe delictũ, & licet videretur originẽ habuiſſe ab ipſomet interfecto, ex eo tamen debilitata nõn remanet, cum etiam originem, habuiſſet, & animos teſtium coadiuuaret, tertium indicium, fuga ſcilicet delinquentiũ proximam delicto, ipſoſque eſſe reputatos, pro hominibus paratis ad talia perpetrãda, quod quidẽ excludit quãcumque temeritatẽ, facitque propenſiorẽ animũ, ad ita credẽdũ etiã in hominibus timoratæ cõſciẽtię.

V nde hæc fama coadiuuata cum dicto
vulnerati iuncta fuga, reputantur pro in- 9
diciis vehementibus, vt late, & copioſe Guiurba *conſ. criminal.* 13. vbi omnes de materia tractantes allegat, maximè cum ortum habuerint ante formatam inquiſitionem, quia tunc pro vehementi indicio habetur, vt cum Ancarano, Touia'Nonio, & Grãmatico probat Guiurba *vbi proxime num.* 18. *in fine* & de indicio fugæ, proximo etiam delicto (de qua in præſenti conſtat etiam plene in proceſſu ex pluribus teſtibus) copioſe idem Guiurba cum pluribus *in d. conſ.* 13. *n.* 19. *&* 20.

His accedebant alia indicia; nam cum
Miniſtri Regij accederent ad locum, 10
vbi delinquens ocultus exiſtebat, ſtatim atque rumor factus fuit, Amaſia delin-

quentis(cum qua ibidem commorabatur) acceſſit ad feneſtram, & vt cognouit Miniſtros Regios ibidem exiſtere, in illa verba prorupit *Perdidosſomos.* Quo audito ſtatim delinquens fugit per tecta ſuperiora domus, & cum perueniſſet ad Palatium, & locum exemptum, inueniſſetque quandam portam clauſam dixit ad intra exiſtẽtes vt ſubito aperirent per hæc verba *Abran que ſoy perdido*; qui quidem modus loquendi inducit aliquod indicium; cum talia verba dirigi videantur ad delictum commiſſum; ſi enim conſcientiam quietam haberet, non tam vehementer animus ſuus turbaretur.

Et licet hoc iudicium elidere intentent Amaſia, & delinquens ex eo, quód talia verba protulerant, ne propter concubinatum, in carcerem mitterentur; nam quãuis ſit certum concubinatum, eſſe delictum punitione dignum, non tamen qualitatis, vt ab ipſis talis commotio fieret, quod quidem licet non ſit vrgentiſſimum indicium coadiuuat alios.

11 Hæc vltima indicia quamuis aliquid poſſent operare quoad delicti perpetrationem, non tamen quoad qualitatem proditionis, vnde ſolum remanebat confeſſio interfecti, & fama, quæ per ſe non videbantur ſufficere, vt prædictus Reus immunitate priuaretur, cum ſaltem ſemiplenam probationem non inducerent, provt referebatur ex dictis ſupra numero 4. & 5. In quo ſtatu poſt publicationem in cauſa, intra quinque dies, quæ de foro dantur ad pronunciandum, comparuit Procurator Aſtrictus, (qui eſt accuſator) & præſentauit in teſtem Michaëlem Pellizer, qui iurauit, & depoſuit, quod poſt patratum delictum, eum Vocauit Emanuel de Vera, vt accederet ad locum vbi abſconditus exiſtebat, (nam ambo amici erant,) & cum acceſſiſſet, retulit & dixit eidem Pellizer, ipſum commiſiſſe delictum cum omnibus circunſtantiis ſuperius in narratione facti cõtentis, & provt interfectus narrauerat.

12 Quæ depoſitio fuit communicata Procuratori dicti Vera, vt allegaret, & diceret, quidquid contra ipſam haberet, & facta intimatione comparuit, impugnando illã dicendo, & allegando, admitti non debere, nec de ea faciendam eſſe rationem, eo quod poſt concluſum in cauſa, & tranſacto termino ad probandum, & publicandũ, fuiſſet productus talis teſtis, ex diſpoſitione fori anni 1585. *ſub tit. de cancellario competentiarum fol. 220. in nouis*, vbi aſſignatur terminus triginta dierum; *Para dar ſus cedulas, decir, allegar, proponer, probar, publicar, y concluir toto lo que quiſieren en vna vez, o muchas, y paſſados aquellos, en el eſtado que ſtuuiere el Proceſſo ſea hauida por concluida la cauſa*, &c.

Attamen omnes tam conſulentes, quã ego, fuimus voti, & opinionis, prædictam depoſitionem admittendam eſſe, & facere probationẽ, cum cæteris contentis in proceſſu, ſaltem ad informandum noſtrũ animum, quod ad eũ effectum ſufficit, ex diſpoſitione fori primi, titulo de las competencias, propter neceſſitatem, quam forus imponit, vt in his cauſis, Cancellarius iudicium ferat ſola veritate attenta, *ſegun Dios, y buena conſciencia*; quæ verba operantur, vt illam Cancellarius præ oculis habens, iudicialiter vel extra poſſit, & debeat procedere iuxta doctrinam traditã ab Eſcobar à Corro *de vtroque foro to. 1. in initio n.* 53 cum ſequen. optime Portoles *ſuper dictũ forum 1. de la competenn.* 41. quem ſequitur Suelues *in ſemicen t 1. in d. conſ.* 10 *n.* 16. vbi plura allegat & *n.* 15. teſtatur forum prædictum anni 1585. contraria praxi ſublatum eſſe, & allegat varia exemplaria, quæ quidem hodie in hoc tribunali pluries fuerunt admiſſa & inconcuſſe obſeruata, vt diximus *ſupra voto* 1. *n.* 4. *&* 5. 13

Hanc praxim originem habuiſſe, non abs re erit exiſtimare, à Bulla Panormitana Clementis VIII. qua cauetur, delictum quo Reus gaudere debeat, vel non immunitate per ſummariam, ſimplicẽ, & extraiudicialem probationem probari poſſe pro conſcientia ipſius Iudicis, provt referunt additio *ad conſil.* 211. Farinac. *to.* 3. *&* & copioſius Gambacurta *de immunit. lib.* 6. *cap.* 17. Giurba omnino videndus *conſ.* 50. *num.* 10, *& ſequen.* vbi latiſſime agit de hoc articulo; ex quibus ſupra dictis, declarauimus dictam depoſitionem admittendam fore, cùm qua, licet indicia per ſe non facerent ſemiplenã probationem, & ex eis veniret declaranda competentia pro Eccleſia; at eis iuncta prædicta atteſtatione Michaelis Pellicer, pluſquam ſemiplenam probationem reſultare notum eſt, ex qua omnes conformes fuimus voti, & opinionis conſtare de proditione, & exinde non poſſe dictum Vera immunitate gaudere ad terminos Bullæ Gregorij XIV. cum ſit vnus ex caſibus in ea exceptuatis; ex quibus, &c. 14

In



*In Proceſſu Procuratoris Fiſcalis Archiepiſcopatus Cæſarauguſtan, ſuper competentia Iuriſdictionis.*

## ARGVMENTVM.

An ſi cadauer condemnati ad mortem, & puniti in ea dum eſt in furca ſuſpenſum, ex ipſa violenter arripiatur, & in Eccleſiam aſportetur, gaudeat ipſius immunitate, & dato quod id fiat, poſſint Miniſtri ſæculares illud ab Eccleſia, propria authoritate, extrahere ſine conſenſu, & voluntate Iudicis Eccleſiaſtici, vt iterum in fine reponatur.

## SVMMARIVM.

*Competentia Iuriſdictionis inter Eccleſiaſticum Iudicem & ſecularem in Aragonia ſi intra tẽpus à foris præſcriptũ non declaretur, remanet pro Eccleſiaſtica, n.* 4. *&* 83.

*Impedito non currit tempus, n.* 5.

*Intellectus ad forum Aragoniæ, quæ incipit* Por quanto, ſub titulo de Iudiciis, *& ad forum* vnicum tit. de ſuſpicione Iudicum *n.* 6. *& ſequen.*

*Lex de uians, vel repugnans iuri nõ debet extẽdi vltra id, quod expreſſe decidit, n.* 9.

*Aduocaturæ munus de iure prohibetur Regularibus, n.* 9.

*Aduocati cauſarum in Aragonia eſſe non poſſunt, qui non habent gradum Bacalauri, aut Licenciati, vel Doctoris, n.* 10.

*Religioſi Franciſcani ſunt incapaces graduũ qui in vniuerſitatibus cõcedũtur, n.* 11.

*Prohibitus aduocare non prohibetur conſulere in Camera, & in ſcriptis, etiamſi ſit Clericus, vel Religioſus, n.* 12.

*Mulieres quamuis de iure prohibeantur aduocare, non tamen prohibentur in Camera conſulere, n.* 13.

*Propalatio facta non vt Iudex, ſed vt priuatus, non repellit eum à iudicando, n.* 14.

*Statutum prohibens aduocare, non ex eo prohibet allegare in ſcriptis, & in Camera conſulere, n.* 15.

*Aduocare eſt pandere deſiderium alienum in Iudicio, n.* 16.

*Cancellarius competentiarum in Arogonia poteſt iudicium ferre ſecundum Deum, & bonã cõſcientiã; attẽta ſola veritate, n.* 17.

*Iudex qui habet facultatem iudicandi ſecundum Deum, & bonam conſcientiam, poteſt ſe informare tam de facto, quam de iure; verbo vel ſcriptis, vt veritatem perquirat, num.* 18.

*Porta Eccleſiæ, & quæ ipſis ſunt contigua, gaudent immunitate illius, n.* 20.

*Iuris peritus non debet hærere in reſponſo, etiamſi non reperiat legem, vel Doctorem decidentem caſum, n.* 21.

*Iudicibus ſpectat iudicare, & ius ſuum ſecundum regulas iuris vnicuique tribuere, num.* 22.

*Latro ſimplex gaudet immunitate Eccleſiæ, non vero publicus, n.* 23.

*Publicus latro ille dicitur, qui deprædatur palam, & publice, vel per inſidias in via publica, n.* 24.

*Latro publicus, vt quis dicatur, non ſufficit quod ſit publicus præſumptiue, ſed vere, & realiter, vt immunitate Eccleſiæ, priuetur, n.* 25. *&* 28 *&* 34.

*Sententia Iudicis manifeſtat delictũ provt in accuſatione continetur, ſed non vltra, n.* 26. *&* 30.

*Sententia facit rem notoriam ſecundum id, quod in accuſatione continetur, n.* 27.

*Reus ſi confiteatur latrocinium in iudicio, nõ ex eo priuari debet immunitate Eccleſiæ, quia ex eo non dicitur publicus latro, n.* 28

*Immunitate Eccleſiæ, vt latro priuari poſſit, conſtare debet eſſe vere latronem publicum, & non ſufffcit præſumptiue, n.* 29.

*Extẽſio de caſu ad caſũ fieri nõ debet, ad effectũ, vt delinquẽs gaudeat immunitate, n.* 30.

*Latrones furantes in domibus priuatis per vim, an dicantur publici, n.* 31.

*Latrones furantes in domibus priuatis pluries per vim, dicantur publici, n.* 31.

*Lex munipalis ſi condemnet ad mortem quẽcumque latronem, non ex eo priuandus eſt immunitate Eccleſiæ, n.* 32.

*Principes ſeculares licet poſſint diſponere circa vitam hominum, non tamen circa immunitatem Eccleſiæ, n.* 33.

*Immunitas Eccleſiæ ampliari debet, & non poteſt tolli, niſi in caſibus in iure expreſſis, n.* 34. *&* 77.

*Latro publicus ex ipſo furto diuerſimode iudicandus eſt, quam latro effectus publicus ex ſententia, n.* 35.

*Bulla Gregorij* XIV. *circa immunitatem Eccleſiæ eſt vſu recepta in Aragonia, & Catalonia, quoad qualitates delictorum, in illa contentorum n.* 36. *licet quoad alias ſolemnitates non ita, n.* 37.

*Conſtitutio, ſeu lex habens plura Capitula*



X 3 *diſtin*

diſtincta poteſt eſſe vſu recepta in aliquibus, licet in aliis non obſeruetur, numero 27.

Captus propter delictum, vt in carceribus reponatur ſi ſè eximat è, manibus familiæ, & ad Eccleſiam confugiat, gaudet eius immunitate, n. 38.

Frangens carcerem, ſi in Eccleſiam ſe conferat, gaudet eius immunitate, etiamſi efficiat poſt ſententiam condemnatoriam latrocinij, n. 39.

Cadauer iudiciati ſide furca ſit ereptum, & ad Eccleſiam aſportetur, gaudere debet immunitate, n. 40. & ſeq.

Condemnatus ad tiremes, & ibi exiſtens, ſi ab eis aufugiat, & in Eccleſiam ſe conferat, gaudet i llius immunitate, numero 40. & 41.

Fuga illius qui erat in triremibus, adimplens pœnam, non eſt illicita, ſi ſe conferat in Eccleſiam, ad finem gaudendi illius immunitate, n. 42. & 51.

Vim vi repellere licet reſpectu illius, qui vim intulit, non vero tertij, non inferentis illam, n. 43.

Immunitas Eccleſiæ habet reſpectum ad ſeipſam, & ad ſe recipientem in ea, numero 44.

Reus ſi ad carcetem, vel ad ſupplicium defertur, & liberetur ex manibus Miniſtrorum & ſe ad Eccleſiam conferat, vel ab alio ſit ductus, gaudet illius immunitate n. 45. & 46. & 50.

Reus ductus ad carcerem per ſatellites, ſi liber ex eis non ingrediatur in Eccleſiam; ſed in poſſe eorum, non gaudet illius immunitate, n 46. & 50.

Fauor Eccleſiæ conceſſus hominibus viuentibus, conceditur etiam mortuis, numero 47.

Cadauer Clerici mortui gaudet non ſolum priuilegio canonis, verum & etiam fori; eodem modo ac ſi viuus eſſet, numero 48.

Reus dum eſt ſuſpenſus in furca, vel ſaltem per ſpacium 24. horarum exiſtit ſub dominio, & poteſtate Iudicis, qui mandauit exequi ſententiam, n. 49. quod intellige, vt n. 50.

Captus & in carceribus detentus ſubeſt poteſtati & iudicio iudicum, non tamen ſi ad Eccleſiam confugiat, n. 51.

Eccleſia iniuſtis non fauet, n. 51.

Immunitate gaudet qui ſe eximit è manibus ſatellitum, & ad Eccleſiam confugit, etiamſi id violenter efficiat, numero 52.

Ius habet quicumque ad vitam, libertatemque ſuam tuendam, n. 53.

Qui rem ab alio furatam apud ſe retinet, & non vult eam domino reſtituere, facit contra Iuſtitiam, n. 54.

Reus pro ſui defenſione habet ius violenter ſe extrahendi à manibus Curiæ, & ad Eccleſiam confugere, vt eius immunitate gaudeat. n. 55.

Eccleſia præſtat auxilium ſuum cuicumque Reo, ad eam libere confugiendo, vt ipſius immunitate gaudeat,

Exiens à carcere ſub iuramento redeundi ad eam, ſi confugiat ad Eccleſiam, gaudet eius immunitate, n. 57.

Extractus, è manibus curiæ, etiam violenter, ex territorio vnius Principis, & ſe recipiat in territoriū alterius, gaudet immunitate illius territorij, in quod ſe recepit, nec requiſitus tenetur Reum reſtituere, numero 58.

Delinquens qui ſe eximit è manibus familiæ, licet prius ſit in manibus illius, ſi in Eccleſiam confugiat fit de eius poteſtate, & Iuriſdictione, n. 59.

Opinioni Doctoris tractantis, & diſputantis materiam ſtandum eſt, quando lex non reperitur, quæ caſum decidat, numero 60.

In materia immunitatis Eccleſiæ, ſtandum eſt opinioni doctoris, ex profeſſo agentis de illa, n. 61.

Princeps ſolus poteſt dare licentiam ſepeliendi cadauera punitorum, dum ea exiſtunt ſub illius poteſtate, n. 62.

Reus non tenetur manere in carcere, vel in trirremis, cum Iudicis ſit curare, vt vi maiori detineatur, ne fugiat, n. 63.

Reus ad implendā pœnam, ad quam fuit condemnatus, nouus conſideratur homo, numero 64.

Detentio cadaueris illius, qui in furca fuit ſuſpenſus, magis tendit ad terrorem aliorum, quàm ad punitionem ſuſpenſi, numero 65. & 68.

Sententia Iudicis attendi debet, non vero lex quæ aliud iubet, in quo cenſetur facta abſolutio, n. 66. & 69.

Quod quis verbo non expreſſit, non videtur mente cogitaſſe, n. 67.

Rei criminoſi aſportanti ad Eccleſiam, etiam per vim gaudente ius immunitate, numero 68.

Immunitas Eccleſiæ non ſolum conſideratur reſpectu delinquentis, vel perſonæ confugientis ad eam, ſed etiam reſpectu ipſius loci ſacri, n. 69.

Delinquentes non defenduntur ab Eccleſia ſed illi tantum qui digni ſunt eius immunitate, n. 70.

dauer puniti ad mortem priuatur ſepultura, donec Princeps eam concedat, quia eſt addictum Fiſco, n. 71.

Quod intellige, vt n. 72.

Priuatus ſepultura Eccleſiaſtica non ex eo priuatur immunitate Eccleſiæ, numero 72.

Iudei & alij infideles gaudent immunitate Eccleſiæ, ſi ad eam confugiant, numero 72. & 73.

Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ gaudet eius immunitate, ſi ad ipſam confugiat, numero 73.

Priuilegium immunitatis Eccleſiæ principaliter tendit in eius honorem, & ratione loci conceditur, n. 74.

Qualitas reſultans ex delicto extinguitur per complementum pœnæ, n. 75.

Accidentia morte extinguntur, n. 76.

Immunitas Eccleſiæ tamquam fauorabilis extendi debet, n. 77.

Immunitate Eccleſiæ non debet quis priuari niſi in caſibus in iure expreſſis, numero 78.

Extenſio de caſu ad caſum non debet fieri, circa diſpoſita in Bulla Gregorij XIV. quoad immunitatem Eccleſiæ, numero 79.

Immunitati Eccleſiæ in dubio fauendum eſt, & pro illa iudicandum, n. 80.

Epiſcopus ſi tradiderit Curiæ Seculari Reum, qui aliàs gaudere debebat Eccleſiæ immunitate peccat mortaliter, & incurrit in alias pœnas, n. 81. & 82.

Epiſcopus ſi tradat Curiæ Seculari Reum, qui aliàs gaudere debebat immunitate, maximam iniuriam infert ipſi Reo, & Eccleſiæ, n. 82.

Fori Aragonum valde fauent immunitati Eccleſiarum, n. 83.

Cancellarius competentiarum in Aragonia ſi intra tempus præſcriptum à foris non ferat ſententiam, declarata remanet pro Eccleſia, n. 83.



# Votum VIII.

1 CVm Petrus Sanchez fuiſſet per Regiam Audientiam condemnatus ad mortem naturalem in proceſſu ſtatutario, propter latrocinij delictum; die 5. Septembris præſentis anni 1653. hora quarta poſt meridiem fuit in furca ſuſpenſus; cadauerque ramanēte in ſupplicio, ſequenti die ad auroram repertum fuit ad oſtium Parochialis Eccleſiæ Sancti Pauli, in vltimo gradu, foribus propinquioti, à quo loco de mandato Illuſtriſſimi D. Gubernatoris, & Præſidis, fuit extractum, & ad locū ſupplicij aſportatum, vbi iterum in patibulo fuit ſuſpenſum contradicentibus, & proteſtantibus Clericis, & beneficiatis illius Parochiæ, ibidem exiſtentibus, antequam extraheretur qui certiorantes Illuſtriſſimū & Excelentiſſimū D. D. Ioannem Cebrian Archiepiſcopum à Conſiliis ſtatus ſuæ Maieſtatis, ſtatim medio ſuo Vicario Generali mandatum conceſſit directum prædicto Domino Gubernatori, eiuſque Ordinario D. Aſſeſſori, monendo, & requirendo, quatenus cadauer reſtituerent Eccleſiæ prædictæ, cuius immunitas violata reperiebatur, quod ſi aliquod habebāt dubiū, cōpetentiam formabat cū nominatione Arbitri, iuxta requiſita foralia, & ambobus fuit intimatū, & facta ab ipſis appellatione à mandato, Arbitrum nominarunt, & formata competentia provt de foro; cum ipſi Arbitri inter ſe non conuenirent, cauſa fuit ad me deuoluta; proceſſuque fabricato, & ſeruatis ſeruandis, cum iam eſſemus in vltimo termino proferendi ſententiam ex parte Iuriſdictionis Regiæ fuerunt contra me præſentatæ ſuſpenſiones tenoris ſequentis.

*Pareciò el Magnifico, y amado Conſejero de ſu Mageſtad en el preſēte Reyno de Aragon, el Doctor Iuan Antonio de Coſtas, Abogado y Procurador Fiſcal de ſu Mageſtad, en el preſente Reyno; y alegò; que ahora nuebamente, y de nuebo ha legado a ſu noticia, que el Padre Fr. Thomas Frances de Vrrutigoyti, Lector Iubilado, y Guardian del Conuento de IESVS deſta Ciudad, ha ſido conſultado en eſta cauſa, por parte del Señor Arçobiſpo de ſaragoça, y ſu Iuriſdiccion Eccleſiaſtica, y ha dado ſu parecer por eſcrito, reſpondiendo a dicha conſulta, la qual por parte del dicho ſeñor Arçobiſpo, para informar el animo de V.S. y declarar ſu pretenſion, ſe ha entregado a V. S. con los demas papeles de conſultas, e informationes de ſus Abogados y a mayor cautela, haze fè d'el, en el preſente proceſſo, y por quanto dicho P. Fr. Thomas Frances de Vrrutigoyti es hermano de V.S. y ambos hijos legitimos de vnos miſmos Padres lo qual dexa a Iura deciſſoriamente de V. S. Por tanto dicho ſeñor Abogado Fiſcal, por dichas cauſas de ſoſpecha las propone ante V S. y las aduera mediante Iuramento, y que las tiene por verdaderàs y no fingidas, y que no las propone malicioſamente, ni con animo de dilatar la cauſa, ſino de conſeguir Iuſticia, y Iuntamente las dexa a Iura de V.S. como tiene dicho, y ſupplica declare,* teneri ad iurandum. *Y con eſto aſſimeſmo ſupplico, que atento lo dicho, y la diſpoſicion foral que prohibe, ſea iuez en la cauſa la* 2

*perſona, cuyo hermano fuere Abogado, o, huuiere aconſejado, o, dado ſu parecer en ella, declare V.S. que no puede ni deue interuenir en eſta cauſa, ni en ella dar ſentencia, alias proteſta*:Et ſtatim actu continuo; Reſpon-
3 di:ad ea quæ iuramēto meo deciſorio deferebantur, & præſtito eo dixi; *Que es verdad, es mi hermano el Padre Fray Thomas Fran ces de Vrrutigoyti, y ambos hijos legitimos de vnos miſmos Padres, y que ſi ha ſido, o, no conſultado lo ignoraua; pero que es verdad, que ētre otros papeles que me han ſido dados por parte del Fiſco Eccleſiaſtico; ay vno que concluye Fr. Thomas Frances de Vrrutigoyti lector Iubilado, el qual eſta eſcripto de imprenta, per iuramentum.*

4 Remanentibus cæteris in deliberatione, Procuratores Fiſcales petierunt, ne currerent duæ horæ, quæ deficiebant ad complementum temporis, à foro ſtatuti, (quod de momento ad momentū cōputatur) ne eo cōpleto ſine declaratione cōpetentiæ, illa pro Eccleſia remaneret, iuxta forum primum titulo *de las competencias*; quibus omnib us ſuſpenſis; die trigeſimo Octobris hora ſecunda poſtmeridiem, inſtante Procuratore Fiſcali Eccleſiaſtico
5 declaraui. Non cucurriſſe tempus illarum horarum deficientium, tamquam legitime impeditis, & exinde illas eſſe reintegrandas, & quoad ſuſpicionem ſimiliter pronunciaui, non obſtare ex ſequentibus. Ad quorum intelligentiam libuit tranſcribere verba fori. Por quanto, ſub titulo de Iudiciis, in quibus fundamentum ſit, quæ talia ſunt.

6 *Por quanto no es coſa iuſta, ni condecente que en la cauſa propia del Padre, ni que ſia en alguna otra Aduocado, que el fijo deua aſſiſtir, conſellar, votar ni judicar, ni en la cauſa propia del fij, o, ſia Aduocado en alguna: el Padre deua aſſiſtir, conſellar, vota, ni judicar. Por tanto la ſeñora Reyna de voluntad de la dita Cort, ſtatueze, & ordena que en las cauſas que ſe agitaran, è leuaran, aſſi en la Corte del juſticia de Aragon, è de ſus Lugartenietes como en otra qualquiere en la cauſa propia del Padre, o ſia Aduocado en alguna, que el fijo no ſea admiſſo en conſello de los ditos juſticia, è Lugartenientes a votar: ni conſellar en aquella, è ſi la cauſa es propia del fijo, o es Aduocado en alguna, que el Padre no pueda ſeyer admeſſo en conſello de los ditos juſticia, e Lugartenientes, a votar, ni conſellar.*

7 Quo ſuppoſito ſuſpicionem propoſitam nō releuare in præſenti pronunciandum eſt, provt ita declaramus; licet enim forus vnicus ſub tit. de ſuſpicione Iudicum de anno 1585. extendat ad fratrem, quod ſtatutum erat in dicto foro *Por quanto*, & finali tit. de Iudiciis, reſpectu patris, & aliorum; attamen ſi verba dictorum fororum attente inſpiciantur, non comprehendunt præſentem caſum: Nam loquuntur, & ſolum interdicunt, vt filius vel pater non poſſint *aſſiſtir, conſellar, ni judicar* in cauſis, in quibus illi fuerint Aduocati, itaque verbum illud, *conſellar*, intelligitur, & proprie adeſt, actiue, non vero paſſiue, hoc eſt ad actum Iudicis, non tamen ad actum patris, vel filij, & cæterorum, tanquam Aduocatorum, qui eſt genuinus ſenſus dicti fori, 8
& cum deuiet, vel repugnet iuri, non debet extendi, vltra id quod, expreſſe decidit. Seſſe *deciſ.* 200. *num.* 1. *&* 2. *præcipue n.* 7. *prope finem, & deciſ.* 441. *num.* 2. 29. *&* 33. *& deciſ.* 415. *n.* 3. quem ſequitur cum pluribus Suelues centur. 1. *conſ.* 23. *num.* 6. *&* 7. vbi allegat exemplaria.

Vnde cum de iure, & foro Regulari- 9
bus (& præcipue Franciſcanis) prohibeatur munus Aduocaturæ ad tradita per Doctores *in cap. 1. de poſtul.* Barboſ. cum pluribus *lib. 1. de iure Eccleſiaſti. cap.* 43. *numero* 41. *per tex. in cap. Monachi el ſegundo* 16. *quæſt.* 1. ſequitur quod verbnm illud, *Aduogado* nullatenus poteſt intelligi; neque verificari in dicto fratre, tamquam incapaci Aduocaturæ.

Secundò, quia de foro illi tantum poſ- 10
ſunt dici, Aduocati, qui fuerint graduati in iure Canonico vel Ciuili, & deciditur *in foro vnico de anno* 1564. *ſub titulo, Que el Vicecanceller, los otros oficiales, y Aduogados ayan de ſer graduados en vniuerſidad aprobada* Vnde cum Religioſi Franciſcani ſint incapaces per ſuam regulam graduum, 11
& frater Frances nec antea, nec poſt ingreſſū Religionis habuerit gradū, ſequitur quod nec propriè, nec impropriè intelligi poteſt in eo verbū illud, *Aduogado*,

Nec ſimiliter tamquam conſiliarius poteſt aliquo modo ſuſpenſionem inducere (etiam dato, ſed non conceſſo, quod in fo- 12
ro haberet aliquam comprehenſionem) nam prohibitus aduocare; non prohibetur in Camera, & in ſcripti s conſulere, etiamſi ſit Clericus, pro Curia Seculari, vt tradunt Portoles innumeros referens *verbo, Aduocatus num.* 80. & Barboſ. *vbi ſupra cap.* 40. *num.* 89. vbi allegat octo Doctores idem tenentes, & *in collectanea ad tex. in cap. cum Sacerdotis, num.* 6. *&* 7. *de poſtul.* vbi probat cum Tiraquello *ad l.* 11. *connubi, num.* 28. quod licet mulieres prohibeantur de iure poſtulare ex *l.* 1. *§. ſexum, ff. de poſtulando,* 13
non tamen ſunt prohibitæ, vt in Camera conſulere valeant.

Quod



4 Quodque, adeo verū eſt, quod nec propalatio animi facta non vt iudex per hæc verba dicēs *aliquā ex partibus iuſtitiā fouere*; nō ex eo à iudicādo repellat, vt expreſſe tradit Seſſe *deciſ.* 415. *n.* 19. vbi ita iudicatum fuiſſe refert; ſequitur ergo à maioritate rationis illud ſcriptum non poſſe aliquam ſuſpicionem generare in Iudice n præſenti caſu.

15 Accedit prædictis, quod & ſi ſtatutum prohibeat aduocare, non prohibet allegare in ſcriptis, vt cum Iaſone *in l.* 1. *ff. de verb. obligat.* tradit Ludouicus Romanus *ſingul.* 264. quod extendit, etiamſi Aduocatus ſit, aſſalariatus, ex Aluer. de Roſa in p. 1. ſtat. q. 162. & additio ad dictum Ludoui. Rom. vbi ait. Quod licet ſtatutū vniuerſitatis prohibeat ne Doctores legentes poſſint aduocare contra ſcholares, non prohibentur allegationes in ſcriptis facere,
16 nec conſilium dare in Camera, & quod poſſunt id libere facere ex ea ratione; quia aduocare eſt pandere deſiderium alienum in iudicio *l.* 1. *§.* 1. *ff. de poſtul.* vbi notant Bartol. & Doctores *in l.* 1. *§. Aduocatos ff. de variis & extraordinar is cognitionibus,* ibi & Gloſſa *verbo quoquomodo*, Cepola *caut.* 156. *&* 186. ergo in noſtro caſu etiāſi in dicto foro penultimo aliqua adeſſet comprehenſio (quæ non ad eſt vt dictum eſt) adhuc non erat prohibitio, vt in ſcriptis vel in Camera poſſet conſulere.

17 Quæ omnia in hoc Tribunali de plano procedunt, nam iuxta diſpoſitionem fori primi de la competencia, in eo admittitur, vt Cancellarius poſſit iudicare *ſegun Dios, y buena conſciencia*, quæ operantur, vt ſola veritate attenta, iudicialiter, vel extra, poſſit, & debeat procedere, iuxta doctrinam traditā à Eſcobar à Corro *de vtroque foro to.* 1. *in prin. à n.* 53. *cum ſequen.* optime Pertoles *in ſcholiis ad dictum forum primum n.* 41. quem ſequitur Suelues *in ſemicent* 1. *conſ.* 10. *num.* 16. & ita pronunciaui pro Regia iuriſdictione die 14. Iunij proxime præteriti præſentis anni in proceſſu procuratoris Fiſcalis Eccleſiaſtici, & Emanuelis de Vera.

18 Quapropter cum hæc facultas mihi ſit conceſſa non poterit impediri, vt tam de facto, quam de iure, verbo, vel ſcripto veritatem perquiram, ſine nota ſuſpicionis, & ſine contrauentione fororum in caſibus, in quibus id non exprimunt, & ita pronunciamus. &c.

Nec mireris, Lector, hanc ſuſpicionum declarationem per memet ipſum pronunciatam eſſe, non vero per Arbitros; provt de iure videtur requiri ex diſpoſitione *textus in cap. ſuſpicionis* 39. *de officio delegati,* ibi communiter D.D. Suar. de Paz. *in praxi to.* 2. *p.* 2. *cap.* 6. *n.* 10. *& ſequen.* Et ex his quæ late congerit cum pluribus Giurba deciſ. 54. num. 2. cum ſequen. quod attento iure communi deplano procedit: Verum in hoc Aragonum Regno, contrarium per legē particularē ſtabilitū reperitur in obſeruātia itē nota ſub tit. de probatiō. facien. cum charta per hæc verba: *item nota, quod ſi Iudex vt ſuſpectus recuſetur, ipſe idem poteſt & debet cognoſcere de iſta cauſa ſuſpicionis, & ſuper ea pronunciare de conſuetudine Regni,* &c. & ita teſtatur noſter practicus Michaël del Molino in verbo, *Iudex, fol.* 190. *verſ. Iudex Ordinarius*, optimè Portoles *in eodem verbo, n.* 41. qui poſtquam *num.* 42. cum pluribus dixit, quod de iure communi debeant Arbitri nominari, ex *l. apertiſſimè*, vbi communiter DD. *ff. de iudiciis. cap. cum ſpeciali, de appellat.* concludit; quòd licet de iure communi ita obſeruari debeat; attamen quod in noſtro Regno ſupradictam Molini opinionem omnino in praxi tenendam eſſe, non ſolum in omnibus Iudicibus Ordinariis, verum & etiam in conſiliariis Regiæ Audientiæ, taliter quod ſi aliquis ex eis fuerit, vt ſuſpectus recuſatus, ipſemet ſimul cum aliis collegis ſuis de cauſa ſuſpicionis iudicat, in eaque ſuum votum præſtat, quam praxim etiam in Gallia obſeruari teſtatur idem Portoles ibidem, de qua Ioan. Coſta *ad ll. Galliæ art.* 10. *fol.* 34. Aymon Publicio *in conſuet.* Alber. *tit.* 5. *art.* 1. *num.* 13. *fol.* 13. Rebuff. *tom.* 3. *fol.* 151. *gloſſ.* 3. *num.* 1. *& ſequentibus.* Iodocus *in pract. ciuili. cap.* 125. *in fine.*

Et licet in Curia Iuſtitiæ Aragonum contrarium obſeruetur, hoc tamen, vt ex eo, quia adeſt forus particularis de anno 1564. ſub tit. de las ſoſpechas, ita diſponens, vt tradunt Portoles *vbi ſuprà num.* 44. Regens Seſſe *deciſ.* 41. *num.* 10. *&* 11. circa finē, & ideo in locumtenentibus Iuſtitiæ Aragonum diuerſa praxis habetur, Bardaxi *in foro* 17. *tit. del reparo del conſejo de la corte del juſticia de Aragon, verſ. item poteſt Arbitrari,* Seſſe *deciſ.* 200. *num.* 11. & apertè ambo omnio prædicta docent per dictam obſeruantiam de probationibus faciendis cum charta, ponderando illa verba, *Ipſe idem poteſt, & debet*; quæ inducunt neceſſitatem. *l. ſi Prætor, in princip. ff. de edendo. l.* 1. *§.* 1. quod quiſque iuris gloſſ. in Clementina attendentes, *in verbo, Debeant, de ſtatu Monach.* Barboſ. plures referens *in tract. de dictionibus vſufrequent. dict.* 77. *num.* 1. *&* 3.

Vnde cum Cancellarius Competentia-

rum

rum ſit propriè, & verè Iudex Ordinarius reſpectu cauſarum, quæ ad eius cognitionem pertinent, cum omnia requiſita, & qualitates neceſſariæ veri Iudicis Ordinarij in ipſo verificentur, ex latè deductis cum pluribus per Barboſam *in Rubric ad tit. de Officio Iudicis Ordinarij, n. 2. cum ſequent.* ſequitur exinde, diſpoſitionem dictæ Obſeruantiæ item nota eum comprehendere. Quæ omnia licet tam de plano non procederent, in præſenti caſu ſine dubio ad me pertinebat declaratio, cum in ipſa pars recuſans multoties ante & poſt recuſationem id petierit, & ſupplicauerit, vt patet ex memorialibus *ſuprà relatis num. 2. & 5* Ex quibus omnibus, tam ex diſpoſitione fororum præſentis Regni, quàm ex conſenſu partis potui, & debui pronunciare cauſas præſentis ſuſpicionis.

19 Qua declaratione lecta, & publicata per me coram Conſiliariis, deuentum fuit ad pronunciationem, & ſententiam cauſæ principalis, & duo ex Dominis conſulentibus, ſcilicet Conſiliarij Regij fuerunt voti, & opinionis, competentiam Iudicis ſæcularis locum habere, & de iure procedere; alij verò duo pro Eccleſiaſtica Iuriſdictione, è contra decreuerunt; Competentiam ſcilicet Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere, & tam primi, quàm ſecundi variis rationibus, & motiuis ſuas ſententias reuocarunt, vt latiùs patet in præſenti libro Competentiarum. Vnde hinc inde copioſè allegatis, & auditis, tam verbo, quam ſcriptis, adhæſi voto, & opinioni duorum Conſulentium pro Eccleſia, & ita declaraui, Competentiam Iudicis Eccleſiaſtici, locum habere, & de iure procedere ex ſequentibus fundamentis.

20 Certum eſt enim, portas Eccleſiæ, & quod ipſis eſt contiguum, immunitate gaudere, vt patet ex text. *in cap. ſi quis contumax 17. q. 4.* & pluribus relatis tradit Barboſ. in terminis noſtri caſus de ſcholis, quæ ſunt Eccleſiæ annexæ, *lib. 3. vot. deciſ. vot. 117. n. 22.* & ita quod locus fuit ſacer, non fuit dubitatum.

21 Quare cum caſus præſens ingenia torſerit (non enim reperitur in terminis, & in indiuiduo, neque diſputatus, neque deciſus) ideò præciſè recurrendum eſt ad ea, quæ ſunt magis conformia iuri, & foris noſtri Regni, & maiorem connexionem, & ſimilitudinem cum noſtro caſu habent; iuxta doctrinam Decij *in cap. cum in cunctis, in princip. n. 32. de elect.* quem ſequitur Lotterius *de re benef. lib. 1. in apparat.* vbi docet,
22 Iuriſperitum non debere hærere in reſponſo, & deliberatione, etiam quod neminem reperiat, qui in ſpecie decidat; cum poſſit ipſe ex ſe reſoluere, aliàs excluderetur hæc qualitas ab ipſis iuris luminibus, qui ſunt propriiſſime Iudices, ad quos ſpectat iudicare, & ius ſuum, ſecundum regulas iuris, vnicuique tribuere, cui adſtipulatur Portel. *de dubiis Regularibus, verbo, Profeſſio Hermaphroditi, in additione ad additionem, in vlt. quæſito, n. 13.* vbi cum quidam caſus nouus ab eo eſſet decidendus, ita concludit cum Comitolo *in 1. p. de contract. in communi cap. 10. per totum*: Cum igitur noui caſus ſint iudicandi, vel ex ipſa æquitate quæ ſupplet, vel moderatur leges, teſte Comitolo, vel ſint decidendi ex deciſione caſuum ſimilium. Credo, &c. ideo ex ſequentibus fundamentis, ita fuit per me pronunciatum.

Et in primis reſtringendo articulum, vi- 23
dendum eſt, an ſi Petrus Sanchez viuus confugiſſet ad Eccleſiam, poſſet eius immunitate gaudere, vt exinde colligere poſſimus, an mortuus eodem priuilegio vtatur; & dicendum eſt, ipſum gaudere, tam viuum, quam mortuum, licèt enim condemnatus fuiſſet, vt latro, non tamen, vt publicus, prout requirit Bulla Gregorij XIV. in Bull. Cherubini *tom. 2. Conſtit. 7.* ibi: *Si fuerint publici latrones*, &c. Quia tunc dici- 24
tur quis publicus latro ad hoc vt immunitate priuetur, quando deprædatur palam, & publicè, vel per inſidias in via publica, vel in Altari: ita in terminis Bullæ, tradit Tancredo *de Relig. tract. 1. lib. 4. diſp. 7. q. 5. n. 6. fol. 135.* aut flumine, vt cum Azor, Scorza, Deciano, & aliis pluribus probat Thomas
Delbene *in tract. de immunit. tom. 2. cap. 16.* 25
*dub. 13. num. 2. & ſequent.* vbi *num. 5.* ſubdit, Immunitate, non eſſe priuandum latronem publicum præſumptiuè, vel dubitatiuè, ſed requiri, quod verè, & realiter publicus latro dicatur, quod fieri debet parte citata, & cum informatione, & ſententia, declarante illum eſſe publicum latronem, ad quod allegat Decianum, & Farinac. idem tenentes. Sed in noſtro caſu Petrus Sanchez fuit tantam condemnatus ad mortem naturalem ſimpliciter, quia latro, ob furtum commiſſum de nocte, & clandeſtine; ergo non potuit in eo verificari qualitas publicitatis requiſitæ à Gregoriana.

Neque obſtat, per ſententiam, & illius 26
executionem iam publicatum fuiſſe delictum, & ſic publicum latronem effectum: Negatur enim, hoc illum publicum latronem effeciſſe, ad effectum de quo agitur; hoc eſt vt non gaudeat immunitate, nam ſententia ſolum eum declarauit delinquentem delicti, de quo fuit accuſatus, non tamen



effecit, latronem alterius qualitatis, quam in radice, & in ſententia erat expreſſum ex his quæ tradit Eſcobar à Corro *de puritate, & nobilitate q. 13. §. 2. n. 35.* & licet ſententia faciat rem notoriam, hoc tamen eſt præſumptiuè, & ſecundum id quod in accuſatione continebatur, vt communiter tradunt Doctores ad intellectum Bullæ Gregorij XIV. Lezana *p. 3. ſummæ verb. immunitas, n. 8.* Tancretus *de Relig. tract. 1. lib. 4. q. 5. num. 7. fol. 136.* vbi reprehendit Barboſ. in hæc verba: *Non placet dum ait, confitentem latrocinium in iudicio, ſi poſtea cum furto deprehendatur, non*
28 *gaudere immunitate; nam verè hic publicus latro non dicitur moraliter ad terminos Bullæ*, &c. Ad idem videndus Decianus *lib. 6. cap. 28. num. 2.* ergo ad priuandum aliquẽ immunitate, verè debet in eo verificari qualitas latronis publici, vt cum Sanchez *tom. 2. conſ. lib. 6. cap. 1. dub. 8. n. 14.* & Lezana tradit Delbene *in d. cap. 16. dub. 13.* per
29 hæc verba: *Vt quis immunitate Eccleſiæ priuetur, conſtare debet, eſſe latronem publicum, neque ſufficit præſumptio, vel dubitatio, quia non præſumptè latro publicus, ſed verè latro publicus immunitate priuatur*, &c. Idem
30 etiam tradit Tancredo *ſuprà num. 10.* per hæc verba: *Nec ex eo quod Pius V. hos, latronibus publicis æquiparauit, facienda eſt in hac Bulla extenſio, quia eſſet extendere ſignificationem latronis publici, ad ciuilem acceptionem, ſeu iuridicam, quam fieri poſſe negauimus, num. 4. ſupra*, &c. Ergo cum hic latro, ex delicto non fuerit ex exceptis in Bulla; per notorietatem ſententiæ non potuit priuari immunitate, cum ſententia non fecerit eum latronem publicum prout in Bulla, ſed latrocinium ab ipſo perpetratum ciuiliter declarauerit, & ſic non eſt latro publicus de exceptuatis in Bulla.

31 Nec facit contra prædicta, aliquorum Doctorum opinio aſſerentium, illum publicum latronem reputari, qui in domibus priuatorum per vim furatur, quia hæc ſententia ab ipſis intelligitur de latrone furante in domibus priuatis non ſemel, aut bis, ſed pluries, vt per Ferrer. *p. 3. obſeruat. cap. 238. n. 2.* Dianam *p. 6. tract. 1. reſol. 15. verſ. Aduertendum*, Pegueram *deciſ. 40. n. 7.* Tancredum *d. num. 7.* & communiter DD. de hoc articulo agentes: Ergo cum Sanchez ſolum de vnico furto de nocte in domo priuata fuerit accuſatus, & ex eo ritè, & rectè; iuxta diſpoſitiones forales ad mortem condemnatus, non tamen ex eo deducitur, immunitate priuandum; nam licèt fortaſſe alia perpetraſſet latrocinia; cum tamen ſententia, & præconia non publicarent illum latronem publicum, nec vt talis eſſet condemnatus, non poteſt ipſi ea qualitas adaptari, & exinde non probari publicitatem, provt Doctores proximè relati requirunt.

Maximè quia licèt ſtatutum, vel lex 32
municipalis condemnent latronem ad mortem pro vnico furto, non ex eo priuari debet immunitate, vt in terminis practicæ Cathaloniæ reſoluit Peguera *in d. deciſ. 40. n. 7. verſ. quinimo*, & in Sicilia vigore Regiæ pragmat. Diana *tom. 6. tr. 1. reſol. 15. verſ. Aduertendum*, vbi ad idem allegat Ambroſinum, & Peregrinum, & idem teſtatur de eadem Pragmatica Delbene *in d. cap. 16. diſp. 13. num. 15.* per hæc
verba: *Dices, in aliquibus Regnis*, &c. *quiſe-* 33
*mel deliquit, delicto quo ſuprà* (*loquitur de latrone*) *vita priuatur, ergo & immunitate Eccleſiarum etiam priuatur. Reſpondetur nego conſequentiam, & diſparitas eſt, quia Principes licet poſſint diſponere circa vitam hominis, non tamen poſſunt diſponere circa immunitatem Eccleſiarum*, &c.

Cum ergo immunitas ampliari debeat, 34
non poteſt tolli, niſi in caſibus in iure expreſſis, vt per Farinacium *in appendice de immunitate cap. 2. num. 21.* Ambroſinum *eodem tract. cap. 10. num. 7.* & alios plures relatos per Delbene *tom. 2. in dict. cap. 16. dub. 3. num. 4.* Nec extenſio fieri poteſt ad alios ſimiles, Tancredo *d. lib. 4. diſp. 8. q. 6. per totam, fol. 145.* & exinde verbum illud, *Latro publicus*, debet intelligi in proprio ſignificatu, & vt ſuperius diximus, non præſumptiuè, ſed propriè, quod cum in prædicto Sanchez propriè verificari non poſſit, ſed præſumptiuè, per conſequens dicendum eſt, quod ſi ipſe viuus ad Eccleſiam confugiſſet, non erat ei denegan-da immunitas, pro delicto, pro quo ei iu-
ſtè fuit ſententia lata ad mortem; præci- 35
puè cum iſte non fuerit latro publicus ex delicto, ſed ex ſententia, & aliud eſt eſſe latronem publicum, aliud verò effici latronem publicum. Bulla enim tantum negauit immunitatem latroni publico, non verò ei qui effectus fuit latro publicus, qui eſt caſus ſententiæ.

Nec obſtat dicere, dictam Gregoria- 36
nam non eſſe vſu receptam, quia in præſenti Tribunali inconcuſsè de contrario conſtat, vt patet ex proceſſu Competentiæ Procuratoris Aſtricti præſentis Ciuitatis, contra Ioannem del Oſtal ſub die 28. Martij 1650. & in alio Franciſci de Napoles 16. Octobris, eiuſdem anni, & proceſſu

proceſſu Bartholomæi Gonzalez Oſçen.
ſub die 14.Aprilis 1651.& in aiio Ioan.
Emanu.Fanlo 21.Martij 1652.& nouiſſime
in proceſſu Emanuel. de Vera 14. Iunij
proximè præteriti præſentis anni 1653. in
quibus declaraui pluries pro iuriſdictione
Regia, ex eo quod competentia erat de
caſibus comprehenſis in dicta Bulla, ſunt-
que alia infinita exemplaria, vt patet ex
libro competentiarum, & de veritate hu-
ius propoſitionis vide Barboſ. *in trac de
exigen. penſ. p. 1. q. 8. num. 36. & ſequen.*
Thomam Delbene *tom. 2. de immunit. c.
16. dub. 6.* vbi late agit, an conſuetudine
ſit abrogata Bulla Gregoriana.

37 Et licet fatear, prædictam Conſtitutio-
nem in aliquibus non eſſe vſu receptam,
veluti, quod Reus non reſtituatur ad Ec-
cleſiam, donec contentio declaretur, & in
illo priuilegio triginta paſſuum, &c. hoc
tamen non infringit, quo minus exequi,
& practicari debeat in his, in quibus vſu
eſt recepta, quoniam quando Conſtitutio,
ſeu lex habet plura capitula diſtincta, ſu-
per diuerſis rebus, & quoad vnum, vel al-
terum capitulū non fuerit recepta, quoad
illa non ligabit, bene tamen quoad altera,
vt cum Valentia, Nauarro, & Salas tradit
Salgado *de ſupplicat Bull. p. 1. c. 2. num. 144.
& 145.* & in terminis noſtræ Gregorianæ
Fontanella *decſ. 583. numero 25. & 26.*
per hæc verba: *Sicut apud nos contigit circa
hanc Gregorianam, quam admiſſam, & ſe-
cundum eam in aliquibus iudicatum vidi,
non tamen quoad omnia, & ſignanter quod
attinet ad formam extractionis, & declara-
tionis. & alia quædam.* Vnde non eſt dubi-
tabile in hoc tribunali, quoad qualitates
delictorum ferendum eſſe Iudicium ad
terminos prædictæ Conſtitutionis, ex ſty-
lo, quidquid ſit de aliis circunſtantiis, &
ideo cum delictum pro quo fuit Sanchez
condemnatus nō ſit de exceptuatis (prout
patet ex ſuperius dictis) ſequitur, quod ſi
viuus ad Eccleſiam confugiſſet non pote-
rat ei denegari immunitas,

38 Ex his deducitur, quod neque poſt
mortem Nam eodem prorſus modo lo-
cum habere debet immunitas, enimuero
ſi aliquis fuerit captus, & ſe eximat liber,
è manibus Miniſtrorum in Eccleſiam cō-
fugiēdo, gaudet ipſius immunitate, vt tra-
dunt Guiurba *conſ. crimin.* 30. Gama *deciſ.
Luſitan.* 141. Paz *in praxi* 5. *cap. 3. §. 3. n.
40. & ſequen. to. 1.* Farinacius *de carceribus
q. 29. numero 44. & de immunit. cap. 15. num.*
196. Baradxi *in cōment. tit. de his, qui ad Ec-
cleſiam confugiunt num. 24.* Clarus *in praxi
crimin. lib. 5. § final. q. 30. n. 19. verſ. pone*
*familia*, & alij plures quibus adde nouiſſi-
me Tancredo *de religione tract. 1. l. 4. q. 6.
num. 47. fol.* 158. Hebia Bolanos *in Curia
Philippica* §. 12. *n.* 12. Merlinus 2. *controuer-
ſia 4. c. 56.* Diana *to. 6. tract. 1. reſol. 22.* quod
extendunt prædicti Doctores in eo qui au- 39
fugit carcerem, nam talis ſi in Eccleſiam
ſe conferat gaudebit immunitate, late
Tancredo *d. tract. diſp. 7. n. 11.* dicens om-
nino ita tenendum fol. 107.

Et quod magis eſt, etiam poſt ſenten-
tiam condemnatoriam ex latrocinio, vt
in terminis tradit Peguera deciſ. 61. in fi-
ne, vbi refert, quod cum tres condemnati
ad triremes in hac ciuitate Caſaraugusta-
na (ex quo ſequitur eſſe propter latrones,
cum hæc pæna eis ſolis de foro poſſit im-
poni) eſſent ducti ad executionem ſentē-
tiæ in Ciuitatem Barchinonen, euaſerunt
liberi è manibus officialium, & ad Eccle-
ſiam confugerunt; vnde formata compe-
tia die 21. Ianuarij 1605. cum voto ſeptem
Doctorum Regiæ audientiæ fuit declara-
tum pro immunitate Eccleſiæ, cui adde
Leſſium *de iuſt. & iure cap. 31. dub. 5.* ergo 40
eodem prorſus modo cadauer ereptum
de poteſtate Iudicum ſecularium gaude-
re debebit, etiam ſi per ſpatium 24. hora-
rum deberet exiſtere in furca, nam potiori
iure illi condemnati ad triremes exiſte-
bant ſub poteſtate iuriſdictionis Regiæ,
& nihilominus immunitas profuit, opti-
me Guiurba infinitos referens *conſ. 30.
num. 12.*

Accedit in fortioribus terminis, Reum
qui in triremibus erat adimplens pœnam 41
delicti, propter quod non gaudebat im-
munitate, ſi ab eis confugiat, & in Eccle-
ſiam ſe recipiat gaudere, immunitate, quia
delictum illud iam fuit in pœnam illam
commutatum, nec remanet iam, cum per
pœnam deleatur; vnde tantum eſt conſi-
deranda illa fuga, quæ non eſt illicita, vt 42
cum pluribus reſoluit Tancredo *in d. l. 4.
diſp. 8. ex numero 75. fol.* 164. quem omni-
no videbis, ergo multo magis ſuſpenſus
in furca ſi ad Eccleſiam aſportetur eius
cadauer, gaudebit immunitate, quoad ſe-
pulturam, cum eodem modo condemna-
tus ad triremes non condemnatur vt ſpō-
te ibi maneat ſed vt detineatur, vt opti-
me notauit Leſſius *de iuſt. & iure lib. 2.
cap. 31. dub. 5. verſ. idem, & potiori ratio-
ne*; ergo idem dicere debemus in ſuſ-
penſo in furca, qui non ſponte, ſed
inuitus exiſtit, & exinde ex ratione tra-
dita à Leſſio gaudere debet immuni-
tate.

Nec obſtat dicere, vim illatam eſſe ad 43
ter



terminos legis vt vim *ff. de Iuſtitia & Iure*
nā hæc regula non habet locum reſpe-
ctu tertij, ſed reſpectu illius, qui vim in-
tulit cui recte poteſt vi reſiſti, & ideo in
præſenti caſu dato, quod aliqua adeſſet
vis, hæc conſiderari debet quoad illos,
qui cadauer abſtulerunt, non vero quoad
Eccleſiam, quæ in hoc caſu conſidera-
44 tur tanquam vt tertia, non inferens vim
& cum immunitas habeat reſpectum ad
Eccleſiam, & ad ſe recipientem in ea,
Cancer. *var. reſol. p. 3. cap. 10. numero 96.
& ſequen.* Delbene *de immunit. tom 2. cap.
16. dub. 16 n. 7.* ſequitur ipſam nullam intu-
liſſe vim, cum in ea repertum fuiſſet ca-
dauer, & ratione loci habuit ius ad illud.

45 Maxime quia etiamſi violenter Reus
cum ad carcerem, vel ad ſupplicium duci-
tur, vel in eo exiſtit, eripiatur ab aliqui-
bus de manibus familiæ, aſporteturque in
Eccleſiam, ex ratione proxime tradita,
gaudet immunitate, teſte Gutierrez *lib. 3.*
practicarum q. 4. numero 10. vbi refert,
fabricatorem falſæ monetæ, condemna-
tum ad pœnam ignis; cui tempore exe-
quutionis ſententiæ laqueus cōtritus fuit,
& Monachi, atque Clerici vi ipſum in
Eccleſiam intulerunt, & conſuluit cum
aliis, immunitate non eſſe priuandum;
quod idem defendit late pluribus ratio-
nibus & argumētis Diana, omnino vidē-
dus *to. 6. reſol. moral. tract. 8. miſcellan. reſol.*
5. vbi optime reſpondet cum Ludouico
Correa *in relection. ad cap. inter alia, de im-
munit. Eccleſia. p. 3. numero 21.* ad ea quæ
de ſpolio, & dominio iuriſdictionis ſæcu-
cularis reſpectu cadaueris proponuntur,
& Delbene *d. cap. 16. dub. 10. ſect. 8. n. 2.*

6 Quibus non officij, quod propter ino-
bedientiam, Principi illatam, & Miniſtris
Iuſtitiæ debitam, & etiam ex eo, quod non
peruenit, liber non debet gaudere immu-
nitate; quia ad hoc reſpondent Gutierrez
*lib. 3. pract. q. 6. per totam* & Ambroſ. *de
immunit. cap. 10. num. 10.* quos refert, & ſe-
quitur Tancredus *de Relig. tract. 1. lib. 4.
q. 6. numero 48. pag.* 158. per hæc verba:
*Nam primo exaggerat obedientiam debitam
Miniſtris Iuſtitiæ. Secundo quod iſte non li-
ber ad Eccleſiam peruenit, & eſt ſicut ille,
qui duceretur ad Eccleſiam à Satellitibus,
de quo diximus non gaudere. ſed hoc eſt fal-
ſū; nā hic confugit ad Eccleſiam, & ſatelli-
tem ſecum rapit. Ille non confugit, ſed ab
alio ducitur, Gutierrez*, &c. Ex qua doctri-
na colligitur quod ſi ab alio quis du-
catur, gaudebit immunitate, ergo in no-
ſtro caſu idem dicere debemus, cum ab
aliis ductū fuerit cadauer ad Eccleſiam, vt
ſepeliatur; non poſſe priuari immunitate.

Nec replicari poteſt, prædicta habere 47
locum reſpectu viuentium, non vero reſ-
pectu mortuorum, & cadauerum, quia
fauor Eccleſiæ conceſſus hominibus vi-
uentibus, conceditur etiam mortuis; An-
charamus *conſ. 189. numero* 4. quem re-
refert, & ſequitur Cardinalis Tuſcus *lit-
tera S. concl. 188. numero 9.* & inde eſt, ca-
dauer Clerici mortui gaudere non ſo-
lum priuilegio Canonis, quo gaudebat 48
viuus, Barboſ. plures referens *in collect.
ad tex. in cap. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.*
ſed etiam fori, Marta *de iuriſdictione p.
2. cap. 32. numero 44. & p. 4. centur. 2. ca-
ſu* 155. ergo cum immunitas ſit princi-
paliter conceſſa Eccleſiæ, eodem mo-
do debet fauere viuo, quam mortuo, nam
eius excellentia, & pietas influit in vtrum-
que per ſe ſolam.

Secundo eadē concluſio probatur, nā
excommunicatus decedens ante abſolu-
tionem, ſi moriens oſtendit ſigna contri-
tionis abſoluitur poſt mortem, & gaudet
Eccleſiaſtica ſepultura, vt cum Azor *2. p.
inſtit. moral. l. 5. c. 26. q. 3.* Cenedo *ad decretū
coll. 42. n. 2.* & alij probat Barb. *in coll. ad tex.
in cap. à nobis el 2. de ſent. excom. n. 7.* qui ex-
preſſe prædictā concluſionē decidit, quā
etiam tuētur Gratianus *to. 3. diſcept. forenſ.
cap. 410. n. 6.* Anto. Ricciolus *de perſonis ex-
tra gremi. Eccl. l. 4. c. 65.* ergo per idētitatē
rationis, Reus qui viuens fuit capax im-
munitatis, erit & etiā eodem prorſus mo-
do poſt mortem, ſed ſic eſt, quod Petrus
Sanchez ex dictis ſupra ſi viuus cōfugiſ-
ſet, gaudere debebat: ergo etiā per mortē.

Neque ſimiliter cōtra prædicta poteſt 49
opponi, quod dū eſt ſuſpēſus Reus in fur-
ca, vel ſaltem per ſpaciū. 24. horarū (ex cō-
muni vſu præſentis ciuitatis) ſit ſub domi-
nio, & poteſtate iudicū ſecularium, ac per
conſequens eo tēpore poſſe, vindicari ca-
dauer, id tamē eſt verū dū exiſtit in eorū
poteſtate & dominio, ſcilicet in furca, vel
in poſſe eorundē; ſecus autem ſi è manibus 50
ipſorū extrahatur, & ponatur in loco im-
muni, ſicut in caſibus prædictis de carce-
rato, & ducto ad ſupliciū, vel exiſtente in
triremibus diximus, nā tales in carcere, &
in incedēdo ad ſuppliciū, & in ipſo ſuppli-
cio ſūt in poteſtate, & poſſe eorū, & tamē
ſi ab ipſis effugiant, vel eripiātur, gaudent
immunitate, & punctim vltra ſupra alle-
gatos tradit Delb. *in dicto. to. 2. c. 16. dub. 10.
ſect. 6. n. 4.* per hæc verba *Neque obſtat ſi
dicas quod captus, & in carcere incluſus,* 51
*ſubſit poteſtati, & iudicio iudicum: er-
go contra iuſtitiam facit, ſi à tali Iudicio*

*ſe iximat, & conſequenter (cum Eccleſia
non faueat iniuſtis) immunitate non gaude-
bit. Reſpondetur enim quod ſubſit poteſtati,
& iudicio iudicum, dum in eorum Iuriſdi-
ctione exiſtit, at ſecus ſi extra illã exeat, ſi-
cut id de facto exiit cum ad Eccleſiam ſe re-
cipit, ſeu confugit. Neque in hac fuga de-
lictum committit, quia vtitur iure ſuo, &
dato quod committat, non committit delictum
exceptum*, &c. & melius idem Delbene
*d. capite* 16. *dub*.33. *à numero* 24. vbi ait
idem procedere ſi violenter Reus in aliis
extractus fuerit, & quia ipſius verba val-
de rem declarant, & fundamentis pon-
deratis pro contraria ſententia reſpon-
det, licet longius protrahar libet eius
verba tanſcribere quæ talia ſunt: Confir-
52 matur, quia ſi quis ſe eximens ad Ec-
cleſiam confugit, gaudet, ergo, & gau-
debit, qui ad eandem confugit exemp-
tus ab aliis, cum in vtroque caſu liber,
& ſolutus, non autem detentus & capti-
uus ad Eccleſiam confugiat, & cum hoc
ipſo quod Reus non eſt amplius in mani-
bus Curiæ (etiam ſi violenter ab aliis è
manibus illius extractus fuerit) habeat
53 ius confugiendi ad Eccleſiam, ſi quidem
extractio illa violenta non potuit ipſum
priuare iure, quod habet ad vitam, liber-
tatemque ſuam tuendam; alioquin ſi ſic
extractus remaneret adhuc ſub domi-
nio Curiæ Secclaris, teneretur fugam
non arripere, ſed permittere, & expecta-
re iterum ſe à ſatellitibus capi, quod di-
cere abſurdum eſt, ergo dicendum, quod
licite pro ſui defenſione ad Eccleſiam
confugere poſſit, & ſic quod Eccleſia ip-
ſum excipere & defendere debeat, atque
adeo quod eundem excipiendo, & de-
fendendo non faciat (vt contendunt ad-
uerſarij) contra iuſtitiam, nec foueat in-
iuſtam ſpoliationem (ſicut faceret con-
tra iuſtitiam, & foueret iniuſtam ſpolia-
tionem, qui rem ab alio furatam apud ſe
54 retineret, & nollet illam reſtituere Do-
mino) ſed præſtet tantum patrocinium
reo, iam in priſtina libertate repoſito,
& libere ad ipſam confugienti, quamuis
ipſi extrahentes in extractione illa vio-
lenta peccauerint, quorum improbitas
(vti dicebam) tollere non poteſt, quin
Reus ſic extractus, & in priſtina libertate
repoſitus non poſſit vti iure ſuo pro ſui
defenſione, ad Eccleſiam confugiendo,
55 & quin Eccleſia non teneatur illum quẽ
liberum recipit defendere, & ſuo patro-
cinio iuuare, quia ſi Reus habet ius pro
ſui defenſione violenter ſe extrahen-
di, è manibus Curiæ, & ad Eccleſiam
confugiendi, multo magis habebit ius
id faciendi ab aliis extractus, & ſic in ſua
priſtina libertate repoſitus. Quapropter 56
dicendum, quod Eccleſia in tali caſu
præſtet tantum auxilium ſuum Reo li-
bero, & libere ad ipſam confugien-
it, non autem quod non reſtituendo
foueat iniuſtam ſpoliationem laico iudi-
ci factam, ſicuti ſiquis exiens è carce-
re ſub iuramento redeundi ad carce-
rem confugiat ad Eccleſiam, immuni-
tate eius gaudet, & non dicitur quod 57
Eccleſia non reſtituendo foueat ſacrile-
gium rei, & iniuſtum damnum, quod
inde cuſtos carceris recepit; ſed tantum
quod Eccleſia tueatur ius, quod Reus ha-
bet pro ſui defenſione ad Eccleſiam con-
fugiendi, *vt ſupra dub*.10.*ſect*.10. diceba- 58
tur. Item ſicuti ſiquis ex manibus Curiæ,
etiam violenter extractus ex territorio
vnius Principis recipiat ſe ad territorium
alterius, etiam immunitate gaudebit, &
non dicitur, quod Princeps illius terri-
torij, ad quod Reus libere confugit, non
reſtituendo faciat iniuriam alteri Princi-
pi, & foueat iniuſtam ſpoliationem, illi fa-
ctam, ſed quod tantum licite Reum de-
fendat, quia non tenetur requiſitus Reum
reſtituere, cum ille liber in ipſius terri-
torium intrauerit, quinimo Princeps al-
ter, ſi inde violentet extrahit, violabit iu-
riſdictionem Principis iſtius, ex cuius ter-
ritorio extrahit; quapropter recte dixit
Ludo. Correa *in relect. ad caput inter alia,
de immunitate Eccleſiæ p*. 3. *numero* 21. 59
quod licet delinquens prius eſſet in ma-
nibus Curiæ, niholominus nunc cum
exiſtat in Eccleſia, fiat Eccleſiæ præ-
iudicium in ſuo priuilegio, ſi ex illa ex-
ttahatur, ſicut qui in alienum territo-
rium fugit, fiet alienæ iuriſdictionis of-
fenſio, ſi exinde ſimiliter violenter ex-
trahatur. Hæc Delbene, cuius verba
retuli, quia ex eis deducitur reſponſio ad
ad argumenta validiora, quæ pro contra-
tia fuerunt ponderata de furto, vel ſpo-
lio, & cum acurate omnia complectatur,
non indigent ponderatione.

Quare vt aduertit Cenedo, & alij ab 60
eo relati *in ſuis quæſt. Canon. q*.3. *numero* 10.
opinioni Doctoris ſtandum eſſe, quan-
do lex non reperitur, præcipue cum
Delbene tractet hanc materiam immu-
nitatis ex profeſſo, & exinde commu-
ni ſcribentum calculo receptium eſt, ma-
iorẽ fidẽ adhibendã eſſe opinioni Docto-
ris ex profeſſo tractãtis articulũ, ipſiuſque
opi



opinionem aliis præferri debere, cum
accuratius & copioſius examinet quæſtio-
nes, vt cũ Abbate, Nebizan. Anton. Marc.
61 Corat. Grauet. & Pariſ. tradit Cenedo *vbi
proxime q*.8. *numero* 3. & conueniunt com-
muniter DD. ergo eius auctoritas ad in-
tentum noſtrum ponderoſe attendi de-
bet, & in terminis in materia immuni-
tatis quod ſtandum ſit Doctoribus de ea
ex profeſſo agentibus, tradit Tancredus
*in d. tract. de Relig. tract*. 1. *lib*.4. *q*. 6. *n*.44.
*in fine pag*.157.

62 Ex eodem fonte dimanat reſponſum
ad ea, quæ allegantur ex doctrina Maſtril-
li *de Magiſtrat lib*.3. *cap* 4. *num*. 200. *cum
ſequen*. Sarpo *de iure Aſiſſ. capite* 5. *& ex
lib*.9. *§. penultimo tit*. 24. *de la recopilacion*
dum docent ſolum Principem poſſe dare
licentiam ſepeliendi cadauera punitorum
nec poſſe gaudere immunitate, quia ip-
ſorum doctrina, & aliorum eos ſequen-
tium intelligi debet, dum cadauera ſunt
in Principis poteſtate (ſicut diximus) in eo
qui erat in triremibus, propter delictum,
quod non gaudebat immunitate. Om-
nium autem ſupradictorum rationẽ, tradit
63 *Leſſius d. l* 2. *cap*. 31. *q*. 5. dicens reum
non teneri ibi manere, ſed Iudicis eſſe
curare, vt vi maiori detineatur, ideo enim
catenæ, compedes numellæ ſunt ferrea,
& carceres fortiſſimi; alioquin ſi vinculis
ſtupeis conſtrictus eſſet, non poſſet diſ-
rumpere; vbi plura adducit & præterea
*dictæ l*. 9. de la recopiliacion reſpondet
Giurba *conſi crim*.30. *n*.4. eſſe diſpoſitionẽ
localem, & exinde nihil vltra operare; &
omnino ad intentum videbis totum Con-
ſilium, quia valde conducit ad noſtrum in-
tentum & plures allegat, quibus iunge
Petrum Lazarium *in tract. de monitoriis q*.
5. *n*.71. Genuenſe *in pract. Archiepiſ. cap*.
17. *n*. 5. Barboſ. *de ex gen. penſio. p*. 1. *q*. 8. *n*.
46. Thomam Delbene *de immunit. to*. 2.
*c*.16. *dub*.41. *ſec*. 1. *& dub*.47.

64 Quibus addo quod ſicut poſito in tri-
remibus poſt condemnationem nouus
conſideratur homo, quia delictum fuit in
pœnam illã commutatum; & non obſtãte
quod per tẽpus quo ibi exiſtere debebat
non fuerit plene purgatum, nihilominus
gaudet immunitate, ſi ad Eccleſiam con-
fugiat (vt probauimus) ita multo melius
cadauer gaudere debet cũ plene per pri-
uationẽ, vitæ delictum cum ea pœna pur-
65 gauerit: l. defuncto *ff. de publicis iudiciis*, vbi
Gloſſa Magna, & illa detẽtio in furca ma-
gis ad terrorẽ aliorum, quam ad punitio-
nem delicti ſuſpenſi tendat, & melius di-
catur eſſe ſub Principis poteſtate illũ, qui
erat in triremibus pœnã adimplendo quã
ille qui erat in furca ſuſpenſus; præcipue 66
cum iã eſſet exequuta ſententia mortis ad
quam fuit condemnatus, quæ attendi de-
bet, non vero lex quæ tale iubet, parum
enim intereſt, quod lex ita diſponat, ſi ſẽ-
tẽtia non ita declarat, ex cuius omiſſione
cenſetur facta abſolutio, vt pluribus relatis
tradit Fontan. *deciſ*.315 *n*.3. *& 4. cũ ſeq*. Ex
quod quis verbo non expreſſit, non vide-
tur mente cogitaſſe *c. tua de ſponſal*. cum
ibi notatis, Tuſcus *lit. V*, *concl* 80. *nume-
ro* 21.

Neque obſtat dicere, non dum eſſe cõ- 67
plete ſentẽtiam exequutam, cũ adhuc de-
ficerent illæ 24. horæ quibus ex conſuetu-
dine ſuſpẽſi in patibulo exiſtere debẽt ad
terrorem, & exemplum cæterorũ; nã cum
hoc non fiat in pœnã ſed in terrorẽ aliorũ 68
non dicitur pars pœne reſpectu puniti, &
exinde nõ debet priuari immunitate, prę-
cipue quia patet ex exẽplis adductis ſupra
ex Pequera *d*.61. *n*.4. & Gutierrez *p act*.
*l*.3. *q*.4. *n*.10. & ab eo Farin. *de imm n*.197.
& Diana *p*.6 *trac* 8. *reſ*.5. *in fin*. ex quibus
colligitur quod illis dãnatis non dũ pœna
executa fuerat, & tamen quia ad Eccleſiã
aſportati fuerunt, etiã vi, immunitate gau-
derunt, ergo eodẽ modo licet cõcedamus
conſuetudinem exiſtendi in furca per 24.
horas, non poteſt prædictum cadauer pri-
uari immunitate.

Maxime cum ſententia nõ exprimeret 69
aliã pœnã præter mortem naturalẽ, cui ſa-
tisfit eo ipſo, quod mortuus fuit in furca,
à qua ablato cadauere, & in Eccleſiã poſi-
to, iam Eccleſia habebat ius ab ipſum, quia
(vt diximus in principio) immunitas non
ſolum conſideratur reſpectu Rei vel per-
ſonæ confugientis, ſed etiam reſpectu lo-
ci Sacri qui habet ius ad conſeruandam
ſuam immunitatem ex traditis *ſupra vo-
to* 1. *n*.17. *& voto* 4. *n*.9. *&* 10. quare licet
reſpectu habito ad Reum habeat iuriſdi-
ctionem, reſpectu tamen Eccleſiæ dum in 70
ea fuit non poteſt cõſiderari, & ſic immu-
nitate gaudere debet, & licet hoc non cõ-
ſideretur in publico latrone, & in aliis de-
lictis exceptuatis in Bulla Gregoriana, ta-
men hoc fit non contẽplatione perſonæ,
ſed cauſæ. Non enim omnes delinquen-
tes defenduntur ab Eccleſia, ſed illi qui
digni ſunt immunitate, vt optime ratio-
cinatur Ricciullus de iure perſonarum
extra gremium Eccleſiæ conſiſtentium
*lib*.2. *cap*.12. *n*.8.

Nec ſimiliter obſtat, cadauer puniti
eſſe priuatum ſepultura, quia addictum
eſt Fiſco, donec Princeps licẽtiam pręſtet,
ac

ac proinde non poſſe gaudere immuni-
tate, Quia reſpondetur ex dictis id verum
eſſe quouſque non liberetur ab eius po-
72 teſtate, & vlterius, quia non valet argu-
mentum eſt: priuatus ſepultura, ergo non
gaudet immunitate, vt videmus in ex-
communicato, qui licet, Eccleſiaſtica ſe-
pultura priuetut, ſi decedat in excommu-
nicatione, immunitate tamen gaudet,
quod & etiam probabilius habet locum
in Iudæis, & aliis infidelibus, vt traduut
Diana contra Sarpum *to.6.reſol.mor.tract.*
*1.reſol.21.verſ. ad Doctrinam vero Bartoli*,
& *reſol.26.verſ.quaro 3.* vbi allegat plures
Doctores, & argumenta idem confirman-
tia; optime Bobadilla *in poli.to.1.cap. 14.*
*numero 50. & 51.* Delbene *d. to.2. cap. 16.*
*dub. 24.ſect, 17. numero 8. & ſequentibus*,
vbi plures alios caſus refert, in quibus, qui
non gaudet ſepultura poteſt gaudere im-
munitate, ad idem videndus cum pluri-
bus Tancredo *tract 1.lib. 4.diſp 6.q.1. nu-*
*mero 1.fol.103.* vbi idem etiam dicit pro-
cedere in interdicto: immo etiam in Iu-
73 deis, & infidelibus iuxta veriorem ſenten-
tiam, de quo late videndus cum pluribus
Ricciulus de iure perſonarum extra gre-
mium Eccleſiæ conſiſtentium *d.lib.2. ca-*
*pite 12.per totum*, precipue *ex numero 8.*
ergo ſi illi qui extra Eccleſiam exiſtunt
dum ſunt in excommunicatione, licet ſe-
pultura ſint priuati gaudent immunitate,
à fortiori Reus etiam mortuus, qui non
eſt extra Eccleſiam, imo intra ipſam, gau-
debit, ex his quæ congerit Barboſ. *de offic.*
74 *Part. p.3.cap. 26. numero 4.* quia priuile-
gium immunitatis principalitet, tendit in
honorem Eccleſiæ, & ratione loci con-,
ceditur, vt diximus & probant Giurba
& ab eo relati *conſ.crim.10. numero 1.* Pel-
lizar. *in manuali regul. tract. 8.cap.5. ſect.*
*1.numero 38.* Caſtro Palao *to.2.ope moral.*
*tract. 11.diſp.vni punct. 11.numero 5.* opti-
me Delbene *to.2. de immunita c.16.dub.*
*10.ſect.3.num.4. & 5.* & tandem ex eo qui
ſi talis Reus condemnatus ad mortem na-
turalem tantum ſi in carcere deceſiſſet
ante executionem ſententiæ ſuſpen-
denda erat cum iam adimpleta eſſet pœ-
na *ex, d.l. defuncto, de publicis iudiciis*: ergo
non debuit priuari illo priuilegio quod ei
tribuebat Eccleſia.

Et tandem licet aliquod dubium adeſ-
75 ſet, an vnius poſſet gaudere. At poſt mor-
tem, & executa ſententia iam ceſſat illa
qualitas latronis, quia morte ipſius, deli-
ctũ extinctum fuit, & exinde etiam qua-
litas reſultans ex illo (etiã ſi aliqua adeſſet,
quæ ex dictis ſupra in præſenti conſide-
rari non poteſt (ex traditis á Fan *in prax.*
*to.1.q.10.numero 6. &* Seſſ.*deciſ.39.numero*
*1.* Anto. Gomez *varia reſol.to.3 cap.1,n.*
*7.* nam accidentia morte extinguuntur, &
ſic eſt verum dicere, fuiſſe latronem; non
vero eſſe tempore quoad Eccleſiam fuit 76
aſportatus, Sabaſtia. de Medicis in tract.
mors omnia ſoluit *p.2. numero 79.* & cum
textus in capite inter alia loquatur de
latrone viuo, non poterit fieri exten-
ſio ad cadauer, quia immunitas tam-
quam fauorabilis debet ampliari ex di-
ctis *ſupra in verſ. cum ergo numero 34.*
& ideo tamquam regula veriſſima, & 77
receptiſſima, & ait Gutierrez cum plu-
ribus *lib.3.pract. quæſt.4.numero 12.* Del-
bene *vbi proxime in d. capite 16. dub.* 78
*10.ſec. 3. numero 4.* non debet quis pri-
uari immunitate niſi in caſibus à iure
expreſſis, ſed non reperitur expreſſus
huiuſmodi in iure reſpectu cadaueris
talis puniti: ergo, &c. Præterquam, quod
attenta diſpoſitione Bullæ Gregorij XIV. 79
nullo modo poteſt fieri extenſio de ca-
ſu ad caſum, & ideo nulli excluduntur
ab immunitate præter caſus in ea exce-
tos, Delbene *vbi proxime* latiſſime Tan-
credus *d. tract. 1. d. Relig. lib.4.q.6.per*
*totam fol.145.* ergo debet gaudere; etiam-
ſi viuus non gauderet.

Ex quibus ſequitur, quod licet varia 80
fundamenta, & allegationes pro contra-
ria parte fuerint propoſitæ, quas tan-
quam à viris doctiſſimis elaboratas ma-
gnæ ſint authoritatis; Attamen funda-
menta ſuperius adducta, & alia fortio-
ra, tamquam iuri magis conformia iu-
dicaui ſequenda, præter ea, quæ à Domi-
nis conſulentibus pro Eccleſia fuerunt
ponderata (quæ conſultò ommito, ne
repetam, quod illi dixerunt) animum
meum mouent ad prædictam declara-
tionem propalandam, & in omnem euen-
tum ad hanc opinionem ſequendam
valde conducit, quod tradunt Doctores
communiter; videlicet immunitati Ec-
cleſiæ in dubio fauendum eſſe, & pro ea
iudicandum, vt pluribus rationibus, &
Doctoribus defendit Barboſ. *lib. 3. votor.*
*vot.117.numero.45.* vſque in finẽ, quibus
iunge Ioan. Baptiſtam Valanzuelam
in defenſione Monitorij Pauli V. *p.1.nu-*
*mero 43. & ſequentibus*, D. Solorzanum,
*de Indiar. iure tom. 1. libro 2. capite 24.*
*numero 39.* Dianam *tom. 5. tract. 1. reſol.*
*12.in fine & tom. 5.tract.1.reſol.23. verſ.*
*igitur Principũ Conciliarij*, vbi alios refert,
& nouiſſime Delbene *d.c.16.dub.37.n.17.*
refert 14. Doctores idẽ tenentes, Fõtanella
*de*



*de pact. clauſ.4. gloſſ.12. num. 86.* & quod
magis eſt; dubitat delbene *d.cap.16. dub.*
*46.* an in dubio ſi delictum ſit exceptua-
tum, vel non, vt Reus gaudeat immuni-
tate, poſſit Iudex Eccleſiaſticus iudicare,
quod is non gaudeat, ſed quod priuetur
illa, & poſtquam cum Farinac. Maranta,
Giurba, Sperello, & Guazzino reſpondet
82 negatiuè; concludit *num. 3.* quòd ſi Epi-
ſcopus Reum Curiæ ſæculari tradit, caſu
quo debet gaudere immunitate, præter
peccatum mortale ſacrilegij, ac iniuſtitiæ,
& damnorum obligationem; incurret in
irregularitatem, ſi Reus ad mortem dam-
netur, & reddit rationem; quia in caſibus
non exceptuatis nullam poteſtatem in
Reum habet, & conſequenter ſi curiæ
ſæculari eum tradat, maximam iniuriam
infert ipſi Reo, & Eccleſiæ, contra virtu-
tem Iuſtitiæ, & Religionis, & ad intentum
allegat Nouar. *in ſumm. Bull. tit. de immun.*
83 *num.31.* Vnde in præſenti caſu, etiam da-
to, quod non adeſſent tot fundamenta
ſuperiùs allata, cum non ſit caſus exce-
ptuatus (vt dictum eſt) non poteſt pro Iu-
riſdictione Regia pronunciari. Præcipuè
in hoc Aragonum Regno, vbi leges no-
ſtræ, adeò pro Eccleſia in dubio iudicare
voluerunt, & ſemper, & quotieſcumque
Cancellarius, ſiue Competentiarum Iu-
dex intra quinque dies poſt factum pro-
ceſſum ſententiam non declarauerit, eo
ipſo pro Eccleſia declarata cenſetur, vt
conſtat ex *foro 1.tit.de las Competencias*, &
diximus *ſuprà n.4.* Ex quibus, & aliis ita
pronuntiandum Iudico.

MOnitum te velim, Lector candi-
de, non ita veram eſſe inter
Chriſtianos, atque inter Ethnicos Pa-
rœmiam veterem. *Non ſunt amici, ami-*
*ci, qui degunt procul.* Noſti quàm longo
terræ, pelagíve interiectu ab Italia Ara-
gonia diſtet. Hîc me iamdudum Auguſta
Mater Regni Metropolis bonorum inge-
niorum nutrix, & altrix tenet; illic Roma
Orbis caput, Regia Fidei, Religionis, ac
D. Sophiæ Arx Religioſiſſimum, mihí-
que ante alios chariſſimum P. Antoninũ
à Diana, diuinioris Sapientiæ anteſigna-
num, & in primis eius Theologiæ, quoad
Mores ſpectat, ac Iura componit, noſtra
ætate facilè principem. Neque ideo ex
quo vti inuicem familiariſſimè cœpimus
(cœpimus autem iampridem, communi-
catis vtrimque conſiliis, dubiíſque nec
paucis, nec leuibus) veterem noſtram, ac
ſanctam Amicitiam vlla vnquam inter-
ualla locorum dirimere potuerunt: quin
fouit, auxítque in dies mutua, ac perpes
animorum, morum, ſtudiorumque con-
ſenſio. Quapropter cum nouam hanc,
grauémque controuerſiam pro more, &
amore meo ad ipſum tanquam ad ami-
cum (quídni dicam veluti ad oraculum)
per familiarem epiſtolã detuliſſem, quod
& eius merita, & amicitiæ leges exigere
videbantur: rogaſſémque enixè, ne quid
ipſe ſentiret, ad me quamprimum reſcri-
bere grauaretur; ille vir magnus pro ea
qua pollet, acerrimi ingenij vi, pro genij
innata comitate, ac præclara indole, pro
ſtudio indefeſſo eruendæ veritatis, pro ea
denique beneuolentia, qua me, meaſque
lucubrationes ſemper complexus eſt; vnâ
oratus, exoratúſque ſuum de tota conten-
tione, iudicium tranſmiſit ad me extremis
Epiſtolis, Quod ſiue ad fulciendam, ſiue
ad ornandam ſententiam meam, libuit
Voto huic appendere, non tam co-
rollarium, quam pulchram Coronidem,
nouum Amicitiæ noſtræ perennaturæ
monumentum, provt ſequitur.



### *Reſponſum, ſeu Cenſura R.P.D. Antonini Diana C.R. ad prædictum Votum.*

## An mortuus gaudeat priuilegio Immunitatis Eccleſiæ?

CAſus eſt curioſus, & à nemine in ter-
minis pertractatus, & in facti con-
tingentia accidit in Hiſpania, Nam Regia
Audientia damnauit Petrum Sanchez ad
mortem naturalem propter latrocinij de-
lictum: & die 5. Septembris anni 1653. ho-
râ quartâ poſt meridiẽ fuit in furca ſuſpẽ-
ſus: cadaueréque remanente in patibulo
ſequenti die ad auroram repertum fuit
ad oſtium Parochialis Eccleſiæ S. Pauli in
vltimo gradu, foribus propinquiori, à quo
loco de mandato Illuſtriſſimi D. Guber-
natoris, & Præſidis fuit extractum, & ad
locum ſupplicij aſportatum, vbi iterum
in patibulo fuit ſuſpenſum, contradicen-
tibus, & proteſtantibus Clericis, & Bene-
ficiatis illius Parochiæ. Quæſitum tunc
fuit, an in tali caſu reus, licèt mortuus,
gauderet Eccleſiæ immunitate. Dubium

ſuos hahet anfractus, & non eſt ita facile vt prima facie videtur, nam pro Iuriſdictione ſeculari adſunt non infirma argumenta; Et primò facit doctrina, quam mordicus tutatus eſt Pater Paſqualigus prius *in deciſ. moral. deciſ.* 486. & poſtea à me impugnatus *in q. Canon. Cent.* 1. *quæſt.* 98. in quibus locis conatur firmare, reum extractum violenter è manibus Satellitum, & confugientem ad Eccleſiam non gaudere eius immunitate, & eſſe reſtituendum Iudici laico ſpoliato; ſed in noſtro caſu dicendum eſt, reum fuiſſe violenter extractum é furca, nam ibi erat adhuc in poſſe, & dominio Iuſtitiæ ſecularis, vt patet, ergo repoſitum in oſtio Eccleſiæ non debet gaudere eius inmunitate, quia Iuſtitia ſecularis fuit violenter expoliata, & ideo reſtituenda.

Secundò, priuilegia per mortem amittuntur, vt patet ex *leg.* 1. *ff. de conſtit. Princ. lib.* 1. *§. permittitur, ff. de aqu. quot. & æſt.* 1. *priuilegia quædam de reg. Iur. & reg. priuilegium*, *eodem tit. libro* 6. nam corrupta perſona, corrumpitur & priuilegium, iuxta illud, *corruptis nobis, corrumpuntur ea quæ ſunt in nobis*, tum iuxta illud, *acceſſorium ſequitur naturam principalis*, & ita ex Suarez, Salas, Azorio, & Sanchez, docet Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 8. §. 1. *numero* 1. Donatus *in praxi Regul. tomo* 1. *tract.* 12. *quæſt.* 2. *numero* 1. & alij, & ideo, Clericus mortuus amittit priuilegium Canonis *ſi quis ſuadente*; vnde ſi aliquis illum percuteret: non incideret in excommunicationem, vt tradit Decius apud Naldum, *vbi infra* Graffius *vol.* 1. *Conſil.* 7. *de ſententia excommunicationis numero* 9. Alphonſus de Leone *de Cenſ. Recollect.* 5. *numero* 55. & alij.

Ergo à fortiori dicendum eſt in noſtro caſu laicum mortuum non gaudere priuilegio immunitatis Eccleſiæ, dum Clericus mortuus non gaudet priuilegio Canonis.

Tertiò, licet priuilegium immunitatis Eccleſiæ principaliter ſit conceſſum loco, tamen hoc procedit etiam in ordine ad perſonas, & ideo incapaces non gaudent tali priuilegio, vt Iudæi, Infideles, &c. & ita docent communiter Doctores, vt patet apud Farinaccium *de carceribus quæſt.* 28. *numero* 68. & *in appendice de immunitate capite* 5. *numero* 71. & 79. Decian. *pract. crim. libro* 6. *capite* 26. *numero* 2. Couar. 2. *var. capite* 10. *numero* 17. Ioannes Gutier *lib.* 3. *pract. quæſt. ciuil. q.* 7. *n.* 51.

Sed in noſtro caſu mortuus non eſt capax talis priuilegii, ſicut diximus Clericum mortuum non eſſe capacem priuilegij Canonis, ergo licet priuilegium immuniratis conceſſum ſit loco, non deſeruit pro caſu noſtro, in quo tale priuilegium non poteſt habere relationem, & ordinem ad perſonam, cum mortuus, vt diximus illud amiſerit.

Verùm his non obſtantibus contrarium fuit declaratum in caſu ſuperius poſito per Doctiſſimum & illuſtriſſimum Dominum meum D. Didacum Antonium Frances electum Epiſcopum Barbaſtrenſem, Iudicem, & Cancellarium competentiarum Regni Aragonum, vt patet in voto à ſe emiſſo, cuius ſententiæ in fauorem Eccleſiæ, ego etiam calculum meum adiungo. Fundamenta verò huius opinionis patebunt ex reſponſionibus ad argumenta à me ſuperius adducta.

Et ideo ad primum dico ſententiam illam Paſqualigi prorſus non eſſe admittendam, & in hac Romana Curia ab omnibus miniſtris fuit à principio exploſa, & ego pro eius finali reſolutione Sacram Congregationem immunitatis adiui, à qua vt alibi adduxi, declaratio emanauit in mei fauorem tenoris ſequentis.

Quæritur, an Titius cum ex mandato Iudicis laici ducebatur captus à ſatellitibus in carcerem, & illius parentes violenter è manibus eorumdem ſatellitum extraxerant, ipſe ſtatim ad Eccleſiam confugit, ſit Iudici laico ſpoliato reſtituendus, an potius gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica.

Die 9. Februarij 1648. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium controuerſiis Iuriſdictionalibus Præpoſitotum, vnanimi Eminentiſſimorum Patrum conſéſu, cenſuit ſupradictum Titium gaudere debere priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ.

Et hæc declaratio penes me authentica conſeruatur, cum ſigillo, & ſubſcriptione Domini Eminentiſſimi, Cardinalis Martij Ginetti Sanctæ Congregationts Præfecti, & eius Secretarij D. Franciſci Paulutij; Vnde merito nominatim contra doctrinam Patris Paſqualigi inſurgit etiam Pater Delbene *de immunit. tom.* 2. *capite* 16. *dubio* 10. *ſect.* 7. *num.* 1.



Ad ſecundum argumentum reſpondeo primò, illa iura, & Doctores loqui de priuilegio pure perſonali. Reſpondeo ſecundò, quod licet priuilegium perſonale regulariter cum perſona extinguatur, tamen hoc limitatur, *niſi perſona non eſſet cauſa proxima conceſſionis priuilegij, ſed remota* Ita Dyn. *in reg. Priuilegium numero* 7. *de reg. Iur. in* 6. *deciſ.* 1. *in omnibus cauſis id numero* 3. & 4. *de reg. Iuris.* Ripa *reſp.* 3. *numero* 24. *de Elect.* Card Tuſc. *to.* 6. *lit. P. concl.* 746. *numero* 6. Hinc eſt quod priuilegium reſtitutionis in integrum, conceſſum minori, non expirat per eius mortem, ſed tranſit ad hæredes ipſius l. non ſolum, ff. de in integr. reſtit. l. interdum. Ratio eſt, quia cauſa proxima conceſſionis priuilegij, non eſt perſona minoris, ſed læſio. vnde ſi minor petat ſe in integrum reſtitui, ei non conceditur reſtitutio, niſi probet de læſione, vt inquit Dyn. *in reg. Priuilegium numero* 4. *de reg. iur. in* 6. *ex l. nam poſtea §. ſi minor de iure iur.* & *l. quid ſi minor.* Quæ omnia probat Merolla *in diſput. Theolog. Mer. tom.* 2. *capite* 7. *diſp.* 6. *dub.* 6. *numero* 130. Sed in caſu noſtro priuilegium immunitatis conceſſum confugientibus ad Eccleſiam remote, & ſecundario fuit ipſis conceſſum, nam proxime & & primario conceſſum fuit Eccleſiæ, & ideo Caſtrus Palaus *to.* 2. *tract.* 11. *diſp. vnica punct.* 7. *numero* 6. & Doctores communiter aſſerunt priuilegium immunitatis Eccleſiæ non propter perſonas, ſed perſonis propter locum conceſſum fuiſſe; ergo non eſt priuilegium pure perſonale, ita vt perſona extincta illud extinguatur, ſed eſt priuilegium locale, potius, & principaliter Eccleſiæ conceſſum, vnde ſequitur non ſolum ad viuos, ſed etiam ad mortuos extendi, hoc enim poſtulat reuerentia Eccleſiis debita, & pietas ipſius Eccleſiæ erga omnes, non ſolum viuos, ſed etiam mortuos. Ad confirmationem vero argumenti deſumptam ex auctoritate Doctorum, aſſerentium Clericum mortuum amittere priuilegium Canonis, & ideo ſi quis illum percuteret in cenſuram incideret, reſpondeo contrariam ſententiam eſſe communiorem, & illam tenet Cardinalis Toletus *libro* 5. *capite* 32. *numero* 15. Squillante *de priuilegium Clericorum capite* 6. *numero* 56. Naldus *in ſumma ver. ſepultura numero* 5. Theſaurus *de pœnis par.* 2. *capite* 2. & Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 17. *difficul.* 22. *numero* 16. & alij, adducentes rationem, quia ſi percutientes Clericum mortuum non inciderent in cenſuram redundaret in opprobrium Status Eccleſiaſtici, ſic & in caſu noſtro diſcurrendum erit; & ſi à laicis extraheretur reus ab Eccleſia licet mortuus in eius opprobrium, & irreuerentiam redundare dicendum erit. Ergo, &c.

Quod etiam aperte probatur, nam Clericus mortuus gaudet priuilegio fori, vt in ſpecie tradit Martha *de iuriſdictione par.* 2. *can.* 32. *numero* 44 aſſerens iudicem Eccleſiaſticum cognoſcere de Clericis tam viuis quam mortuis, ergo falſo ſupponunt Aduerſarij, mortuos priuilegia amittere: vnde in caſu noſtro dicendum venit reum, licet mortuum, priuilegio immunitatis Eccleſiæ non eſſe priuandum.

Ad tertium argumentum reſpondeo, quod licet aliqui Doctores cxcludant infideles, Hebræos, &c. à priuilegio immunitatis Eccleſiæ, tamen olim adhæſi, & nunc adhæreo Doctoribus firmantibus ſupradictos ſi ad Eccleſiam confugiant, eius priuilegio gaudere; & ita tenet Gloſſa, & Innocentius *in cap. inter alia, de immunitate Eccl. ſ. verbo extrahendus*: ſic Sylueſt. *in ſumma verb. immunit.* 3. *num.* 2. *verſ. ſecundum de pagano* Tabien. *eodem numero* 7. Armil. *numero* 9. Hieronym. Tabal. *commun. contra commun. q.* 369. Marian. Italia *de immunit. Eccleſiæ lib.* 1. *cap.* 3 §. 1. *per totum* Et mouentur quia in cap. inter alia, cap. *minor*, cap. *frater*, cap. *ſi quis inuentus*, cap. *ſi quis contumax*, omnibus indiſtincte conceditur hoc priuilegium, quia non propter perſonas, ſed perſonis propter locum conceditur. At infideles capaces ſunt huius conceſſionis, Ergo ſiue velint conuerſi, ſiue renuant, hoc priuilegio gaudent. Sed ſtando etiam in contraria ſententia, reſpondeo, illam non officere in caſu noſtro, nã infideles, & Iudæi non proteguntur ab Eccleſia, quia vt patet ex *l.* 1. *C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*, ſupradicti confugientes ad Eccleſiam à priuilegio immunitatis excluduntur, etiamſi baptiſmum petant, quia ſimulant ſe Chriſtianæ legi velle coniungi, vt ibidem dicitur. Et quia de his quæ foris ſunt non curat Eccleſia, neque poteſt

illos iudicare, ſed in caſu noſtro reus ſcilicet mortuus, cum fuerit Chriſtianus, & deceſſerit cum Sacramentis, licitum eſt, vt ab Eccleſia protegatur, & eius gaugaudeat priuilegio; itaque eſt diſpar ratio inter ipſum, & infideles; Infideles enim ſunt prorſus incapaces talis priuilegij; fideles vero licet mortuus, vt viſum eſt, non eſt incapax, imo tali priuilegio frui meretur. Stat enim adhuc mortuus ſub Eccleſiæ protectione; confirmantur ſuperius dicta, quia contra Bobadillam *in Politica to.1. lib.3 cap.5.n.93.* dicendum eſt, Iudicem laicum non poſſe exhumare corpus mortuum, propter examen an vulneribus interfectus ſit, abſque licentia Epiſcopi: nã exerceret Iuriſdictionem in alieno territorio, cum magna Eeclesiæ irreuerentia, & ita docet Genuenſis *in prax. cap.42.n.10.* Themudo *in deciſionib. Vlyſſiponenſibus to.2.deciſ.131.num. 7.* Poſſeuimus *de officio Curati cap. 14 n. 8.* Cabedo *in deciſionibus Regni Luſitaniæ par.1. deciſ. 144.n.1.& 3.* & alij, ergo à fortiori in caſu noſtro dicendum erit, Iudicem laicum exercuiſſe iuriſdictionem in alieno territorio, cum magna Eccleſiæ irreuerentia, dum abſque licentia Epicopi extraxit reũ mortuum exiſtentem in oſtio Eccleſiæ; nam oſtium Eccleſiæ dicitur in ipſa Eccleſia extare, & ſic appellatione domus oſtium continetur, vt patet ex *l. ſi aquæductum C.de contrahen. empt.* & ideo oſtium gaudere immunitate Eccleſiæ expreſſe habetur in cap. *ſi quis contumax 17. q.4.* vt ego aduerſus Pſeudo-Theologum Paulum Seuitam, ſub nomine Petri Sarpi, late probaui *in part.6. tract. 1. reſol.3.*

Concludendum eſt igitur ex his omnibus, iuſtè Iudicem competentiarum Regni Aragoniæ in caſu de quo loquuti ſumus, iuſtè inquam pronunciaſſe in fauorem immunitatis Eccleſiæ. Ita Sentio, ſaluo, &c. Romæ in Domo Sancti Silueſtri Montis Quirinalis, die 24. Martij 1654.

ANTONINVS DIANA, C.R.

---

*An Proceſſu Procuratoris Fiſcalis Curiæ Eccleſiaſticæ Epiſcopatus, & Ciuitatis Dertuſæ, nec non ſtationis & communitatis Eccleſiaſticæ dictæ Ciuitatis, & Epiſcopatus contra los Iuſtitia, Iurados, y Concejo de la villa de Cretas.*

ARGVMENTVM.

Statutum laicorũ, imponens aliquod onus, vel grauamen in omnibus prædiis, vel fundis ſitis intra territorium, an liget Eccleſiaſticas perſonas, & Eccleſias, tam de bonis iam acquiſitis ante editionem ſtatuti, quam de aliis poſtea peruentis in earum poſſe, cum tali onere.

SVMMARIVM.

*Fundans ſe in ſtatuto in primis, & ante omnia probare tenetur qualitatem, ab ipſo requiſitam, n.2.*

*Statutaria diſpoſitio non ſuffragatur, non verificata qualitate ſtatuti, n.2.*

*Statutum laicorum, in quo ſit mentio Eccleſiaſticorum vel Eccleſiarũ, non cõprehendit illos, vel illas, etiam ſi ſit fauorabile ex defectu iuriſdictionis, n.3.*

*Satutum laicorum non poteſt ligare Eccleſiaſticos, nec Eccleſias, n.4.*

*Onus reale impoſitum in prædiis, tranſit cum eis, ſi perueniant in Clericos, aut Eccleſias, n.5.& 7.& 9.*

*Clerici, & Eccleſiæ tenentur ſoluere onera, & tributa impoſita in bonis Cataſtatis, antequam in eis ſucceſſiſſent, n.5. quod intellige, vt n.6.*

*Laudemium dicitur, quod ſoluitur veluti feudum, aut cenſuale, conſtitutum in prædio in perpetuum, quod ſoluere tenentur Clerici, & Eccleſiæ, ſi ad eius poſſe perueniat, n.6.& 8.*

*Clerici non tenentur ſoluere onera perſonalia, vel mixta, quæ ſoluere tenentur laici in vim alicuius ſtatuti ſecularis, numero 6.& 7.*

*Statuta grauantia bona ſita intra territorium cum aliquo onere, vel trbbuto non ligant Eccleſiaſticos, & Eccleſias, numero 8. & 13.*

Cle



*Clerici, & Eccleſiæ tenentur ſoluere onera & tributa temporalia, impoſita per laicos in prædiis, etiamſi antea eſſent ſoluta, & ad eos cum tali onere perueniſſent, n.10. & ſequent.*

*Priuilegium conceſſum rebus ratione perſonæ, mutatur, ſi iſtius qualitas mutata repertatur, n.11.*

*Bona quæ poſſidebat Clericus ante Sacerdotium, poſt illud, gaudent priuilegio, ex eo reſultante, num.12.*

*Clericus renuens ſoluere tributum, vel aliud onus reale, impoſitum in prædio, quod poſſidet, compelli debet ad ſolutionem per Iudicem Eccleſiaſticum, non vero per laicum, n.14.*

*Clericus in Aragonia renuens ſoluere Alfardam, (quæ eſt certum onus reale, impoſitum in prædiis) compelli debet ad eius ſolutionem per Iudicem Eccleſiaſticum; non vero per laicum, n.14.*

*Laicus delinquens in Clericum, vel ipſum iniurians, puniri debet per Iudicem Eccleſiaſticum, n.15. ſed verior ſententia docet, eſſe mixti fori, n.16.*

*Iudex laicus ſi præueniat cognitionem cauſæ contra ſecularem, iniuriantem Clericum, non ex eo excluditur Eccleſiaſticus, quominus procedere poſſit aduerſus talem delinquentem, n.17.*

# Votum IX.

SVb die 11. Octobris 1654.

Tres competentiæ ex eodem fonte dimanantes, licèt in diuerſis Proceſſibus, & inter diuerſas perſonas, fuerunt propoſitæ, nam Primus, & Secundus Proceſſus actitati reperiuntur inter Procuratorem Fiſcalem Epiſcopatus, & Ciuitatis Deturſæ, & Iuſtitiam Iuratos, & Concilium Villæ de Cretas; Tertius verò inter eundem Fiſcalem, & Petrum Garcia, Vicinum illius Villæ, omnéſque fuerunt propoſiti, & inchoati ſub die 7. Septembris præſentis anni 1654.

Cauſa autem formandi dictas contentiones ex eo originem habuit, quia dicti Iuſtitia, & Iurati nomine Villæ prætendebant, omnes vicinos, & habitatores illius, teneri ſoluere quoddam redecimum omnium fructuum, quos perciperent, ex terris & fundis ſitis in ſuo territorio, pro ſoluendis oneribus communibus, & hoc in vim cuiuſdam impoſitionis, & oneris per certum ſtatutum; ab ipſis ſtabilitum, id ita diſponens ſine aliqua exemptione, etiam perſonarum Eccleſiaſticarum, quod fuit executioni mandatum, ſine aliqua exceptione perſonarum, & præcipuè Eccleſiaſticarum, de bonis acquiſitis poſt editionem dicti ſtatuti, imponendo pœnam amiſſionis fructuum, quam incurrerent renuentes ſoluere dictum onus redecimi ex omnibus fructibus, tam frumenti, quàm vini, aut olei, ab ipſis colligendis, provt articulat Villa, ſed concludenter non probat, eo tamen non obſtante prætendit, comprehenſos eſſe Eccleſiaſticos in tali impoſitione oneris redecimi; ex eo quia erat onus reale, & debitum vniuerſitatis, & vt tale pertinere exactionem, tanquam priuilegiatam priuatiuè ad dictos Iuratos ipſius Villæ, & ad alios Officiales ſæculares, iuxta depoſitiones forales præſentis Regni Aragonum. Contra autem Eccleſiaſtici prætendebant, dictam impoſitionem, ſeu onus nullatenus comprehendere bona eorum, & Eccleſiæ ſine auctoritate Summi Pontificis, immò ſtatuentes, & exigentes incurriſſe in pœnas, & Cenſuras Bullæ Cœnæ Domini, & alias à iure impoſitas, ad quod introducendum recurrerunt ad Iudicem Eccleſiaſticum Ordinarium Ciuitatis, & Diœceſis Durteſen. qui fuit inhibitus per iuris firmam curiæ Iuſtitiæ Aragonum, quæ fuit præſentata quando iam erat inchoatus, & inſtructus Proceſſus, per quam voluerunt declinare Iuriſdictionem, & licet Eccleſiaſticus poſſet ad vlteriora procedere, dato quod citationi comparuerunt, ſimulque in cauſa fuerunt proſecuti; eo tamen non obſtante ſe inhibuit, & ſeruatis ſeruandis iuxta forum, in primo proceſſu cõpetentiam formauit, ſimulque & etiam in ſecundo ex eo, quod cuidam licentiato Michaëli Tigel Presbytero, fuit ſublata certa quantitas tritici in vim cuiuſdam mandati executiui prædictorum Iuratorum, ratione dictæ impoſitionis, ſiue oneris pro fructibus, ab ipſo perceptis ex quodam prædio, quod ab Eccleſia Parochiali locatum habebat. Similiterque tertia competentia fuit formata; nam Franciſcus Omella Presbyter ex ſuis Oliuaribus certam quantitatem Oliuarum collegit, quã cum ad Molendinum aſportaret, & oleum exprimeret, fuit in via occupata per Petrum Garciam vicinum, & habitatorem ipſius Villæ, tanquam Arrendatarium, ſiue Adminiſtratorem dicti redecimi, ſeu oneris. Cum verò dictus Omella vellet recuperare dictas oliuas; ipſas arripuit, quod cum videret dictus Arrendatarius quoddam Arcabucium contra ipſum Omellam erexit, illúmque exonerare intentauit, quod cum videret quidam ipſius ſocius,

cius,illum detinuit,ne tale perpetraſſet;ex
quo non fuit conſummatum delictum;vi-
dens tamen Omolla magnum periculum
ibidem eidem eminere, ſe contulit in do-
mum ſuam, & poſtmodum querelam tn-
tentauit nomine proprio, & Fiſcalis Ec-
cleſiaſtici coram Ordinario Dertuſen,
petendo citationem contra dictum Gar-
cia,ad finem videndi ſe declarare incur-
ſum in Canone, & cenſuris reſultantibus
ex dicto delicto,& conſtito de eo fuerunt
litteræ conceſſæ, & notificatæ dicto Gar-
cia,qui obtinuit monitorium Curiæ Iuſti-
tiæ Aragonum in vim iuris firmæ obten-
tæ, & præſentatæ in primo proceſſu,quod
quidem fuit intimatum Ordinario Der-
tuſen, inhibendo ipſum, ne ad vlteriora
procederet; cum quibus ſe habuit pro in-
hibito, & ſtatim conceſſit ſuas litteras re-
ſponſorias cum nominatione Arbitri,&c.
qui cum non eonuenirent cauſa fuit ad
me deuoluta, & ſeruatis de foro ſeruan-
dis,inſtructiſque proceſſibus intra termi-
num pronuntiaui de conſilio conformi
omnium quatuor DD.conſulentium,præ-
dictas tres competentias declarandas fore
in fauorem Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ex
2 ſequentibus fundamentis. Ad quorum
elucidationem ſupponendum eſt. Primò,
nullatenus conſtare de tali ſtatuto,neque
in aliquo ex proceſſibus fuiſſe exhibitum
& ſolum probari ex tribus teſtibus, aſſe-
rentibus prædictum onus eſſe ſolutum à
vicinis, & habitatoribus dictæ Villæ de
Cretas in vim cuiuſdam ſtatuti, non ta-
men concludenter probant,exemptos, &
præcipuè Clericos indiſtinctè ſoluiſſe
prædictum onus. Vnde cum notum ſit in
iure,quod fundans ſe in ſtatuto, in primis
& ante omnia probare debeat qualitatem
ab eo requiſitam,vt docet Bartolus *in l.1.
§.1.per eum tex.ff.ne quid in flumine publico.*
Decius *conſ.18.num.4.* Riminaldus iunior
*conſ.44.num.68.* Pacian.*in tract.cui incum-
bat onus probandi negat.lib.2.c.40.num.33.*
& alij penes Carolum de Graſſis *in tra-
ctatu de effectibus amicitiæ*, qui reperitur
*poſt tract. de effect. clericatus num.151. &
152.*& pluries declarauit Rota per Peñam
*in meis recollectis deciſ.601.n.2.& 802.n.5.*
ibi, *Notum eſt autem, qualitate ſtatutaria,
non verificata, ſtatutariam diſpoſitionem
non ſuffragari*, &c. & ibidem mea annota-
tio plures alias deciſiones allegat, & de
hoc non eſt ambigendum.Ergo ſtatutum
non poteſt aliquid operare, etiamſi aliquo
modo poſſet comprehendere.
3 Quod motiuum ſolum ſufficiens vide-
batur, ne ad alia diſcutienda deuenire-
mus. Verum dato etiam quod ſtatutum
adeſſet,& quod de eo legitimo conſtaret,
certum eſt etiam,non poſſe comprehen-
dere perſonas,& bona Eccleſiaſtica, nam
quando decernitur ſtatutum laicorum, in
quo fit mentio Eccleſiaſticorum, vel Ec-
cleſiarum, etiamſi ſit fauorabile,eſt nul-
lum reſpectu illorum,vel illarum ex defe-
ctu iuriſdictionis, vt patet ex textu in cap.
Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtitution.
cap.finali de rebus Eccleſiæ non alienan.
vbi communiter Doctores, & latiſſimè
plura referens, & multa ad intentum cu-
mulans,tradit Thomas Delbene, omnino
videndus circa hunc articulum, *in tract.
de immunit.tom.1.cap.8.dub.2.à n.1.& ferè
per totum,& to.2.cap.14.dub.5.n.24.& ſe-
quent.*
Ex quibus clare colligitur, prædictum 4
ſtatutum non potuiſſe ligare perſonas,
& bona Eccleſiaſtica, nec dicta exa-
ctio iuſtificari poterat tanquam onus rea-
le,quod ipſi patrimonio imponitur,vt per
Bartol.*in l.reſcripto §.finali ff.de muneribus,
& honoribus*,quod quidem teneri ſoluere
Clericos, vel Eccleſias ſi ad eos,vel ad eas
perueniant bona optime probat Statilius
Pacificus de Saluiano interdicto *cap.4.in- 5
ſpectione 3.à n.524.*vbi *n.525.& 526.* do-
cet,teneri Clericos,& Eccleſias ſoluere
onera, & tributa impoſita in bonis cata-
ſtatis,antequam in eis ſucceſſiſſent, idem
probat Petrus Gregorius *lib.3.de Republi-
ca c.7.n.39.*Seſſe *deciſ.7.n.4.& 6.& deciſ.
8.n.26.*& alij plures penes noſtrum Do-
ctiſſimum Suelues *in ſua centur.1.conſ.43 6
n.2.*Nam licet verum ſit,tale onus tranſire
in ſucceſſorem,etiam Clericos, vel Eccle-
ſiam;hoc tamen intelligi debet de oneri-
bus propriè,& verè realibus,inhærentibus
in ipſis fundis,veluti in feudis,aut Cenſua-
libus, qui proprie intelliguntur ſub no-
mine laudemij;ſecus autem in aliis oneri-
bus ad tempus,aut perſonalibus, ſeu mix-
tis,de quibus:Seſſe *dicta deciſ.7.& 8.n.26.
cum ſequent* Suelues *d.conſ.43.*Rota *in meis
recollect. Peñæ tom.1.deciſ.864.num.3.&
ſequent.*
Ratio autem quare Clerici, & Eccleſiæ 7
teneantur ſoluere prædicta tributa realia
perpetua,& non alia diffuſe traditur à Ca-
rolo de Graſſis *in tract.de effectibus cleri-
catus, effectu 3.à num.154.cum pluribus ſe-
quentibus.* Qui adhuc dubitat, an etiam il-
la onera vere realia ſoluere debeant, ſed
verior,& communior ſententia eſt,Cleri-
cos eſſe adſtrictos ad ſolutionem talium
onerum realium.
At vero ſi fiat ſtatuta Ciuitatum, gra- 8
uantia



uantia bona ſita intra territorium aliquo
tributo,vel onere,tunc dicendum eſt,tale
ſtatutum non poſſe præiudicium inferre
perſonis Eccleſiaſticis, aut Eccleſiis, vt
punctim & cordate contra Bartolum re-
ſoluunt communiter Doctores, & præci-
puè Bobadilla plures referens *in ſua poli-
tica tom.1.lib.2.cap.18. caſu 101. n.204.*
cuius pulchra verba referam, qui poſt-
quam dixit, teneri Clericos ſoluere lau-
demium bonorum, ad eos peruentorum
cum eo onere, *n.205.* ita concludit. *A eſte
propoſito es reprobado Bartulo, quo loa a los
Peruſinos,y Eugubienſes, porque viendo que
ſus heredades venian a poder de las Ygleſias,
eſtatuyeron que todas las heredades fueſſen
tributarias,para que aſsi paſſaſen con la car-
ga a las Ygleſias, porque el eſtatuto enfraude
9 d'ellas no vale,y es reprobado*, &c. & paulò
inferiùs proſequitur ipſe Bobadilla *in eo-
dem cap.18.fallentia 16.n.290.* qui poſt-
quam docuit per *leg.11.Caſtellæ,tit.3 lib.
1.recopilationis*, teneri Eccleſiaſticos ſol-
uere tributa perpetua, & propria annexa
fundis,& prædiis in ipſis exiſtentibus, &
ad eorum poſſe peruenientibus cum eo
onere,ita proſequitur. *Pero no le pagaran,ſi
la Ciudad ordenaſſe,que todas las heredades
de ſu termino, y territorio fueſſen tributa-
rias cada año por la general, y tacita hipo-
teca, y paſſaſſe alguna heredad a poder de
Clerigo,o Ygleſia ſegun* Floriano *in l. ſi quid
n.23.ff.de vſufructu*, Otalora *de nobilit. 2.p.
cap.1.n.10. y otros que arriba citamos contra
Bartulo que tuuo lo contrario por cauſa de la
10 vtilidad publica. Ni aun deberan los Cleri-
gos,o Ygleſias tributo,de la heredad, de que
antes ſe hauia pagado temporalmente por
alguna ocaſion de vtilidad, o neceſidad ſe-
gun* Abbad *in cap.non minus,num.18.de im-
mun.Eccleſ.y* Anaſtaſio Germonio *lib.3.de
ſacrorum immunit.cap.17.n.27. ni por el tri-
buto que ſe hechas a las perſonas por haziē-
das*,&c. Vſque huc Bobadilla, qui ad in-
tentum allegat Alfonſum Gerrer *de the-
ſaur.Chriſtian. Relig.cap.35.n.9.* Grego-
rium Lopez *in l.50.verbo, En las calçadas,
tit.6.partita* 1.Authent. *Item nulla commu-
nitas,C.de Epiſcopis & Clericis.*
11 Ad idem Gutierrez,omnino videndus,
*pract.quæſt.lib.1.q.15.*ibi, *Præterea noſtra lex
eſt intelligenda,quando prædia, vel res tales
ſunt affecta onere tributorum, expreſſè, &
ſpecialiter ex conuentione partium;ſecus ve-
rò ſi tantum ſint affecta, vel obnoxia tribu-
tis ex generali lege,oblatione, & hypotheca*,
&c. *quia tunc ſi talia bona perueniant ad
Clericum non tranſeunt cum onere*, &c. mu-
tatione enim perſonæ mutatur qualitas,
& priuilegium inhærens rei, ratione per-
ſonæ.*l.Paulus per Procuratorem*, & ibi Bar-
tolus *n.3.ff.de acquirend. hæreditate,l.lici-
tatio.§.finali.ff.de Publicanis, & vectigali- 12
bus*, ideo bona ante Sacerdotium poſſeſſa
gaudent priuilegio, vt probant Didacus
Perez Matienço, &c. & iſte eſt caſus mi-
rabilis, in quo onus hypothecæ legatis
non tranſit cum re, ita hæc duo ad no-
ſtram legem 11. adducit Otalora *de nobi-
litat.2.p.cap.1.n.10.* Queſada *lib.1.q.4.per
totam,vſque ad n.10.* Hæc Gutierrez. Cui 13
iunge Portoles ad Molinum, *verbo, Con-
tributio, n.18.& 29.fol.402.* & Carolum
de Graſſis *in d.tract.de effectibus clericatus,
effect.2.n.332.vſque ad* 337. quem omni-
no videbis,nam reprobando etiam Barto-
lum,latiſſimè diſputat hunc articulum, &
plures Doctores allegat idem tenentes,
multaque alia cumulat, quæ ad præſen-
tem concluſionem conducunt, idémque
tradit *inſpectione* 3.qui poſtquam latè pro-
bauit *n.154.vſque ad* 161.quod Clerici te-
nentur ſoluere onera, & tributa realia,
*n.162.& 163.* contrariam tuetur, & tan-
dem *n.164.* ita ait.Ideo id quod hodie ab
aliquibus appellatur tributum, eſt potius
quoddam onus,quod imponitur à Princi-
pibus ſæcularibus per eius ſtatuta ſuper
omnibus bonis, & prædiis exiſtentibus in
territorio,quod ſtatutum & impoſitio non
afficit Clericos, &c.
Plura alia adducere poſſumus,quæ cō-
ſultò omittimus,ne longiùs immoremur,
eaque videre poteris penes Doctores ſu-
pra allegatos,& apud Peñam *in meis recol-
lectis,tom 2.deciſ.1079.n.18.vſque in finem*,
& Barboſ.*de vniuerſ. iure Eccleſ.lib 2.c.3.
à n.204.*vbi *num.216.cum ſequent.* noſtram
ſententiam defendit.
Hæc quæ tam clarè procedunt, adhuc 14
ſi aliquam paterentur difficultatem,in hac
contentione ceſſant, non enim eſt dubi-
tabile,quod cognitio in omnem euentum
pertinebat ad Iudicem Eccleſiaſticum,
etiam ſine diſcuſſione,an eſſet onus reale,
perſonale, vel mixtum, tranſitorium in
poſſeſſorem in vim ſtatuti,vel alterius iu-
ris, & ideò præciſè talis cognitio ad il-
lum neceſſariò remitti debet, & ex hoc
capite Competentia etiam ad fauorem
Eccleſiaſtici declaranda veniebat,vt opti-
mè,& latiſſimè probat Thomas Delbene
*de immunit.in d.tom.2.cap.9.dub.18.n.2.
& ſequent.*& *tom.1.cap.4.dubit.4.per totā*,
& alios plures referens Carol. de Graſſis
*de effect.clericat.effect.296.& 297.*nam da-
to etiam,quod declaratum eſſet,onus im-
poſitum in prædio, eſſe onus verè, reale,
&

& poſſeſſum ab ipſo Eccleſiaſtico,cum ta-
li grauamine adhuc exequutio,ſeu diſtri-
ctio contra Clericum renuentem perſol-
uere tale onu s, non per iudicem ſecula-
rẽ,ſed per Eccleſiaſticum fieri debebat,vt
in terminis Alfarde(quæ ita appellatur in
noſtro Regno Aragonię collecta impoſita
ratione purgationis aquæductus,per quem
aqua ad irriganda prædia Eccleſiaſtico-
rum fluit, & eſt onus reale) docent pra-
cti noſtri, vt videre eſt per Molinum in
reportorio,verbo,*Alfarda,& verbo,Cleri-
cus fol.*183.*col.*2.& cum pluribus *ibidem n.*
3.ergo in omnem euentum cognitio, &
diſtrictio ad iudicem Eccleſiaſticum, &
non ad ſecularem debet pertinere. Ex
quibus ſine hæſitatione prima, ſecunda
competentia fuit deciſa in fauorem Ec-
cleſiaſticæ Iuriſdictionis.

15 Tertia tandem competentia reſultans
ex vltimo proceſſu, æqua lance fuit decla-
rata. Nam licet controuerſum ſit an lai-
cus delinquens in Clericum, vel ip-
ſum iniurians priuatiue puniri debeat à
Iudice Eccleſiaſtico, & plures Doctores
ita ſentiant, verior tamen & communior
16 ſententia,(in qua fere omnes conueniunt)
docet eſſe mixti fori, eumque eſſe legi-
timum Iudicem qui prę uenerit,vt late tra-
dunt Cartarius *deciſ.6.criminal.numero* 2.
Balboa *in repetitione textus in cap.*1.*de foro
competenti* §.4. *numero*.34. & alij pœnes
Dianam *tom.6. reſol.moral. tract.* 8.*reſol.* 3.
17 latiſſime apud Martam *de iuriſdict.p.*2.
*cap.*27.*numero* 6.*fere per totum*,vbi *numero*
16.& 17. tenet quod licet prę uentio fiat
à iudie laico, numquam tamen auferri
poſſe Eccleſiaſtico, quo minus procedere
valeat ad excommunicationem aduerſus
laicum delinquentem in Clericum. Ex
qua doctrina colligitur, quod cum in no-
ſtro caſu ex proceſſu reſultet, præuentio-
nem factam fuiſſe ad Ordinario Eccle-
ſiaſtico Dertuſen,qui citauit Don Petrum
Garcia,ſequitur manifeſte, ad ipſum præ-
ciſſe pertinere cognitionem, Ex quibus
communi, & vniformi voto DD. Con-
ſulentium (vt dixi) declaraui competen-
tiam iudicis Eccleſiaſtici in tribus ſupra-
dictis proceſſibus locum habere, & de iu-
re procedere,&c.

*In proceſſu Licentiati Hierony-
mi Perez Præsbyteri, Vica-
tij Villæ de Siſamon,& Cabra-
fuente, contra Illuſtriſſimum
Marchionem de Ariza, &
Franciſcum Gazeo ſuper com-
petentia Iuriſdictionis.*

## ARGVMENTVM.

Famuli Clericorum an gaudere de-
beant priuilegiis ſuorum Domi-
norum, tam illi qui fuerint per-
petui veluti mancipia, quam con-
ductiti ad tempus ex certa merce-
de,vel ſalario.

## SVMMARIVM.

*Clerici gaudent priuilegiis, & honoribus
quibus gaudent infantiones, & fidalgui
numero* 5.

*Infanttones, ſeu Fidalgui inlocis Dominorum
temporalium in Aragonia habent pri-
uilegium lignandi, ſicut, & alij vicini,
num.*5.

*Priuilegium Clericale conceſſum Clericis ex-
tendi debet ad eorum famulos, nu-
mero* 6.

*Famuli, & ſerui perpetui Clericorum gau-
dent priuilegiis ſuorum Dominorum, nu-
mero* 6.

*Famuli conductitij Clericorum non gau-
dent immunitatibus,& priuilegiis ſuorum
Dominorum* 7.*ſed alij contra ſentiunt* 8.
*quod intellige,n.*9.

*Famuli Epiſcoporum, etiam mere laici gau-
dent priuilegio fori,n.*7.*&* 10.

*Famuli conductij Clericorum gaudent priui-
legio Clericali, in his quæ concernunt, ad
præciſam neceſſitatem Dominorum, ſi
alias per ſe ſine dedecore ſtatus id efficere
nequeant,n.*9.*&* 10.

*Coloni, & familiares Clericorum gaudent
eorum immunitate, ſi impedirentur vti
ſeruitio colonorum, vel familiarium, nu-
mero* 10.

*Actus lignandi non decet Clericos,& ideo
fieri debet per ſuos famulos, & ſeruos, nu-
mero* 11.

*Domini temporales locorum Regni Arago-
num poſſunt carcerare ſuos vaſallos, &
pœnas infligere ſine expreſſione cauſæ,
pro*



*pro libito voluntatis, num.* 12.

*Simulatio, & animus colligitur ex indiciis
declarantibus voluntatem, n.*13.

*Statutum laicorum imponens pœnam con-
ſanguineis Clericorum propter iſtorum in-
obedientiam,& contra libertatem Eccle-
ſiaſticam, n.*15.

*Contumelia facta fratri meo, mihi illata di-
citur, n.*16.

*Coloni Clericorum non poſſunt grauari pro-
pter ipſos Clericos, nec contra illos ſtatuta
condere, n.*17.

*Iniquum eſt, quod laici vexent tertios pro-
pter inobedientiam Clerici, n.*18.

*Alteri per alterum non debet fieri iniqua
conditio, n.*18.

# Votum X.

1 SVb die 24.Octobris 1654.
Illuſtriſſimus Marchio de Ariza,Do-
minus temporalis loci de Cabrafuente,
Diœceſis Seguntin, in vim poteſtatis ab-
ſolutæ quam habent Domini locorum
per diſpoſitiones forales præſentis Regni
Aragonum in ſuos vaſſallos, & homines
ſigni ſeruitij,iuſſit ſuis Miniſtris, & officia-
libus carcerare Petrum Perez, habitato-
rem, & naturalem dicti loci de Cabrafuẽ-
te,tanquam vaſſallum, & hominem ſigni
ſeruitij, & ex eo id efficere poterat ſine
cauſæ expreſſione, quod quidem die 15.
Auguſti præſentis anni 1654. exequutum
fuit per dictos Miniſtros,qui eum aſporta-
uerunt ad carceres dictæ Villæ de Ariza,
vbi ad præſens detentus remanet. Vnde
Hieronymus Perez Vicarius Villæ de Si-
ſamon,& d.loci de Cabrafuente (quorum
locorum Vicariæ ab vno inſimul admini-
ſtrantur) frater prædicti Petri Perez ægrè
tulit dictam carcerationem,ex eo quia il-
lum in ſua domo,& ſeruitio, tanquam fa-
mulum habebat in d.loco de Cabrafuẽte,
vbi domum propriam,& reſidentiam re-
tinet,ſimulque ipſi miniſtrabat victum, &
veſtitum,omnéque neceſſarium ad vitam
humanam,& mutuo d.Petrus ei inſeruie-
bat in omnibus officiis veri famuli, & tan-
quam talis exequebatur quidquid ab ad-
miniſtrationem rei familiaris,& obſeqnia
famulatus alij inſeruientes in dicto loco
exercent.

2 Quapropter dictus Vicarius ſentiens ſe
grauatum ex eo, nam D.Marchio in car-
cerem detruſit d. Petrum Perez (vt ipſe
exiſtimabat) quia in montibus communi-
bus d.loci de Cabrafuente lignabat de mã-
dato eius, & ad ipſius ſeruitium in domo
propria ſua,quod impedire intendebat,nõ
obſtante quod id efficere poterat, nam eſt
permiſſum omnibus vicinis dicti loci; ad
quod iudicandum factum fuiſſe ex ea cau-
ſa,inclinauit animum Vicarius,ex eo quia
fuit intimata pœna;quam incurrunt exte-
ri,qui lignare intendunt in dicto loco;Vi-
carius tamen,& d.Petrus eam ſoluere ſum-
mopere renuerunt,tãquam indebitam, &
non incurſam, & ex eo inter officiales D.
Marchionis, & ipſos variæ controuerſiæ
fuerunt exortæ, quapropter prætendebat
Vicarius vim ipſi inferri ex captura dicti
Petri Perez ſui fratris, & inſimul famuli,
qui vt talis gaudere debebat priuilegio
clericatus,in his quæ conducunt, & reſpi-
ciunt perſonam ipſius Vicarij, quoad illa
videlicet,quæ per ſuam propriam ſine de-
decore ſtatus Eccleſiaſtici exercere non
valeat, vt ſunt actus lignandi, aquam du-
cendi,terras laborandi,& his ſimilia;Vnde
quamuis in aliis dict. Petrus ſubiectus
exiſteret D. Marchioni; in illis tamen
exemptum fore ex influxu ipſius clerici,
cum per ſe eam miniſtrare non liceat;Imò
dato etiam,quod pœnam incurriſſet,præ-
tendebat Vicarius, non poſſe peti per Iu-
dicem ſæcularem, ſed per Eccleſiaſticum,
tanquam acceſſorium, & ſequela ipſius
Clerici,& exinde in actibus ad ipſum ne-
ceſſariis,& connexis ſequi debere priuile-
gium ſui principalis;aliàs ſi famuli clerico-
rum in carcerem ſæcularem propter di-
ctas cauſas reponerentur, omnis immuni-
tas illideretur,cum quoties vellet D.Mar-
chio, poſſet priuare Clericos, ne habeant
famulos,& ſeruitores,eos incarcerando,&
per indirectum remanerent deſtituti ſer-
uitio,ſi ad libitum ſuæ voluntatis id effice-
re queat,in graue præiudicium immuni-
tatis Eccleſiaſticæ,

Contra autem D. Marchio dicebat,præ- 3
dictum Petrum Perez,eſſe vaſſallum ſigni
ſeruitij,quamuis exiſtat innuptus & iuue-
nis,quia eſt filius vaſſalli ſui,videlicet Hie-
ronymi Perez ſui patris ſimulque natura-
lis,& reſidens in dicto loco ſuo de Cabra-
fuente,& exinde potuiſſe eum capere, &
incarcerare ex iuſtis cauſis,ſuum animum
mouentibus,nec teneri illas renunciare,&
inſuper quod dictum Petrum Perez indi-
ſtinctè non iuſſit carcerare ex hac, vel illa
cauſa,ſed ex iuſtis motiuis ei bene viſis;ex
quibus nullatenus intendebat pręiudicium
inferre immunitati Eccleſiaſticæ.

His tamen non obſtantibus dictus Vi- 4
carius,ſentiendo ſe grauatum,coram Iudi-
ce Eccleſiaſtico Archipresbyteratus de
Ariza,Seguntin Diœceſis, ſe repræſenta-

uit, & querelam coram eo propoſuit, continentem ſuperius dicta, & miniſtrata legitima informatione; Eccleſiaſticus conceſſit ſuas litteras directas Iudici Ordinario Villæ de Ariza, in quibus continebatur, vt intra terminum viginti quatuor horarum dictum Petrum Perez, è carceribus liberaret, &c. cum nominatione Arbitri, iuxta ſtylum præſentis Regni, formando competentiã; quæ intimatæ, &c. & cũ prędictus Arbiter non conueniret cum alio; ſeruatis de foro ſeruandis, cauſa fuit ad me deuoluta, & intra terminum inſtructo proceſſu, tandem de communi voto quatuor DD. conſulentium declaraui, Competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere, ex ſequentibus fundamentis.

Quia dubitari non poteſt, Clericos gaudere priuilegiis, prærogatiuis, & honoribus, quibus gaudent Infanciones, ſeu Fidalgui, vt notant communiter Doctores *in cap. 1. de immunit. Eccleſ. in 6.* & in noſtro Regno ſtatuitur in foro quicumque homo, *tit. de ſatiſdando*, & notant Portoles ad Molinum, *verbo, Libertas Regni, n. 22.* & plures allegans tradit Suelues *in ſua centuria conſ. 43. n. 11.* Quapropter, cum in præſenti Regno Aragonum conceſſum ſit priuilegium lignandi omnibus Infancionibus, habitantibus in locis Dominorum temporalium, vt patet ex obſeruantia, quòd Prælati, & Riccihomines 6. *ſub tit. actus curiarum, fol. 42.* ibi: *Quod Prælati, & Riccihomines, Milites, & alij Domini locorũ, &c. Per ſe, vel per eorum officiales, Militibus, & Infancionibus, in eorum locis habitantibus, non poſſunt vetare furnos, molendina, heruagia, ligna, Aquas, ignem; Nec etiam facere præceptum, quod aliquis non locet, ſeu firmet ad ſolidandum ſe cum eis, nec poſſunt etiam prohibere, infraſcripta; quod aliquis nõ faciat aliquod opus; ſeu facienda pro eis, nec terras eorum recipiant ad tributum, nec ad laborandum, nec eorum ganata, vel hæreditates cuſtodiant, nec aliqua ſimilia poſſunt fieri per dictos Dominos*, &c. Ergo Clerici poterunt lignare, & alia ſimilia facere in locis Dominorum vbi reſident, ſicut & poſſunt Infanciones, & Fidalgui.

6 Dubium autem eſt; an tale priuilegium clericale extendi debeat ad eorum famulos, in qua quæſtione ferè omnes DD conueniunt, famulos, & ſeruos perpetuos Clericorum, vt mancipia, gaudere debere priuilegiis ſuorum Dominorum, vt pluribus relatis tradit Bellettus *in diſquiſ. cleric. p. 1. tr. de fauore Clericorum reali, §. 1. n. 12.* Carolus de Graſſis *de effectibus Clericatus, effect. 1. n. 149.* vbi pro vtraque parte *vſque ad n. 151.* allegat DD articulum diſputantes, cum Menochio *de arbitr. cent. 6. caſu 562. n. 3. & 8. cum pluribus ſequent.* quibus iunge Dianam *to. 3. reſol. moral. tract. 1. de immunit. Eccleſiaſt. reſolut. 47.*

Sed de conductitiis, vel temporalibus variant Doctores, vt videre poteris penes Zenedum *in quæſtionibus canon. q. 4. n. 26.* vbi poſtquam docuit, famulos Epiſcopi, merè laicos, gaudere priuilegio fori, aſſentit cum Bobadilla *in ſua politica lib. 2. cap. 17. n. 7.* non habere locum in famulis Clericorũ, vbi allegat ad intentum Scacciam *de iudic. lib. 1. c. 11. n. 22.* & Iulium Clarum *in praxi criminali, § fin. q. 35. n. 18.* vbi additio in vltima impreſſione de anno 1635. Genuæ plures alios allegat, & Carolus de Graſſis *vbi ſuprà d. n. 149. verſ. aut famulus ſeruus, & colonus.* 7

Alij verò tenent indiſtinctè gaudere, vt tradunt allegati per Menoch. *vbi ſuprà d. caſu 562. n. 7. cent. 6.* Narbonam *in 3. recopil. lib. 4. tit. 1. l. 20. gloſſ. 1. n. 27.* cuius verba refert Diana *d. reſol. 47.* 8

Quam opinionum contrarietatem diſtinctionis fœdere componunt plures, aſſerentes, famulos conductitios clericorum gaudere priuilegio Clericali, in iis, quæ cõcernunt ad præciſam neceſſitatem perſonarum Dominorum, cum aliàs per ſe id efficere nequeant, & ideo ſi illis de contrario damnum aliquod ſequatur, priuilegio immunitatis contraueniri, vt tradunt Carolus de Graſſis *in d. tract. de effect. clericat. effect. 1. n. 150.* vbi plures DD. allegat, & *in verſ. quoad ſeruos conductitios verò*, ſit concluſio, & ita proſequitur. *Ipſi tunc gaudeant priuilegio Dominorum, quoniam ipſe Clericus, & Dominus non poſſet commodè vti ſuo priuilegio, niſi etiam eo vtantur ſui familiares, & ſerui, etiamſi hoc eſſet priuilegium fori, ſi verò poterit commodè vti ſuo priuilegio, abſque eo quod eius famuli, & ſerui eo vtantur, tunc ſerui nullo potiuntur priuilegio, ex perſona Dominorum*, &c. & ad intentum allegat Felinum, Baldum, Nigris, Carauitam, & Menochium *in d. caſu 562. n. 11.* 9

Ad idem Gratianus *tom. 2. diſc. pt. foreſ. cap. 340.* qui poſtquam *n. 3.* dixit, famulos Epiſcoporum indiſtinctè gaudere priuilegio fori *num. 4.* ita ait: *Sed etiam erit attendenda dicta incommoditas in ſeruis, Colonis, ac aliis de familia Clericorum; tales enim habebunt priuilegium fori, Clericis conceſſum, quando ipſi impedirentur vti ſeruitio famulorum, & colonorum, ſi extra forum trahi poſſent, cum magno incommodo Clericorum, quamuis etiam eſſemus in illis, qui mercede promiſſa ad tempus ſeruiunt. Hæc Gratianus*, &c. de quo videndus eſt Thom. Delbene *tom. de immunit. Eccleſ. c. 4. dub. 15. ſect. 1. n. 29. vſque in fin.* qui alios allegans latè de hoc agit. 10

11 Ex quibus colligitur in præſenti contentione, quod cum actus lignandi ſit præciſè neceſſarius Vicario, nec illum per ſe exercere potuiſſet, ſequitur per conſequens, ipſum famulum gaudere debuiſſe ipſo priuilegio immunitatis, ac ipſe Dominus, qui quidem cum ratione indecentię Clericatus id efficere non potuiſſet (vt dictum eſt) nullatenus famulus ipſius ex hoc facto potuit incurrere pœnam, quam nec Dominus incurriſſet, & exinde neque ratione renitentiæ ſolutionis ipſius, potuiſſe carcerari, quin immunitas violata remaneret.

12 Et quamuis iuxta diſpoſitiones forales Præſentis Regni Aragonum, Domini temporales locorũ poſſint carcerare ſuos vaſſallos, & pœnas infligere ſine expreſſione cauſæ pro libito voluntatis, vt patet *ex obſeru. de conſuetudine Regni nobiles*, &c. *de priuileg. general.* & *obſeru. in curiis 4. tit. actus curiarum*, Mol. *in repet. verbo, Domini locorum, verſ. Domini locorum qui non ſunt, fol. 104.* vbi latè Portoles *à n. 7. cum pluribus ſequent. fol. 558. 2. p.* & ex ea cauſa captura facta in perſona Petri Perez iuſtificari poſſet. Tanquam facta de vaſſallo, ex quo Dominus Marchio, prætendebat non conſtare de læſione immunitatis, cum id efficere potuiſſet pro libito voluntatis, ſine cauſæ expreſſione reſpectu ſui vaſſalli, quod quidem ſi aliàs de circumſtantiis, & probationibus aliud ſuadentibus non conſtaret releuare potuiſſet: Attamen ex proceſſu patet, dictam capturam initium habuiſſe ex eo, quod dictus Vicarius, & famulus renuerunt ſoluere pœnam, & exinde colligi, carcerationem ſecutam fuiſſe in odium immunitatis, quod deducebatur primò ex duobus teſtibus, deponẽtibus de communi voce, & fama publica. Secundò, ex quadã Epiſtola ſcripta à D. Marchione, directa d. Vicario ſub dati Cæſarauguſtæ die 2. Iulij 1654. vbi dicit, quod cum priùs conſilium habuerit à perſonis doctis, & peritis, quas conſuluit, an teneretur d. Vicarius ſoluere prædictam pœnam, & reſponſum dederunt, non poſſe lignare, & ideo monet illum in d. Epiſtola, ne lignet, aliàs quod præciſum erit vti remediis, quibus ei conſuluerint, & quod de contrario parentes dicti Vicarij id patientur; ſtatímque die 12. Auguſti immediatè ſequentis Petrus Palatius, Cuſtos maior montium d. Dom. Marchionis, aliam Epiſtolam ſcripſit D. Vicario dicens, Dominum Marchionẽ ei ordinare, vt exigat pœnam, in quã incurrerat frater ſuus lignando in loco *de la Deerilla*, & ita cum requirit, vt certiorem faciat, an velit ſoluere pœnam, nã aliàs erit præciſũ exequi, quod D. Marchio ei iuſſerit, quæ quidem Epiſtolæ fuerunt recognitæ per duos teſtes de littera dictorum, & poſtea die 15. eiuſdẽ Menſis Auguſti fuit carceratus D. Petr. Perez de mandato d. D. Marchionis directo D. Petr. Palacios cuſtodi, qui dixit Hieron. Rapien, Iurato D. loci de Cabrafuente, vt eum caperet, prout ipſi deponunt.

Ex quibus coniecturis videlicet, breuitate tẽporis, actuum proximitate, & quod nullum delictum commiſit D. Petrus Perez, reſultat, quod cauſa capturæ fuit denegatio ſolutionis pœnæ propter actũ lignãdi, factum à D. Petro Perez ad vsũ dicti Vicarij, ex quibus indiciis, & coniecturis ſatis probata iudicatur cauſa, ad ea quæ tradunt D. *in l. poſt contractũ*, & ibi Bart *ff. de don.* latè Far. *de ſimula. q. 162. p. 4. n. 146. cum ſeq.* præcipuè in hoc tribunali, vbi iudiciũ ferri debet, attenta veritate ſecundũ Deũ, & bonã conſcientiã *for. 1. de las competencias*, & diximus latè *ſupra vot. 1. n. 8. & vot. 7. n. 13.* 14

Ex quibus omnibus reſultat læſio immunitati, iuxta ea quæ tradit Alderas Maſcard. *de ſtatutorũ interpret. conc. 1. à n. 142. & ſeq. amplia 16.* vbi cum Croto *in l. omnes populi n. 49.* ita ait: Quod ſtatutum imponens pœnã conſanguineis Clericorum, propter clericorum ipſorum inobedientiã non valeat per ea quæ notat Bald. *in l. 1. in principio. C. de Epiſcopis, & clericis*, & inferius *n. 144.* reddit rationem ampliationis, quia contumelia fratri meo illata, mihi illata dicitur, & metus conſanguineorum meorum dicitur meus iuſtus metus *l. præterea ff. de liberali cauſa*, Clem. vnic. *de homicid.* &c. Imo Bart. *in l. hi penes C. de Agricolis, & cenſit. lib. 11.* dixit, quod nec etiã contra Colonos Clericorum poteſt quidquã ſtatui propter ipſos clericos. Vnde appellat iniquum, & iniuſtũ ſtatutũ Peruſij, quo cauebatur, quod Coloni teneãtur pro Clericis, quod videãt noſtri Sarcanenſes, qui tamquã de re præclare geſta gloriabãtur de carcere, & perſecutione aliquando procuruta cõtra conſanguineos, & Colonos Clericorũ propter terras Macciæ, &c. Cũ periniquũ ſit, propter inobedientiã, & contrauentionẽ Clericorũ vexare alios; Alteri enim per alterum nõ debet iniqua inferri cõditio, &c. Quam ampliationem ſequuti fuerunt Felinus *in d. c. Eccleſia S. Mariæ n. 99.* & Federic de Senis *conſ. 111.* incipiente *quæſtio talis eſt, num. 9.* Vſque huc Maſcardus, & *ibidem*, in 15 16

ſequentibus numeris materiam proſequitur, vbi videre poteris, quia plura refert ad intentum conducentia.

Quæ omnia in præſenti fuerunt ponderata, vt rectè ex his mortiuis colligi poſſit vim inferri D. Petro Perez in carceratione ei exequuta, tanquam facta in odium dicti Vicarij, ex quo immunitas Eccleſiaſtica læſa reperiebatur, & ideo de communi voto quatuor DD. Conſulentium (vt dixi) concluſum fuit; Competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere; ex quibus fundamentis à me ponderatis ita ipſam declaraui.

*F I N I S.*



# INDEX RERVM, ET VERBORVM.

*Prior numerus paginam notat: Poſterior eſt marginalis.*

## A

ABBAS, ſeu Epiſcopus fit à Papa, & pro tali pronunciatur, licet fiat ore tenus; attamen non debet recipi in Eccleſia pro Abbate, donec litteræ ſint expeditæ. pag. 188. num. 16
Abbas poteſt excommunicare reſpectu fori pœnitentialis tantum, non autem contentioſi. 56.34
Abbates procedere poſſunt ad correctionem contra Monachos ſecundum inſtituta regulæ; non autem in forma iuris. 55.19. & 56.35
Abbates in Eccleſiis ſibi ſubiectis habent ius inſtituendi. 55.25
Abbates etiam benedicti, non poſſunt conſecrare res ſacras, in quibus vnctio requiritur, niſi aliquo ſpeciali Sedis Apoſtolicæ priuilegio eis concedatur. 151.5
Abbates Generales, & Conuentuales Ciſtercientes, poſſunt, ex priuilegio, benedicere ornamenta Eccleſiaſtica, & alias res ſacras, exceptis illis, in quibus Chriſma requiritur, & ad vſum Monachorum, ſeu fratrum tantum. 151.2
Abbates, & Prælati Regulares inferiores, non habentes territorium, & iuriſdictionem, non poſſunt interpretare iudicialiter ſua priuilegia exemptiua, bene tamen doctrinaliter, & magiſtraliter. 72.24
Abbati potius, quam Epiſcopo tenentur obedire Monachi in his, quæ concernunt fractionem voti, & regulæ, ſecus vbi agitur de cauſis iuxta iuris ordinem tractantis. 55.32
Abbatum, ſub poteſtate ſunt Monachi, in his, quæ concernunt ſuam profeſſionem, & regulæ obſeruantiam, non vero quoad legem diœceſanam. 120.16
Acceſſorium ſequitur naturam ſui Principalis. 78.6
Accidentia morte extinguuntur. 225.76
Actores non poſſunt eſſe Regulares, coram ſuo Iudice Conſeruatore. 21.1
Actionem non habere, vel inutilem habere, paria ſunt. 8.13
Adimere non poſſunt Epiſcopi in partibus Indiarum omnibus Religioſis vnius Monaſterij, vel Collegij licentias audiendi confeſſiones abſolute, vel conditionaliter conceſſas, niſi legitima ſubſiſtente cauſa, eis bene viſa, iuxta conſcientias ſuas. 158.26
Ad impoſibile nemo tenetur. 193.9
Adminiſtratio Sacramentorum quoad ius parochiale remanet radicatum in proprio Parocho. 149.13
Admitti non debet, quod eſt contra bonum commune, & præbet anſam peccandi. 82.21
Admirationem, & turbationem ſecum affert nouitas. 110.30
Ad ſcribi alicui Eccleſiæ idem eſt, ac deſignare Eccleſiam ad inſeruiendum 231.18
Adſcriptionem quam ordinatus conſequitur de aliqua Eccleſia, debet Epiſcopus facere in ipſa ordinatione. 230.14
Aduocati, defendentes, & ſcribentes allegationes conuiciosas, & iniurioſſas, puniuntur in iure, 89.23
Aduocati cauſarum examinari debent, antequam tale munus exercere valeant. 160.3
Aduocatorum munus eſt honorabile, & ſi defendant partes vrbaniter, & modeſte laudandi, & premiis afficiendi ſunt tales aduocati. 89.24
Aduocare, & cauſas defendere nemo poteſt, quin prius ſit examinatus, & approbatus per Conſiliarios, ſeu Iudices cauſarum. 160.4
Aduocare eſt pandere deſiderium in Iudicio. 244.16
Aduocare prohibitus, non prohibetur conſulere in camera, & in ſcriptis; etiamſi ſit Clericus: vel Religioſus 248.12. & 15
Aduocati cauſarum in Aragonia eſſe non poſſunt, qui non habeant gradum Bachalaurei licentiati, vel Doctoris. 248.10
Aduocaturæ munus prohibetur Regularibus de iure. 248.9.
Altaria, Campanas, Calices, Pixides, & alia requiſita, ad Sacram Vnctionem, nō poſſunt cōſecrare Abbates, etiam benedicti. 152.6. & 7.
Anima eſt dignior cunctis rebus corporalibus, 95.21
Anima tanto eſt pretioſior ſalute corporis, quāto diſtat iſtud ab illa. 95.20
Animus, & mens concedentis priuilegium, vel conſtitutionem, aut aliam diſpoſitionem argui debet ex geminatione, & multiplicitate clauſularum. 32.8
Animus cognoſci non poteſt, niſi per ſigna præ-

paratoria , & declaratiua boni vel mali 224.7

Apoſtoli poſt reſurrectionem Chriſti Domini, ei ſucceſſerunt in miniſterio prædicationis verbi Dei. 106.12

Appellare non licet à ſententiæ data contra Regulares, per viam pœnitentiæ correctos à ſuis Superioribus. 55.27

Appellatione Diœceſis venit ciuitas in materia fauorabili, ſecus in odioſa. 240.30

Approbatus ſimpliciter ad audiendas confeſſiones dicitur iile , qui fuit admiſſus ſine limitatione temporis, loci , & perſonarum , aut ad beneplacitum concedentis 156.14.& 17

Approbatus Regularis vel Secularis in vna diœceſi ad audiendas confeſſiones non cenſetur approbatus in altera , ſed in ea requiritur noua licentia. 92.5.& 93.8

Approbatus ad audiendas confeſſiones ad certum tempus, eo elapſo , non poteſt illas audire , abſque noua ipſius Epiſcopi licentia. 156.17

Approbatio Epiſcopi ad audiendas confeſſiones non tribuit ordinis poteſtatem , ſed declarat per examen , confeſſarium habilem ad illud miniſterium. 52.6

Approbatio confeſſarij requiritur, vbi actu pœnitens confitetur , vt quis poſſit abſolui virtute Iubilæj, vel Cruciatæ. 101.40.& ſequen.

Approbatio confeſſariorum , & ad curam animarum, ſpectat ad Epiſcopum , donec inferior Prælatus , prætendens contrarium , probet immemorabilem , vel quod ſit nullius. 119.8

Approbatio ad audiendas confeſſiones ex ſui natura non eſt immutabilis, nam habet fundamentum variabile, ſcilicet ſcientia, & boni mores. 161.11

Approbatio data ab Epiſcopo pro audiendis confeſſionibus eſt quædam declaratio ſufficientiæ, ſed non confert aliquod ius irreuocabile, cum à principio ſit facultatiuum concedere, vel denegare licentiam. ibid.13

Approbatio ad concionandum, & audiendas confeſſiones non indiget litteris patentibus ordinarij quoad forum internũ , ſecus quoad iudiciale, & externum. 185.5.& 7

Approbatio ad concionandum , vel audiendas confeſſiones non requirit, vt in ſcriptis detur. 185.2.

Approbatio ad concionandum , & audiendas confeſſiones ſolo verbo Epiſcopi perficitur 185.6

Approbatio ad concionandum , & audiendas confeſſiones poteſt concedi ab Epiſcopo ore tenus, ſi ita ipſi libuerit. 187.5.& ſeq.

Approbatio data ore tenus ad prædicandum, vel audiendas confeſſiones, non expirat morte concedentis , eodem prorſus modo ac illa, quæ conceditur cum litteris patentibus. 185. 8.& ſeq.

Approbationem ad concionandum , vel audiendas confeſſiones , prudentius eſt obtinere in ſcriptis , licet quoad eſſentiam non ſit neceſſarium. 187.10

Approbandos ad confeſſiones audiendas examinare, eſt odioſum , & pertinens Epiſcopis ratione Iuriſdictionis delegatæ quoad Regulares. 163.22.quod intellige vt. 26

Approbare, vel reprobare confeſſarios , vel concionatores habent Epiſcopi annexum perpetuo dignitati Epiſcopali, & exinde in eo iure ſuccedit capitulum Sede Vacante. 164.34

Aragonum fori valde fauent immunitati Eccleſiarum. 257.83

Arbitri ad dirimendum controuerſiam iuriſdictionis , quam praxim obſeruare debeant. 27.28

Arbitrari aliqui indignum de Epiſcopis non eſt licitum. 123.12

Argui non poteſt de parte ad totum. 15.9

Argumentum magnum reformatiouis vindictæ publicæ ſecum affert correctio , & punitio delinquentium etiamſi ſint exempti. 126.32

B

BAptizare, vel patrini eſſe non poſſunt Regulares , aut alia Sacramenta miniſtrare, niſi habita prius ſpeciali licentia Parochialis Præſbyteri. 176.28

Benedictio earum rerum , quæ requirunt vnctionem Sacram , ſolis Epiſcopis competit. 152.11

Benedicendi ornamenta Eccleſiaſtica facultatem , quam habent Prælati Regulares ſolnm locum habet pro vſu fratrum , vel Monachorum ſuorum. 151.3.& 4

Beneficium amobile qui obtinuit , poteſt remouere, etiam ſine cauſa. 162.14

Beneficia curata ſecularia nullo modo poſſunt obtinere Regulares, niſi adſit ſummi Pontificis diſpenſatio ob aliquam Eccleſiæ neceſſitem, vel vtilitatem. 168.1.& 2

Beneficia curata, tam amobilia , quam perpetua ſi obtineant Reguiares , poſſunt ab Epiſcopo examinari, etiamſi in eadem , vel in alia diœceſi examinati, & approbati fuerint. 161.7

Beneficia receptiua, licet non numerata , & approbata per Epiſcopum , proprie ſunt beneficia. 231.17

Beneficia licet proprie non ſint præſtimonia, præbent titulum ad ordines ſuſcipiendos , & ideo tribuit priuilegium fori. 231.16

Bona immobilia non poſſunt habere Regulares in particulari. 84.8

Boues, & alia animalia pro cultura propriæ terræ emere licet clericis , illorumque fætus iuſto pretio , & honeſta ratione vendere. 144. 15.& 145.22

Breue Gregorij VIII. conceſſum Societati Iesv & alia quæcumqne circa Conſeruatores reducenda ſunt ad terminos Conſtitutionis Gregorij XV; & iuxta eam regulari, & obſeruari debent. 194.17.& 195.18

Bulla Gregorij XIV. circa immunitatem Eccleſiæ eſt vſu recepta in Aragonia , & Cathalonia quoad qualitates delictorum in illa contentorum , licet quoad alias ſolemnitates non ita. 251.36.& 37

Bulla Gregorij XIV. quoad immunitatem Eccleſiæ non admittit extenſionem de caſu ad caſum, circa diſpoſita in illa. 255.79

Bulla Gregorij XV. de Conſeruatoribus eſt reuocatotia aliarum. 6.1

Bulla Gregorij XIII. conceſſa Societati Iesv circa Conſeruatores reſtricta remanet per aliam Gregorij XV. 132.16

Bulla Clementis VIII. circa Conſeruatores eſt limitatiua aliarum, diuerſis religionibus conceſſarum. 6.2.

Bulla Gregorij XIII. conceſſa Societati Iesv quoad Conſeruatores partim eſt reuocata per aliam Gregorij XV. 137.11

Bullæ Gregorij XV. & Clementis VIII. limitantes, & præſcribentes formam Iudicibus Conſeruatoribus non abrogant Regularibus facultatem eligendi , & gaudendi illis , forma tamen eorumdem conſtitutionum ſeruatur. 6.3

Bullæ Cruciatæ priuilegium eſt ad tempus, quo finito de nouo conceditur, & prorogatur. 102.46

Bulla Pij VI. reuocat omnia priuilegia, conceſſa quibuſcumque perſonis , quatenus contraueniant decretis Tridentini. 48.30

C

CAdauer Iuſtitiati, ſi de furca ſit ereptum, & ad Eccleſiam aſportetur, gaudere debet eius immunitate. 252.40.& ſeq.

Cadauer Clerici mortui gaudet non ſolùm priuilegio Canonis , verum & etiam fori, eodem prorſus modo , ac ſi viuus exiſteret. 253. 48

Cadauer puniti priuatur ſepultura , donec Princeps eam concedat , quia eſt addictum Fiſco. 255.71. quod intellige vt. 72.

Cadauera punitorum exiſtunt ſub poteſtate Principis, qua ſolus poteſt dare licentiam ſepeliendl 255. 62. quod intellige vt. 72

Cancellarius competetniarum in Aragonia tenetur iudicare ſecundum Deum , & benam conſcientiam, nec debet ſe adſtringere apicitibus iuris , ſed ſola veritate attenta. 224. 9.& an per indicia poſſit dcclarare ibidem. n.10.& ſeq.& an teneatur ſeruare formam *fori primi ſub.tit. de las competentias* , quoad formationem proceſſus. ibidem. 3

Cancellarius competentiarum in Aragonia poteſt ſententiam fere iuxta Deum & veritatem. 234.6.& 244.13.& 249.17

Cancellarius competentiarum Regni Aragonum , an poſſit admitere nouas probationes poſt concluſum in cauſa. 244.12

Cancellarius competentiarum in Aragonia ſi intra tempus præſcriptum à foris non ferat ſententiam pro Eccleſia , remanet declarata. 257.83

Canones antiqui ptohibuerunt Monachis munus prædicationis, ſed poſtea varia priuilegia obtinuerunt à ſummis Pontificibus , vt id exercere valerent ; dummodo ſe Epiſcopis ſubiicerentur, tamquam ipſorum coadiutores. 106.15

Canonici Seculares Eccleſiæ Cathedralis poſſunt eſſe delegati Papæ ; non vero Canonici Monachi. 10.6

Canonici Eccleſiarum Cathedralium poſſunt eſſe Synodales , & iudices Conſeruatores. 14.2.& 3

Canonici Eccleſiarum Collegiatarum non poſſunt eſſe Synodales, nec Conſeruatores, quia non ſunt in dignirate conſtituti. 14.3.& 15.4

Canonici obtinentes dignitatem ſolent adeſſe in Eccleſiis Collegiatis. 15.4.& 6

Canonici Collegiatarum in nonnullis æquiparantur canonicis Cathedralium. 15.5

Canonici Eccleſiæ Collegiatæ præcedere debent Clericos Parochialium. 15.10

Canonici Collegiatarum non poſſunt eſſe delegati Papæ. 15.11

Canonici, & alij allegantes, habere aliquod priuilegium, licet reperiantur in quaſi poſſeſſione ipſius, tenentur illud oſtendere. 61.15

Canonici , ſeu dignitates Coadiutores gaudent omnibus præeminentiis , & honoribus, quibus al j fruntur. 16.16

Canonici ficti vocantut coadiutores, nec habent ius , tam reſpectu tituli , quam poſſeſſionis. 16.22

Canonici in herba dicuntur coadiutores , pagina 26

Canonicorum , vel dignitatum coadiutores in Eccleſia Cathedrali poſſe fungi munere Conſeruatorum aliqui defendunt ; ſed non bene 16.15

Canonicorum vel dignitatum Coadiutores , licet proprie dici non poſſint dignitates , ſeu Canonici, ficte tamen pro talibus admitti debent. 15.15.& 16.21

Canonicorum, vel dignitatum Coadiutores Eccleſiæ Cathedralis non poſſunt eſſe Iudices delegati , vel Synodales , aut Conſeruatores. 15.18.& 19 cum ſequen.

Canonicorum, vel dignitatum Coadiutores Eccleſiæ Cathedralis nullatenus dici poſſunt in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti. 17.24

Canonicorum Coadiutores debent ſedere in choro , & in aliis actibus in vltimo loco poſt immediatum porcionarium, quod idem dicendum eſt de Coadiutore dignitatis , vt ſedere, vel incedere debeat poſt vltimam dignitatem, immediate poſt antiquiorem Canonicũ. 17.25

Capitulum Sede Vacante an poſſit punire concionantes ſine ipſius licentia, vel eo contradicente 111.37 &ſeq.

Capitulum Sede Vacante , non ſuccedit in his, quæ competunt Epiſcopo iure ſpeciali, quod intellige in his, quæ competunt iure gratioſo , veluti priuilegio, vel particulari commiſſione Pontificia. 114.55.& 115.56

Capitulum Sede Vacante non poſſe reuocare licentias audiendi confeſſiones, conceſſas ab Epis anteceſſoribus plures tuentur. 163. 20. & ſeq. ſed contrario eſt verius, & tenendum ibid. n.25.& ſeq.

Capitulum Sede vacante ſuccedit Epiſcopo præmortuo, non verò futuro, licet propriè non dicatur in Sede Epiſcopali ſedere. 163.21

Capitulum Sede vacante non ſuccedit in his, quæ pertinent Epiſcopis iure delegato. 163.22 quod intellige vt n.27. & ſeqq.

Capitulum Sede vacante, ſicut Epiſcopus ſucceſſor , poteſt reuocare licentias audiendi ſecularium confeſſiones, vocareque ad examen. 163.25

Capitulum Sede vacante ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione ordinaria, præter caſus in iure expreſſos. 164.32.& 35

Capitulum Sede vacante in dubio ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione , quæ in perpetuum eſt delegata dignitati Epiſcopali. 164.33

Capitulum Sede vacante poteſt per Vicarium à ſe electum, approbare, & examinare confeſſarios, & concionatores. 164.35

Capitulum Sede Vacante iurisfictione dicitur

# Index Rerum, & Verborum.


Epiſcopus ſucceſſor in his, quæ concernunt adminiſtrationem iuriſdictionis ordinariæ. 165.36

Capitulum Sede vacante gerit Vices Epiſcopi defuncti, & eſt quaſi œconomus futuri Epiſcopi in temporalibus, & ſpiritualibus. ibidem 38

Capitulum Sede vacante licet n on ſedeat cum inſiſtentia corporali, ſedet tamen miniſterio iuris ſicut Epiſcopus, quoad exercitium iuriſdictionis, & regiminis Diœceſis. ibid. 40

Capitulum Sede Vacante poteſt pro tranquillitate ſuæ conſcientiæ reuocare licentias audiendi confeſſiones, & concionandi, conceſſas ab Epiſcopo anteceſſore ſicut poteſt Epiſcopus ſucceſſor. 166.41

Capitula Eccleſiarum, & Epiſcopi tenentur tueri iura decimarum, ad eos pertinentia. 87.9.& 10

Capitula Eccleſiarũ, & Epiſcopi nõ debent fraudari ſuis decimis, vt tribuantur nouis oratoriis. 88.13

Captus ob aliquod delictum ſi ſe eximitè manibus familiæ, & liber intrat in locum ſacrum, gaudere debet eius immunitate. 227.4

Captus pro aliquo debito, ſi iurauit ſequi Miniſtros ſeculates, & ſe conferat in Eccleſiam, nõ gaudet eius immunitate. 227.5

Captus per Miniſtros ſeculares, ſi in Eccleſiam non ingrediatur liber, ſed in manibus familiæ, non gaudet illius immunitate. 227.6

Captus propter delictum, vt in carceribus reponatur, ſi ſe eximat ex manibus Miniſtrorum, & ad Ecclesicm confugiat, non gaudet ipſius immunitate. 252.38

Captus, & in carceribus detentus, dum ibi exiſtit, ſubeſt poteſtati, & iudicio iudicum, non tamen ſi ad Eccleſiam confugiat. 253.51

Carcerari qui non poteſt pro ſolutione condemnationis factæ à iudice, tenetur fideiubere de expenſis, in iudicio faciendis. 84.4

Carcerari poteſt ab Epiſcopo Regularis, ſi eum iniuriauerit verbo, vel opere in examine ad audiendas confeſſiones, vel ad concionandum. 99.35

Carcerem frangens ſi in Eccleſiam ſe conferat, gaudet eius immunitate, etiamſi id efficiat poſt ſententiam condemnatoriam latrocinij. 252.39

Cardinali aſſerenti aliquid, in his, quæ iuri communi, tamquã legato, ſeu alias virtute dignitatis competunt, creditur, ſecus tamen in rebus, & caſibus requirentibus ſpeciale mandatum. 60.9

Cardinali aſſerenti aliquid, quod principaliter dirigitur in præiudicium tertij, non creditur, niſi exhibitis litteris. 60.10

Carmelitani Religioſi in Regnis Hiſpaniarum in defectum Conſeruatorum, connenie bantur coram ſuo ſuperiore Regulari, & non corã Epiſcopo ex Indulto Pauli V. quod hodie iam eſt ſublatum. 194.13

Caſus Limę deciſus circa conſeruatorum iuriſdictionem refertur. 88.16

Caſus exceptus firmat regulam in contrarium. 149 14.& 182.19

Cauſa principalis alicuius actus ſi ceſſat, debet etiam ceſſare illius effectus. 171.16

Cauſæ poſſunt committi perſonis habentibus dignitatem extra Cathedralem. 15.5

Cauſæ, quæ terminandæ ſunt per arbitros, à iure ſtatutos, ſuſpendi debent, donec arbitri declarent, ad quem pertineat iuriſdictio iudicum contendentium. 24.2

Cauſæ miſerabilium, quæ dicantur in iure. 80.2

Cauſæ Regularium, & aliorum exẽptorum, qui conſeruatoribus gaudent, etiam in prima inſtantia coram eis, & non coram ordinariis actitandæ ſunt. 85.10

Cauſam propter quam Epiſcopus reuocauit Regularibus licentias audiendi confeſſiones, & concionandi, non tenetur eis ediſcere, ſed tãtum, Sedi Apoſtolicæ, ſi hæc petierit, vt eam propalet, & non alias, nec alio modo. 156.16. & 157.22

Cauſa, quæ ſufficit ad allegandum ſuſpectum teſtem; multo magis ſufficiet pro Iudice. 8.7.

Cauſam vel motiuum, ex quibus Iudex ſententiam protulit, non tenetur renunciare Superiori, cum ſemper pro Iudice præſumendum ſit. 157.22

Cauſas defendere, vel aduocare nemo poteſt, quin prius ſit examinatus, & approbatus per Conſiliarios, vel Iudices cauſarum. 160.4

Cauſas criminales non agit minor Epiſcopo. 55.30

Cauſarum aduocati examinari debẽt, antequam tale munus exercere valeant. 160.3

Cautio de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo debet dari, non ex legis neceſſitate, ſed arbitrio iudicis, quoties viderit ſubeſſe cauſam. 85 11

Cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo tenentur præſtare fœminæ, & filij familias. 84.3

Cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo petere valet Iudex, ſi timeat, partes non obedire ſuæ ſententiæ. 84.4

Cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo tenetur præſtare pars, qui immobilia bona non habet, ſecus ſi habuerit, dummodo ſint ſufficientia ad litis æſtimationem. 84.6.& 7

Cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo non tenentur præſtare exempti, quando aſſumunt conſeruatorem ad iura, ſeu priuilegia tuenda. 85.12

Circuitus vitandus non eſt, ſi in aliquo actu ſequatur vtilitas publica. 75.40

Citatus ſi aliquis ſit à Iudice delegato, qui non exhibuit authenticum documentum ſuæ delegationis, non tenetur comparere. 31.5.& 7

Ciuitas venit appellatione diœceſis in materia fauorabili, ſecus in odioſa. 140.30

Ciuitati ſi concedatur priuilegium, non extenditur ad villas, ſuburbia, aut domos ruſticas illius, ſi adeſt tertij præiudicium. 140. 28. & ſeq.

Clauſula, *de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine*, operatur, vt diſpoſitio habeat locum etiam in præiudicium tertij. 34.13

Clauſula, *auctoritate noſtra, vel tanquam delegatus à nobis*, contenta in delegatione, denotat, vt delegatus cognoſcat non ſuo nomine, ſed ſuperioris delegantis. 45.22

Clauſula, *aut alias, quomodolibet*, comprehendit omnes caſus, eoſque diſtribuit, & omne ius directum, vel indirectum. 33.9

Clauſula, *eorumque tenoribus*, demonſtrat perinde eſſe, ac ſi omnia fuiſſent expreſſa de verbo ad verbum. 34.14

Clauſula, *nec non, cum irritante, motu proprio, &c.* repetit qualitates præcedentis, & influit in ſequentes. 33.8

Clauſula gen eralis, *non obſtantibus ſtatutis*; non comprehendit ſtatuta iurata. 33.3

Clauſula, *non obſtantibus*, ſola & de per ſe, nõ ſufficit ad derogandum primum priuilegium, in pluribus caſibus. 31.2

Clauſula, *non obſtantibus ſtatutis, vel conſuetudinibus*, appoſita in Breui, demonſtrat, Pontificem habuiſſe notitiam contrariæ conſuetudinis, ſeu priuilegij, aut ſtatuti, quod vult derogare. 33.5

Clauſula, *non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis*, ſufficit, vt derogata remaneant præcedentia aduerſantia. 33.6

Clauſula *non obſtantibus priuilegiis*, vbi appoſita fuit, derogat omnia priuilegia, quæ contra talem diſpoſitionem conceſſa fuerunt. 181.24

Clauſula, *non obſtantibus*, ſufficit ad derogandum primum priuilegium, quando conſtat de mente Pontificis, derogare volentis priori priuilegio. 134.3

Clauſulæ, *non obſtantibus*, ſi addatur, *conſtitutionibus & ordinationibus Apſtolicis*, operatur vt tollat omnia, quæ diſpoſitioni, vel ordinationi obſtare poſſent, tam in ſpecie, quam in genere. 32. 6. Quod extende etiamſi iungatur clauſula, *tenores*. ibid. 7

Clauſulæ, *non obſtantibus ſtatutis*, ſi addatur, *etiam iuramento confirmatione Apſtolica, &c.* inducit expreſſam derogationem antecedentium conceſſionum, etiam iuramento confirmatarum. 23.4

Clauſula, *nullius roboris, vel momenti*, importat nullitatem actus, ſi in contrarium fiat. 10. 5.

Clauſula, *omnia, & ſingula*, comprehendit, & includit omnia ſine aliqua limitatione, taliter quod nihil prætermiſſum cenſeatur. 54.20

Clauſula, *Seuere puniatur reus*, appoſita in lege, inducit pœnæ ſeueritatem, & acritatem. 126.27

Clauſula, *ſublata, & decretum irritans*, operatur, vt ſit adempta iuriſdictio cuilibet iudici inferiori, aliter cognoſcendi, quam in decreto continetur. 30.1

Clauſula, *ſublata, & decretum irritans*, inhabilitãt iudicem inferiorem, vt non poſſit aliter iudicare, niſi provt in decreto continetur, & ſi cõtraueniat, erit nullum, quidquid declarauerit. 31.2

Clauſula, *ſublata*, etiamſi ſit appoſita in fine decreti, & in oratione ſeparata, influit, & inducit ius quoad omnes præcedentes. 31.3

Clauſulas derogatorias ſi appoſuit Princeps in aliqua conſtitutione, ex eo cenſetur reuocata prima, ſi de illa præſumitur habuiſſe notitiam, quæ ex clauſulis appoſitis coniecturari poteſt. 33.5

Clauſula, *ſublata, & decretum irritans*, operantur, vt anullet, quidquid in contrarium fuerit prouiſum, etiamſi ſecunda conceſſio fuerit facta ad inſtantiam partis, vel motu proprio, ſiue iuſte, ſiue iniuſte, vel non cognita cauſa. 102.47

Clericus ſi contumeliis afficiat Epiſcopum, deponendus eſt. 122.4

Clericus Regularis negociator amittit priuilegium clericale, & excommunicatur, ſimulque incidit in ſuſpenſionem, ac depoſitionem. 143.7.& 8

Clericus etiam Regularis poteſt exercere aliquas negotiationes licitas. 143.10

Clericus prima tonſura initiatus, habitum & tõſuram deferens, gaudet fori priuilegio. 223.6. quod intellige vt 9.

Clericus vt fori priuilegio gaudeat, requiritur, vt habeat aliquod Eccleſiæ ſeruitium de mandato Epiſcopi, & quod deferat habitum, & tonſuram. 237. 5.& 230.10. Quod intellige, vt 11

Clericus in minoribus conſtitutus habitum, & tonſuram deferens, ſi actu præſtat ſeruitium Eccleſiæ, gaudet fori priuilegio. 231.20

Clericus in minoribus conſtitutus ſi matrimoniũ contraxit cum virgine, ea mortua ſi habitum, & tonſuram deferat, & alicui inſeruiat Eccleſiæ, reuiuiſcunt in eo omnia priuilegia clericalia, quæ ante matrimonium habebat. 231.21.& 25

Clericus qui ante carcerationem reaſſumit habitum clericalem, gaudet fori priuilegio. 231.21

Clericus in minoribus conſtitutus recuſans frequentare ſcholas, & Eccleſiam, non poteſt priuari fori priuilegio, ſi adſit probabilis ſpes rediturum eſſe. 232.25

Clericus habens penſionem loco beneficij, gaudet fori priuilegio. 237.3. Quæ autem dicatur penſio loco beneficij. ibidem 4. & ſequentibus.

Clericus habens ſeruitium deſtinatum alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi gaudet fori priuilegio. 237.5

Clericus qui continuo inceſſit in habitu ſeculari, itavt pro tali reputetur, non gaudet fori priuilegio, dummodo ſit in minoribus conſtitutus, non vero in ſacris. 238.11

Clericus qui ſe immiſcet enormiſſimis delictis, amittit fori priuilegium. 239.13

Clericus vt fori priuilegio gaudeat, attendi debet tempus delicti. 238.12

Clerici in minoribus conſtituti, etiamſi habeant beneficium, vel penſionem, ſi per multum tempus dimittãt habitum clericalem, & ſe induant veſtibus militaribus, non gaudent fori priuilegio. 238.8

Clerici ſi reperiantur in habitu militari, & non clericali, cum tonſura, amittunt fori priuilegium ex illo tunc. 238.10

Clerici mortui cadauer gaudet non ſolum priuilegio canonis, verum, & etiam fori, eodẽ prorſus modo, ac ſi viuus exiſteret. 253.48

Clerici, & Regulares vendere poſſunt in pluribus caſibus fructus, prouenientes ex bonis patrimonialibus, & beneficialibus, tam in parua, quàm in magna menſura. 143.11

Clerici poſſunt per laicos colere agros, & terras beneficiales, & patrimoniales. 143.13. & 144.14

Clerici vendere poſſunt granum, frumẽtum, hordeum, & alios fructus ex bonis patrimonialibus, & beneficialibus prouenientes. 201.20


Clerici

Clerici emere valent Boues,& alia animalia, pro terræ cultura,illorumque fœtus,iuſto prætio, & honeſta ratione. 144 15.& 145.22

Clerici poſſunt ſues emere,vt alantur in quercubus propriis,illoſque vendere pro ſua,& familiæ ſuſtentatione. 144. 16

Clerici poſſunt alicui laico concedere folia arborum,in propriis bonis exiſtentium,vt lucrum ex bombicibus inter vtrumque diuidatur, ſimiliterque operam dare Arti Sericæ per tertiam perſonam , cum Epiſcopi tamen licentia. 144.17

Clerici pro cultura poſſunt conducere terras Eccleſię,non vero laicorum,niſi ex mera, & pręciſa neceſſitate. 144.18

Clerici locare , & retinere valent Boues , & Oues , ac alia animalia , quæ habent ex ſucceſſione , eaque illorumque fructus vendere. 144.19

Clerici non poſſunt concedere Boues,quos emerunt, pro certa tritici quantitate quolibet anno perſoluenda. 144.21.& 145.22. Bene tamen Oues proprias pro certa caſeorum quantitate pro ſua , & familiæ ſuſtentatione. ibid. 21.& 23

Clerici poſtquam in ſuis molendinis fructus proprios moluerunt,pro aliis molere queunt duobus concurrentibus requiſitis. 144. 21.& 145.24

Clerici operas diurnas præſtare valent in bonis amicorum , ſeu propinquorum , vt hi eaſdem in prædiis propriis reſtituant , dummodo non ſint ſordida , & inhoneſta. 144.21. & 145.26

Clerici ſeculares ſi numero ſint pauci , vel non reperiantur , qui curam animarum exercere valeant , tunc commendanda eſt Regularibus , donec Seculares inueniantur , qui illud miniſterium adimplere poſſint. 171. 14. & 15.

Clericis, & Regularibus prohibita eſt negotiatio , & mercatura , mere lucratiua , quia indecorum eſt , lucra ambire. 142. 6. & 145.27

Clericis , & Regularibus ideo prohibita eſt negotiatio , & mercatura , quia retrahit à rebus ſpiritualibus , & præbet anſam peccatis. 145.28

Clericis non licet aſſumere onus colligendi, aut faciendi colligere à ſua familia oliuas , niſi proprij reditus Clerico , ſuæque familię, non ſufficiant. 144.21.& 145.25

Clericis non prohibetur ſtudium Medicinæ,ſed illius exercitium. 23 .22

Clericum negotiatorem,& ex inope diuitem fugere debemus,ſicut peſtem. 142.5

Clericos,& Regulares exercentes illicitas negotiationes in locis non exemptis poteſt Ordinarius punire. 146.32.& 35

Coadiutor ſubrogatur in locum coadiuti cum eiſdem qualitatibus , quibus ipſe prędulget. 16.17

Coadiutor vocatur Canonicus fictus , nec habet ius , tam reſpectu tituli , quam poſſeſſionis. 16. 22

Coadiutores dignitatum , vel canonicorum Eccleſiæ Cathedralis poſſe fungi munere conſeruatorum plures defendunt , ſed non bene. 16.14.& ſeq.

Coadiutores Dignitatum,vel Canonicorũ , licet proprie dici non poſſint dignitates,ſeu Canonici,ficte tamen pro talibus admitti debent. 16.15.& 21

Coadiutores gaudent omnibus præeminentiis, & honoribus quibus coadiuti fruuntur. 16.16

Coadiutores Canonicorum , vel dignitatum Eccleſiæ Cathedralis non poſſunt eſſe Iudices delegati,aut Synodales,vel conſeruatores. 16. 18.& ſeq.

Coadiutores tantum habent quandam adminiſtrationem in fauorem Eccleſiæ introductam , ne debitis fraudetur obſequiis. 17. 23.

Coadiutores dignitatum , vel Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis nullatenus dici poſſunt in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti. 17.24

Coadiutores Canonicorum debent ſedere in choro,& in aliis actibus incedere in vltimo loco poſt antiquiorem portionarium , quod idẽ dicendum eſt de coadiutore dignitatis , vt incedere,& ſedere debeat poſt antiquiorem Canonicum. 17.25

Coadiutores dignitatum,non ſunt vere dignitates,ſed ſpectantes ex gratia conditionali , tribuente ſpem debitum iri. 17.26

Coadiutores ſunt Canonici in herba. 17.26

Coadiutoria non vacat per mortem coadiutoris, qui non tenetur ex illa recitare horas canonicas , nec fidei profeſſionem emittere , nec adſtringitur ad præciſam , ſed cauſatiuam euidentiam,nec conſequitur ancianitatem,ne ſibi,ſed coadiuto optat. 16.22

Coadiutoriæ non ſunt beneficia.16.22.& 17.24 & ſeq.

Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione ſunt reprobatæ in iure , & ideo odioſæ. 17. 28. & 29.

Cognitionem non pertinere ad Epiſcopum , an priuilegia exemptiua comprehendant caſum de quo controuertitur, plures tuentur. 69. 3. ſed alij contra. ibidem num. 7. & ſequentibus.

Cogi poteſt Vicinus ad vendendum fundum , vel domum pro ædificatione,reparatione, vel ampliatione Monaſterij,vel alterius loci pij. 137.9.Quod intellige vt 10

Cogi non poteſt Vicinus ad vendendum domum vel quid ſimile immobile,pro ampliatione, ædificatione,vel reparatione Hoſpitij Regularium. 137.11

Collegium,ſeu Monaſterium Regularium dicitur vnum corpus politicum. 1 5.7

Collegia,Conuentus,vel Cenobium Regularium idem in effectu important,quod omnia iuncta. 236.1

Collegiata Eccleſia dignior eſt Parochiali. 15. 8.& 9.

Collegiata Eccleſia habet in ſe, & per ſe dignitatem. 15.4

Collegiatarum Eccleſiarum Canonici non poſſunt eſſe Iudices Synodales , nec Conſeruatores , quia non ſunt in dignitate conſtituti. 14.3.& 15.4

Collegiatarum Canonici in nonnullis æquiparantur Canonicis Cathedralium. 15.5.

Collegialiter ſi viuant viri, aut cum Religioſis Clauſtralibus degentes , & fœminæ virginalem, cælibem,aut caſtam vidualem vitam ducentes,vti poſſunt priuilegiis ſuorum ordinum non vero ſi ſeparatim,& in propriis domibus viuant. 149.15.& 16

Commiſſo obtenta à Pontifice ſuper eo,quod nõ eſt,nullam tribuit iuriſdictionem,nec aliquem producit effectum. 27.21

Commiſſio facta dignitati non tranſit in coadiutorem,etiamſi illius nomen fuerit expreſſum. 17.31

Commiſſio ſi ſit conceſſa , committitur etiam omne quod ad cauſam ipſam ſpectare noſcitur. 179.7.& 181.18

Commiſſionis formam ſi excedat delegatus,procedit vt priuatus,éſtque nullum quidquid effecerit. 26.15

Commiſſionem poteſt delegans limitare delegato. 180.11

Commodum ſi non venit principaliter , ſed ſecundario, & in conſequentiam , non repellitur Iudex ad iudicandum , nec teſtis ad teſtificandum. 70.9

Competens an ſit Iudex,coram ipſo tractandum eſt. 70.12.Quod intellige vt 13

Competentia iuriſdictionis ſolum reperiri poteſt inter quatuor ſpecies. 24.4

Competentia iuriſdictionis ſi adſit inter Ordinarium,& Conſeruatorem , terminanda eſt per arbitros,in forma iuris electos. 24.1

Competentia iuriſdictionis ſi inter Iudices moueantur in Aragonia , terminanda eſt per arbitros nominatos per partes,qui ſi inter ſe non conueniant, deuoluitur ad Cancellarium , cuius declarationi ſine recurſu ſtandum eſt. 24.3

Competentia iuriſdictionis ſi adſit inter duos Iudices Eccleſiaſticos,vel ſeculares æquales, declaranda eſt per ſuperiorem,cui immediate ſunt ſubiecti. 24.5

Competentia iuriſdictionis ſi moueatur inter duos iudices delegatos,& quilibet prætendat cognitionem cauſę,declaranda eſt per arbitros iuris. 25.6

Competentia Iuriſdictionis ſi oriatur inter delegatum Papæ,& ordinarium , cognoſcere debet delegatus,an ſua ſit iuriſdictio. 25.7

Competentia iuriſdictionis ſi reperiatur inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem, declaranda eſt per Eccleſiaſticum. 25.8

Competentia iuriſdictionis,habia inter Ordinariũ, & Iudicem conſeruatorem exemptorum, dirimenda eſt per arbitros iuris. 26.12

Competentia iuriſdictionis inter Eccleſiaſticum iudicem,& ſecularem in Aragonia ſi non declaretur intra tempus à foro præſcriptum , remanet pro Eccleſia. 248.4.& 257.83

Competentia iuriſdictionis inter iudices , vt declarari poſſit , requiritur ſemiplena probatio illius , in cuius fauorem declaranda eſt. 224.11

Compromiſſum,ſeu tranſactionem facere nullus de iure cõpelli poteſt,& ſi inuitus à iudice cõpellatur,nihil valet. 74.37. Quod fallit ſi ſequatur ſcandalum. ibid.38

Conceſſio facta exemptis,vt habeant conſeruatorem,eſt gratia ſpecialis. 196.26

Conceſſo vno,concedi debet,quod ex principali cauſa reſultat. 179 6.& 180.13

Concilium Tridentinum iubet obſeruari omnia decreta de regularibus loquentia , non obſtantibus eorum priuilegiis , & deputat Epiſcopos exequutores ad eum effectum. 181.19

Concilium Tridentinum reduxit omnia priuilehia,quæ habebant Regulares pro audiendis libere confeſſionibus,& decreuit,vt id efficere non valerent,niſi præuio examine,& approbatione Epiſcopi,illius diœceſis, vbi id exercere intendunt. 94.13

Concilium Tridentinum, & ſummi Pontifices, quando ſubiiciunt regulares iuriſdictioni Epiſcoporum,per neceſſe concedunt , vt poſſint procedere cum cenſuris. 181.22

Concilium Tridentinum non limitat Epiſcopis modũ procedendi contra Regulares,in caſibus in quibus eos illis ſubiecit,& ideo ſi inobediẽtes fuerint procedere poſſunt omnibus modis iuxta terminos iuris. 181.23

Concilium prouinciale non poteſt concedere permiſſum pœnitenti ſuffraganeo Epiſcopi,vt poſſit eligere confeſſarium,non examinatum, & approbatum à ſuffraganeo. 94.14

Concilium ſiue lex quando tribuit Ordinario iuriſdictionem delegatam,non habet rationem ad ordinariam,ſed ad delegatam. 45.24

Concilium Tridentinum reuocauit indulta, quibus concedebatur Regularibus , vt in Indiis poſſent exercere officium Parochorum cum ſola approbatione ſuorum ſuperiorum Regularium, vel Capitulorum Prouincialium.168. 5.& ſeq.

Concilium Tridentinum non præſcribit formam Epiſcopis , vt approbationem concedant ad audiendas confeſſiones , vel concionandum, & ideo poterunt illam præſtare provt ipſi libuerit. 185.3

Concilium Mediolanenſe 4. ſtatuit , non poſſe concedi licentias , & approbationes audiendi Confeſſiones,& prædicandi Verbum Dei,ſine literis patentibus. 186.1

Concilij Tridentini decretis ſi contraueniant Regularibus,& alij exempti,poterunt ab Epiſcopo puniri pœnis,& cenſuris. 114.59

Concilij Tridentini diſpoſitio ſeſſ. 24.c. 2.quomodo intelligatur circa Regulares,fauore Ordinariorum. 54.22

Concilij decreta,quæ vt leges inueniuntur , inuiolabiliter obſeruanda ſunt. 44.18

Concilij Generalis, vel iuris diſpoſitio, vt reuocata cenſeatur in priuilego,vel diplomate,aut alia conceſſione , requiritur expreſſa illius derogatio , aliàs non cenſebitur reuocata. 45.21

Concionantes Verbum Dei propria auctoritate ſine approbatione Epiſcopi poſſunt innodari vinculo excommunicationis. 106.10. & ſeq.

Concionandi licentiam præſtare;competit Epiſcopis,tanquam Ordinariis , ſicut & illam denegare. 107.19

Concionandi, vel audiendi confeſſiones approbatio non requirit pro forma,vt in libris Cancellariæ deſcribatur. 185.2

Concionare ſi intendant Regulares in propriis Eccleſiis , tenentur ſe præſentare coram Epiſcopis , vt ab eis benedictio concedatur , & extra illas habere debent approbationem , & in vtroque caſu ſi contradicat Epiſcopus,prędicare

dicare non poſſunt. 112.41.& 107.20. & 23. cum ſeq.

Concionare, an poſſint Regulares in propriis Eccleſiis, non obtenta Epiſcopi licentia, petita tamen benedictione, ipſo tamen contradicēte anceps eſt quæſtio, quæ negatiue reſoluitur. 108.23.& ſeq.

Concionare non poſſunt Regulares, etiam in propriis Eccleſiis, Epiſcopo contradicente, per Breue Gregorij XV. & Vrbani VIII. 108. 23. & 24. & alia vide in Verbo *Prædicare.*

Concordia quæ continet aliquod præiudicium Eccleſiæ, vt valeat, neceſſaria eſt Pontificis auctoritas. 15.8

Concubinatus eſt iudicium delicti perpetrati. 241 8

Concubinatus eſt delictum dignum punitione. 143.10

Condemnatus ad trirremes, & ibi exiſtens, ſi ab eis aufugiat, & in Eccleſiam ſe conferat, gaudet illius immunitate. 151.40.& 41

Conducere non poſſunt clerici, pro cultura, terras laicorum, niſi ex mera, & præciſa neceſſitate, bene tamen Eccleſiæ. 144.18

Confeſſio partis diluit dicta, & diſpoſitiones teſtium, dicentium contrarium, etiamſi in alio iudicio ſit facta. 235.15

Confeſſio interfecti per ſe ſola non facit probationem, & ſolum inducit aliquod indicium, quod iunctum cum aliis, generat aliquam probationis cauſam. 243.7

Confeſſioni partis accuſatæ plus eſt credendum, quam mille teſtibus, contrarium dicentibus. 235.13

Confeſſioni interfecti, in articulo mortis factæ, multum eſt deferendum. 243.6

Confeſſiones factæ cum confeſſario non approbato ab Epiſcopo, vbi actu fit confeſſio, ſunt nullæ. 93.7

Confeſſiones Secularium audire aliquo tempore prohibitum fuit Regularibus. 93. 8

Confeſſiones audiendi miniſterium, antiquitus à ſolis Epiſcopis exercebatur; donec curſu tēporis, quilibet eorum, in ſua Cathedrali elegit vnum pœnitentiarium, tamquam coadiutorem. 93.9.& 94.10

Confeſſiones audiendi facultatem prorogarunt Epiſcopi Regularibus, nam eis erat interdicta. ibid.

Confeſſiones audire libere poterant Religiones Dominicana, & Franciſcana in ſuis Conuentibus ex variis indultis Apoſtolicis, quæ alij Pontifices ſucceſſores moderauerunt, & alij ampliauerunt. 94. 11. & 12.

Confeſſiones audiendi licentiam præſtare eſt, quid mere gratuitum, pendens à voluntate concedentis. 161.10.& 13

Confeſſiones ſecularium non poteſt aliquis audire ſine approbatione Epiſcopi diœceſis, etiamſi reperiatur in loco exempto. 95. 16.

Confeſſiones audiendi facultatem obtinuerunt aliquæ Religiones ex priuilegiis cum vna approbatione, etiamſi ſe transferat confeſſarius in diuerſam diœceſim 96. 22. Sed talia priuilegia ſunt reuocata per Tridentinum. ibid. 23

Confeſſiones Secularium audire poſſunt Patres Societatis IESV, dummodo ab Epiſcopis per examen approbationem obtineant. 96.23

Confeſſiones audire, & Verbum Dei prædicare poſſunt Patres Societatis IESV, ex priuilegio, quoties iter agunt, tam in mari, quam in terra, habita vna approbatione, dummodo in locis, vbi Epiſcopi exiſtunt obtineant licentiam, & in aliis, Parochi non renuant. 96.24

Confeſſiones audiendi priuilegia ſine examine, & approbatione otdinariorum quibuſuis conceſſa, etiam per modum communicationis, reuocauit Vrbanus VIII. 96. 25.& 97.26. & 118.4.& 174.24

Confeſſiones audire nullus Regularis poteſt ſine approbatione illius Epiſcopi, vbi confeſſio fit, ſub quouis prætextu priuilegij, vel cōſuetudine, etiam immemorabili. 105.1.& 2

Confeſſiones audire non poſſunt Regulares, & alij exempti ſine Epiſcopi approbatione, cum in hoc ei ſint ſubiecti. 105. 3. & 118, n. 2.

Confeſſiones audire non poſſunt Regulares, & alij exempti ſine approbatione Epiſcopi, & ſi ab eo non ſint iudicati idonei, poſſunt reprobari non obſtante Clementina dudum de ſepult. 105.6

Confeſſiones ſi audiant Regulares ſine Epiſcopi approbatione, poterit ipſe illos punire, etiam cum cenſuris. 105.7.& 180.13

Confeſſiones ſi audiant Regulares ſine approbatione Epiſcopi, an ab eo poſſint excommunicari anceps eſt quæſtio, & reſoluitur affirmatiuè. 105.8

Confeſſiones Secularium nullus Regularis, nec Seularis audire poteſt, niſi ab Epiſcopo ſit approbatus. 154.1

Confeſſiones audire nullus poteſt, ſi prius non præcedat examen, & approbatio per notitiam certam habilitatis, & morum. 155. 6.& 156.15

Confeſſiones audiendi approbatio ex ſui natura non eſt immutabilis, nam habet fundamentum variabile, ſcilicet ſcientia, & boni mores. 156.11

Confeſſiones ſuorum Regularium poſſunt audire Regulares cum licentia, & approbatione ſuorum Prælatorum Regularium. 161.8

Confeſſiones audiendi licentiam, quando concedit Epiſcopus, non videtur ſe reſtringere, vt illam reuocare non poſſit. 161.10

Confeſſiones audiendi approbatio ſi ſit data ab Epiſcopo; leuitatis nota affici debet, ſi eam illico reuocet. 161.12

Confeſſiones audiendi approbatio, data ab Epiſcopo eſt quædam declaratio ſufficientiæ, ſed non confert aliquod ius irreuocabile, cum à principio ſit facultatiuum illam concedere, vel denegare. 161.13

Confeſſiones audiendi licentias non poſſe Epiſcopum reuocare iuſta non ſubſiſtente cauſa plures defendunt. 162, 16. & ſequentibus.

Confeſſiones audiendi licentiam quando concedit Epiſcopus, ex illa, approbatus acquirit ius, quia habet vim ſententiæ. 161.17

Confeſſiones audiendi licentias conceſſas ab Epiſcopo anteceſſore poteſt reuocare, vel ſuſpēdere ſucceſſor. 162.29.& 165.37

Confeſſiones audiendi licentiam ſi iubeat Epiſcopus vt omnes exhibeant, non eſt opus ad id requirere Prouincialem pro Regularibus, ſed ſufficit requirere ipſos Regulares, vel ſuperiorem immediatum Monaſterij. 119. 11. & 120.17

Confeſſiones audiendo ſi delinquat Regularis. vel eas audiat, ſine Epiſcopi approbatione, poteſt illum punire pœnis, & cenſuris. 120.13

Confeſſiones audiendi licentias datas ob Epiſcopis anteceſſoribus non poſſe capitulum Sede Vacante reuocare plures tuentur. 163. 20. & ſeq. ſed contraria ſententia eſt verior, & tenēda. ibid. 25. & ſeq.

Confeſſiones audiendi licentias reuoeare poteſt capitulum Sede vacante, vocareque ad examen, ſicut Epiſcopus ſucceſſor. 163. 25. & 166.42

Confeſſiones audiendi licentiæ ſi ſint conceſſæ ſimpliciter, & abſolute, vel ſine limitatione, non poterunt ab Epiſcopo reuocari ſine noua cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente. 166.42. bene tamen ſi conditionaliter, & limitate. ibid.43

Confeſſiones adiendi licentiam reuocare poteſt Epiſcopus de iure, in quo habet fundatam intentionem. 118.4

Confeſſiones audiēdi licentias, vt intra præſcriptum tempus omnes exihibeant, poteſt iubere Epiſcopus, ſed non ex eo illas reuocat. 118.5

Confeſſiones audiendi licentias tenentur exhibere Regulares, quoties Epiſcopus præceperit, vt illas exhibeant. 120.17

Confeſſiooes Secularium nullus poteſt audire, ſi non ſit ab Epiſcopo approbatus, & hoc pertinet ei ex iuriſdictione ordinaria, & ideo in eo iure ſuccedit capitulum Sede vacante 164. 31.& 165.36

Confeſſiones audire nemo poteſt ſine licentia, & approbatione Ordinarij illius loci, vel diœceſis, vbi tale miniſterium exercendū eſt. 169.7

Confeſſiones audiendi licentia poteſt concedi ab Ordinario, oretenus. 185.2.& 9

Confeſſionis ad valorem regula immediata non eſt Ordinarius, ſed cui confeſſarius ſubordinatur in ordine ad tale miniſterium. 101.42

Confeſſionibus pro audiendis ſi ſit examinandus Regularis, eſt ſubditus Epiſcopi quoad illum actum, etiamſi ſit Doctor, aut Magiſter. 99.33

Confeſſionibus pro audiendis ſi aliquis ſemel fuerit approbatus, poſſe ab Epiſcopo ſuſpendi ſine noua cauſa, etiamſi ſit Regularis, plures defendunt. 161.9.& ſeq.

Confeſſarius, vel Sacerdos poteſt aliquis exiſtere, etiam ſine Magiſterio, aut Doctoratu. 99.34

Confeſſarius approbatus in vna diœceſi, an poſſit in altera ſine noua approbatione audire confeſſiones, virtute Iubilei, vel cruciatæ. 100.36

Confeſſarius approbatus ab eius Ordinario poteſt eligi in alia diœceſi pro audiendis confeſſionibus virtute Iubilei vel Cruciatæ, ſed alij tenent, ſufficere approbationem Ordinarij pœnitētis; alij vero, quod ſit approbatus à quocumque Antiſtite, 101.37 & ſeq.

Confeſſarius abſolutè ab Epiſcopo approbatus non poteſt ab ipſomet reuocari ſine noua cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente. 154. 2.& 155.4

Confeſſarij licet ſint exempti ex aliquo priuilegio, non ex eo Oues Epiſcopi ſunt exemptæ, in cuius diœceſi voluerint audire confeſſiones, & ideo tenentur petere approbationem. 119. 7.& 10

Confeſſarij appellantur, & ſunt Medici ſpirituales. 160.1

Confeſſarij maiori cura debent examinari, quam Medici corporales, vel Aduocati cauſarum. ibid.5

Confeſſarij Monialium ſubiectarum Regularibus, ad eum effectum non indigent approbatione Ordinariorum, ſed hodie ex conſtitutione Greg. XV. neceſſaria eſt illorum approbatio. 174.21.& 22

Confeſſariorum approbatio, & ad curam animarum ſpectat ad Epiſcopum, donec per prætēdentem contrarium probetur immemorabilis, vel quod ſint nullius. 119.8

Confeſſarios approbare, vel reprobare habent Epiſcopi ex diſpoſitione iuris, perpetuò annexum dignitati, & exinde in eo ſuccedit Capitulum Sede vacante. 164.34

Confeſſarios examinare, approbare, vel reprobare poteſt Capitulum Sede vacante per vicarium à ſe electum. 164.35

Confeſſarios vt eligere poſſint pœnitentes Epiſcopi ſuffraganei, ſine eius approbatione, non poteſt concedere, nec ſtatuere Concilium Prouinciale. 94.14

Confiteri non poteſt Epiſcopus extra ſuum Epiſcopatum cum Sacerdote, ei non ſubdito, ſi nō ſit approbatus à ſuo Ordinario. 94. 14. quod extende etiam ad Cardinales. 15

Confiteri qui refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt. 93.9

Confirmatio fruſtra de nouo petitur, de eo quod quis iam habet. 13.8

Confugiens ad Eccleſiam, ſi voluntariè, & ſine iniuria illius ſe tradere vult Curiæ Seculari, non gaudet immunitate. 235.8

Confugiens ad Eccleſiam ſi renunciet immunitati, & cū manu armata, & violēter per Miniſtros Seculares ab illa extrahatur, gaudebit immunitate, nō obſtante renuntiatione. ibid.9

Correctio, & punitio delinquentium non modicum augmentum reformationis, & honoris vindictæ publicæ tribuit, etiam in Regularibus. 136.32

Conſecratio Vaſorum Sacrorum, & aliarum rerum, requirentium Sacram Vnctionem, eſt Ordinis Epiſcopalis, non vero iuriſdictionis. 152 8.& 153.15

Conſecrare Vaſa Sacra, Patenas, Pixides, Altaria, lapides, aut Campanas, vel alia requirētia Sacram Vnctionem, non poſſunt Abbates, etiā benedicti, nec Prælati Regulares. 152.6.& 7

Conſecrandi Vaſa Sacra, & alia requirentia Vnctionem Sacram, poteſt Pontifex concedere facultatem non ſolum Prælatis Regularibus, verum & etiam cuiuſcumque Preſbytero. 152.9

Conſeruator poteſt habitare in aliena diœceſi, ſi ita ſit propinquus, vt præſto eſſe poſſit Religioſis, quorum eſt conſeruator. 23.7. ſed contrarium eſt verius. 8

Conſeruator eligi non poteſt extra diœceſim iuxta conſtitutionem Greg.XV. ne partes sũptibus grauentur. 23.9

Conſeruator exemptorum eſt iudex delegatus. 25.9.& 26.13

Conſeruator, vt procedere valeat, ante omnia notorie ei conſtare debet de manifeſta iniuria, & violentia, deque ipſarum qualitate 27.19

Conſeruator excedens in ſua iuriſdictione ſuſpenditur ab officio per annum. 29.1

Conſeruator non poteſt procedere contra formam conſtitutionis Gregorij XV. & ſi contraueniat, erit nullum quidquid effecerit etiam parte non opponente. 31.4

Conſeruator ſi procedat extra notorias iniurias & manifeſtas violentias, agit vt priuatus. 63.31.& 64.35

Conſeruator procedere poteſt pro iniuria verbali illata Religioſis, licet aliàs iudex Eccleſiaſticus non poſſit. 89.20. Quod intellige vt 22.& 23

Conſeruator nullus eligi poteſt à Regularibus, niſi qui habeat qualitates requiſitas in cap. ſtatutũ de offic.& poteſt iud.deleg.in 6. & prætera, quod ſit deſignatus iudex Synodalis in Synodo Prouinciali, vel diœceſana. 194.14.& 15. & 14. 2. & 192. & 193. cum ſequentibus.

Conſeruatores non poſſunt eſſe, qui carent dignitate Eccleſiaſtica. 6.1.& 2

Conſeruatores ſi eligant Regulares contra formam conſtitutionis Gregorij XV. priuantur voce actiua, & paſſiua, alij vero pœnis arbitrariis, ſimulque intra annum non poſſunt vti conſeruatore, & ſubiiciuntur Ordinariis. 11.2.& 3

Conſeruatores non poſſunt cognoſcere niſi de manifeſtis iniuriis, & violentiis, & ſi excedãt, ſuſpenduntur ab officio per annum. 11.3

Conſeruatores nominare poteſt Religio Hieroſolymitana ex conceſſione Pij V. Greg.XV.& Vrbani VIII. 12.6.& 7

Conſeruatores in pluribus differunt à iudicibus delegatis. 15.11

Conſeruatores qui eligunt, tenẽtur intra Menſẽ, à die electionis, indicare Ordinario nomen cõſeruatoris electi. 20.3

Conſeruatores ſi ſemel legitime fuerint deputati, nõ poſſunt amoueri, vel mutari per quinquennium. 20.1

Conſeruatores, vt procedere poſſint, neceſſarium eſt, vt irrogetur iniuria. 51.5

Conſeruatores ex conſtitutione Gregorij XV. debent eſſe iudices Synodales, in Synodo deputati. 193.9

Conſeruatores ſi careant qualitatibus, & requiſitis Bullæ Greg. XV. non poſſunt exercere talem iuriſdictionem. 76.1.& 2

Conſeruatores legitime deputati, ſi admiſerunt munus, non poſſunt per quinquennium illud renunciare, niſi ex legitima cauſa, approbanda à Papa, vel ab Ordinario loci. 20.4

Conſeruatores antiquitus cognoſcebant de omnibus cauſis exemptorum, ſed eorum iuriſdictio fuit moderata per conſtitutionem Gregorij XV. 21.2

Conſeruatores non poſſunt procedere extra ciuitates, vel diœceſes, in quibus ſunt deputati. 21.1

Conſeruatores non poſſunt procedere vltra vnã dietam, vel duas extra diœceſim, vbi ſunt deputati. 22.2

Conſeruatores poterant ad ſuum iudicium trahere perſonas exiſtentes extra ciuitates, vel diœceſes, vbi erant deputati, ſed hodie eſt reſtrictum per conſtitutionem Greg. XV. 21.3 & ſeq.

Conſeruatores non poſſunt nominari extra diœceſim, bene tamen extendere ſuam iuriſdictionem vltra tres dietas extra illam. 22.6

Conſeruatores de iure communi exercent iuriſdictionem delegatam, ſed ex priuilegio cenſentur Ordinarij. 25.10. quod intellige vt 16

Conſeruatores ſolum poſſunt cognoſcere de manifeſtis iniuriis, & violentiis. 26.17.& ſeq.

Conſeruatores ſunt delegati ad generalitatem cauſarum, non vero ad vniuerſalitatem. 27.23 & 24.

Conſeruatores non poſſunt vti iudiciali indagine. 27.22

Conſeruatores non ſunt iudices territorij, ſed perſonarum. 27.25

Conſeruatores ſi cognoſcant in caſibus, in quibus exempti ſunt ſubiecti Ordinariis, præter pœnam ſuſpenſionis ab officio, quam incurrunt, omnia ſunt nulla, & irrita. 29.3

Conſeruatores non poſſunt vti ſua iuriſdictione, nec exempti illam implorare, niſi illis conſtet de manifeſta iniuria, & violentia. 43.9. & 46.27

Conſeruatores ſi impediant aliquid Epiſcopo, incumbenti viſitationi, & correctioni exemptorum, in caſibus in quibus procedere poteſt, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, poterit contra illos procedere. 43.11

Conſeruatores non habent iuriſdictionem naturalem, ſed ex conceſſione particulari. 44.14

Conſeruatores vt procedere poſſint, neceſſarium eſt, vt parti irrogetur iniuria, ſeu violentia. 51.6.& 86.1

Cõſeruatores nominari poſſunt non ſolũ pro iniuria manifeſta, & reali, ſed etiam verbali facta Religioſis, ſeu Religionibus. 88.17. quod intellige, vt 21.& ſeq.

Conſeruatores tenentur ante exercitium ſuæ iuriſdictionis exhibere Ordinario contra quem intendunt procedere, authenticum documentum ſuæ electionis, ſub pœna nullitatis. 131.3

Conſeruatores ſunt iudices delegati. 131.4 & 7.

Conſeruatores licet ſint deputati ad pluritatem cauſarum, non tamen ad vniuerſalitam, & ideo non ſunt Ordinarij, ſed delegati. 131.8.& 132.10

Conſeruatores poterant olim contra quoſcumque procedere, etiam extra ciuitates, & diœceſes, vbi erant deputati, ſed hodie illorum iuriſdictio remanet reſtricta ad vnam dietam, à fine diœceſum, & ſolum ad manifeſtas iniurias, & violentias. 131.11

Conſeruatores non poſſunt vti iudiciali indagine. 26.17

Conſeruatores extendentes ſuam iuriſdictionem vltra id, quod eis eſt permiſſum, poſſunt puniri ab Epiſcopo. 119.6

Conſeruatores dantur, vt defendant exemptos à manifeſtis iniuriis, & violentiis, ne cum tanto diſpendio cogantur partes extra locum litigare. 193.6

Conſeruatores in cauſis, in quibus ſunt iudices, poſſunt procedere in prima inſtantia. 195. n.19.

Conſeruatores ſunt delegati, & ſolum procedere poſſunt in manifeſtis iniuriis, & violentiis. 198.4.& 81.9

Conſeruatores differunt in aliquibus, à iudicibus delegatis. 198.4

Conſeruatores poſſunt procedere cum cenſuris, contra perturbantes, & impedientes exercitiũ ſuæ iuriſdictionis. 199.6

Conſeruatores, tamquam delegati Sedis Apoſtolicæ, poſſunt procedere contra quoſcumque Ordinarios, etiam legatos, ſi illos impediant in ſuis conſeruatoriis, in caſibus, in quibus eis vti poſſunt. 199.7.& 8

Conſeruatores differunt in aliquibus à iudicibus delegatis, in quibus adinuicem ſe excedunt. 199.9

Conſeruatores tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati poſſunt procedere contra perturbantes eorum iuriſdictionem, cum pœnis & cenſuris. 199.10

Conſeruatores Societatis IESV, ex conſtitione Gregorij XIII. ſunt Ordinarij. 200.12.

Conſeruatores non poſſunt proprie dici Ordinarij, nec vt tales exercere iuriſdictionem. ibid.15

Conſeruatores, ſecluſis priuilegiis, nullam habẽt iuriſdictionem, ſed tantum illam, quam ex delegatione eis attribuitur. ibid.16

Conſeruatores ſi procedant contra Epiſcopos in caſibus in quibus poſſunt, debent prius interdicere ingreſſum Eccleſiæ, poſtea ab officio ſuſpendere, & tandem excommunicare. 101.19. Quod extende etiam ad electos, & confirmatos, ſed non conſecratos.

Conſeruatores non poſſunt procedere contra Epiſcopos, incipiendo ab excommunicatione, quod extende ad electos & confirmatos, ſed non conſecratos. 200 18.& 201.19

Conſeruatoris nomen debet à Regularibus notificari, non ſolum Ordinario loci, ſed etiam aliis, ad quorum diœceſes ſe extendit illius iuriſdictio. 20.4

Conſeruatorum poteſtas defendendi exemptos à manifeſtis iniuriis, & violentiis non fuit ſublata per conſtitutionem Gregorij XV. dummodo obſeruent formam præſcriptam in conſtitutione Innocent.IV.& Bonifacij VIII. 198.3.& 199.6

Conſeruatorũ mutatio non poteſt fieri per quinqueniũ, à die deputationis cõputandũ, niſi ex legitima cauſa, approbãda à Sede Apoſtolica, vel locorum ordinariis. 20.2.& ſeq.

Conſeruatorum iuriſdictio non reſtringitur ſolum ad caſus expreſſos c. ſi quis ſuadente, aliàs nullum peculiare priuilegium haberent. 89.21

Conſeruatorum poteſtas, & iuriſdictio dependet à nominatione facta per exemptum, habentem priuilegium nominandi illos. 132.13

Conſeruatorum facultas defendendi exemptos à manifeſtis iniuriis, & violentiis non fuit ſublata per nouã conſtitionẽ Greg.XV dũmodo obſeruent formã, in ea præſcriptã. 198.1.& 2

Conſeruatori atteſtanti de ſua conſeruatoria nõ eſt credendum, ante illius exhibitionem. 44.6

Conſeruatorem eligentes tenentur intra menſẽ, à die electionis, indicare Ordinario nomen cõſeruatoris electi. 131.2.& 132.12

Conſeruatore maior eſt Ordinarius ibid.27

Conſeruatore non eſt inferior Ordinarius. 64.33

Conſeruatore ſi indigeant Regulares, & in Prouincia, vel loco non reperiatur Synodalis, qui eo munere fungi poſſit, poterunt nominare alium, ne cum tanto diſpendio cogantur extra Prouinciam litigare. 193.7

Conſeruatore ſi careant Regulares poſſunt corã Ordinario conueniri. 194.13.& 195.19.& ſeq.

Conſeruatoribus vti non poſſunt Regulares, niſi quando eis ſit notoria iniuria, & manifeſta violentia. 42.3

Conſeruatoribus vti non poterunt Regulares contra Epiſcopos in caſibus in quibus procedunt in vim Tridentini, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati. 42.5.& ſeq.

Conſeruatoriæ litteræ, per Sedem Apoſtolicam concedendæ, dirigi non poſſunt niſi perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, regulariter loquendo. 10.1

Conſeruatoriæ nihil operantur contra Epiſcopũ quando procedit tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, in vim Tridentini. 43.10

Conſeruatoriæ litteræ notificandæ ſunt Epiſcopo, vt priuilegia exemptiua operare poſſint. 45.29.

Conſeruatoriæ antiquę remanẽt limitatę, per nouam conſtitutionem Greg.XV. 196.26

Conſeruatoriæ antiquæ exemptorũ licet diuerſis interpretationibus practicatæ fuerint, hodie tamen regulari debent iuxta vltimam diſpoſitionem Greg.XV. 19 .28

Cõſeruatoriæ litteræ vt operare poſſint cõtra decreta Tridentini, neceſſaria eſt expreſſa derogatio, nec clauſulæ generales ſufficiunt. 46.27

Conſtitutio Greg.XV. quoad conſeruatores, quid diſponat. 29.1 & 2

Conſtitutio Greg.XV. innouat circa conſeruatores, quod ſtatutũ iam erat à Bonif.VIII.& alia plura de nouo decernit. 29.3

Conſtitutio Greg.XV. quoad conſeruatores ęquè comprehendit omnes Regulares. 77.3

Conſtitutio Greg.XV edita circa conſeruatores afficit omnes, gaudentes cõſeruatoriis, & ideo ab omnibus obſeruari debet. 192.4

Conſtitutio Greg quæ conceſſit Societatis IESV facultatem eligendi conſeruatores diſponit, vt eligi non poſſit, qui dignitate Eccleſiaſtica careant. 190. & 3

Cõſtitutio ſeu lex generaliter diſponẽs habẽſq; generalẽ rationẽ, etſi ſpecialiter concedatur, non reſtringitur ad ſpecialitatẽ rationis. 114.51

Conſtitutio, ſeu lex habens plura capitula diſtincta, poteſt eſſe vſu recepta in aliquibus, licet in aliis non obſeruetur. 252.37

Cõſultius efficient, qui approbati fuerint ad cõcionandum, vel audiendas confeſſiones, vt in ſcriptis authenticis obtineãt approbationẽ, vt eam exhibere poſſint, quoties & quando opus fuerit. 185.4

Cõtentio iuriſdictionis ſi adſit inter iudices, declarãda eſt per arbitros nominados à partibus, & ſi illi non conueniant deuoluitur in Aragonia ad Cancellariũ, cuius declarationi ſine aliquo recurſu ſtandum eſt. 24.3

Contentio iuriſdictionis ſi moueatur inter duos iudices Eccleſiaſticos, vel ſeculares, æquales, declaranda eſt per ſuperiorem, cui immediatè ſunt ſubiecti. 245.5

Contrariorum eadem ſolet eſſe diſciplina. 31.5

Controuerſia ſi adſit inter Ordinarium, & iudicem conſeruatorem, terminanda eſt per arbitros, in forma iuris electos. 24.1

Controuerſia iuriſdictionis orta inter diuerſos Iudices, quomodo ſit dirimenda, tam in Aragonia, quam ex iuris diſpoſitione. 28.29

Contumeliis ſi clericus afficiat Epiſcopum, deponendus eſt. 29.4

Conuentus, Collegia, Monaſteria, ſeu Cænobia Regularium, idem de per ſe important, quod omnia iuncta. 136.1

Conuitium non ſolum præſenti, verum & abſenti fieri poteſt. 87.6

Creditores an poſſint conuenire Regulares debitores coram ſuo conſeruatore, vel coram Ordinario, anceps eſt quæſtio. 80. 5. 6. & 83. 24

Cupiditas eſt radix omnium malorum. 145.24

Curam animarum ſi exerceant Regulares, quoad eam viſitari debent ab Epiſcopo. 169. 8. & 174.23

Curam animarum ſi exerceant Regulares, habent Epiſcopi iuriſdictionem in eos, in concernentibus, & dependentibus ad ipſum exercitium. 172.17.& 174.23

Curam animarum ſi exerceant Regulares, ſubſunt viſitationi, iuriſdictioni, & correctioni Epiſcopi, in his, quæ ad illam pertinent, non obſtante Breue Pij V. 174.23

Curam animarum non poteſt Regularis exercere in Parochiali vnita Conuentui, ſine conſenſu ipſius Prælati. 149.11

Curam animarum, vt exercere poſſint Regulares, requiritur approbatio Ordinarij, nec ſufficit deputatio ſui ſuperioris, & ſi aliter faciat, incurrit in pœnis Clementinæ. I. de priuilegiis. 149.12

Cura animarum ſi per exemptos exerceatur, poteſt Epiſcopus viſitare Eccleſias, quoad Sanctiſſimum, ornamenta, & his ſimilia. 172.18

Curam animarum adminiſtrantes Regulares in indiis, licet in ſuis Capitulis Prouincialibus ad id nominati fuerint neceſſario prius ad Ordinariis approbandi ſunt, antequam in illa ſe immiſceant, ex conſtitutione Clement. VIII. 174.26

Curam animarum, vt adminiſtrare poſſint Regulares, etiam in Indiis, non ſolum debent habere approbationem Ordinarij, verum etiam ei ſubiecti manent, in concernentibus ad illam. 176.27

Curatum beneficium, & Parochiales Eccleſias magis expediens eſt gubernari per clericos ſeculares, quam per Regulares. 172.17

Curati etiam Regulares, non poſſunt deputari niſi præuio examine, & approbatione Epiſcopi, ex diſpoſitione Tridentini. 174.25

Curatus alterius diœceſis non poteſt audire cōfeſſiones, quando exiſtit in aliena, ſine Epiſcopi illius diœceſis licentia, vbi actu adeſt 92.4

Curiæ ſtylus facit ius quoad omnes, & de non licito licitum, & declarat mentem concedentis aliquod priuilegium. 133.10

Curiæ ſeculari ſi Epiſcopus tradat Reum, qui aliàs gaudere debebat immunitate, maximam infert iniuriam Eccleſiæ, & ipſi Reo. 257.82

## D

DEbitores Regulares an poſſint conuenire credires coram conſeruatore, vel coram Ordinario anceps eſt quæſtio. 80. 5. & ſequent.

Decimarum in perceptione ſi exempti impediātur, poſſunt recurrere ad iudicem conſeruatorem pro damno. 87.7

Decimarum iura tenentur defendere Epiſcopi, & capitula Eccleſiarum. 87.9.& 10

Decimarum dominium transfertur ipſo iure in Eccleſias, ad quas illæ pertinent. 88.14

Decimarum cauſa eſt realis, & exequutiua. ibid.

Decimę ſi ſint ſeparatæ à toto aceruo fructuum, poteſt ille ad quem pertinent, ſibi eas applicare per manus iniectionem. 88.15

Decimæ de iure debentur Eccleſiis, & Epiſcopis. 88.15

Decimas debitas Eccleſiæ, ſi Regulares fraudent debent moueri, & requiri, vt intra menſem eas ſoluant, & ſi non fuerint, poſſunt excommunicari. 88.13

Declarationes Sacræ Congregationis, an habeāt vim legum. 230.13

Declarationibus, & interpretationibus circa cōſuetudines, priuilegia, & exemptiones Regularium, factis à ſuis generalibus, tenentur ſtare Religioſi, quoad ſerenitatem ſuarum conſcientiarum. 72.25

Decretales variæ, & diuerſa decreta Tridentini diſponunt, vt Epiſcopi in aliquibus caſibus cū cenſuris procedere poſſit contra Regulares. 182.28

Decretum, *irritans, & clauſula ſublata*, operantur vt ſit ademta iuriſdictio cuilibet iudici inferiori, aliter cognoſcendi, quam in decreto continetur. 30.1

Decretum, *irritans, & clauſula ſublata*, inhabilitant iudicem inferiorem, vt poſſit aliter iudicare, niſi provt in decreto continetur, & ſi contraueniat, erit nullum quidquid declarauerit. 29.2

Decretum, *irritans*, ſi ſit appoſitum in lege conciliari, vel Generali, ligat manus Papæ, donec ipſemet illud expreſſe non derogauerit. 102.48

Decretum, *irritans*, inficit & annullat quidquid in contrarium fit, etiamſi ſecunda conceſſio fiat motu proprio, vel ad inſtantiam partis, ſiue iuſte, ſiue iniuſte. 13.11.& 30.1

Decretum, *irritans*, habet in ventre inhibitionē, ac vim priuatiuam, & auocatiuam poteſtatis conceſſæ. 13.12

Decretum, *irritans*, operatur, vt ſi in ſecunda cōconceſſione (quomodocumque ſit facta) non fiat reuocatio illius, ſit nullius momenti quidquid in contrarium fiat. 14.13

Decreta Conciliorum, quæ vt leges inueniuntur, inuiolabiliter obſeruanda ſunt. 44.18

Decreta Tridentini tenentur Epiſcopi efficere, vt inuiolabiliter ab omnibus cuſtodiantur. 44. 19.& 46.28. cum ſeq.

Delegatus Papæ, & Ordinarius ſi contendant ſuper competentia iuriſdictionis, delegatus cognoſcere debet, an ſua, vel Ordinarij ſit. 25.7

Delegatus poteſt eſſe Regularis, ſed ex eo non ſequitur, quod poſſit fungi munere Conſeruatoris. 8.14

Delegatus Papæ eſt dignior Ordinario. 25. 7. & 9.

Delegatus iudex eſt conſeruator exemptorum. 25.9.& 26.13

Delegatus, etiam Principis, non eſt maior Ordinario, abſolutè loquendo. 26.14

Delegatus excedens formam commiſſionis procedit vt priuatus, & eſt nullum quidquid effecerit. 26.15

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum dicitur ille, cui eſt commiſſa pluralitas cauſarum, reſpectu alicuius territorij. 24.3

Delegatus ad cognoſcendum inter certas perſonas, dicitur deputatus ad generalem cauſarum. 27.24

Delegatus ſine exhibitione delegationis non poteſt in cauſa procedere. 44.13

Delegatus ſimul, & ordinarius ſi procedat in cauſa, quam Iuriſdictionem præſumatur exercere, dubium eſt. 45.23

Delegatus, quis non præſumitur, nec ei fides adhibetur, niſi exhibeat delegationem, & ideo ante exhibitionem, pars ab eo citata, non fit contumax. 59.7

Delegatus ſi ſemel exhibuit titulum ſuæ delegationis ad eum effectum, non tenetur de nouo illum exhibere. 132.9.& 14

Delegatus, etiā Sedis Apoſtolicæ, debet prius docere de delegatione, vel fide oculta, antequam ſuam exerceat iuriſdictionem, ſub pœna nullitatis. 131.6

Delegatus ſi excedat limites ſuæ delegationis, poteſt ab Ordinario puniri. 134.3

Delegatus in omnibus, & per omnia repræſentat perſonam delegantis. 180. 10. & 200.17

Delegatus Apoſtolicus, in cauſa ſibi commiſſa; ſuperior eſt Ordinario, & aliis iudicibus ſuperioribus. ibid.16

Delegatus poteſt coërcere pœnis, & cenſuris impedientes vti ſua iuriſdictione delegata. 180.15

Delegati duo ſi quilibet prætendat cognitionem cauſæ ad ſe pertinere, talis contentio per arbitros iuris dirimenda eſt. 25.6

Delegati ad vniuerſitatem cauſarum non dicuntur iudices conſeruatores, ſed ad generalitatem tantum. 27.22.& ſequent. & 131. 8. & 132.10

Delegati iuriſdictio fruſtra operare poſſet, ſi in ſe per omnia media non haberet coactionem, & coërctionem. 181.16

Delegati Sedis Apoſtolicæ ſunt Epiſcopi, quoad executionem decretorum Concilij Tridentini. 45.21

Delegati ante exercitium ſuæ Iuriſdictionis tenentur exhibere authenticum documentum ſuæ delegationis, aliàs erit nullum quidquid effecerint. 131.4.& 5

Delegati ſunt iudices conſeruatores. 131. 4 & 7.

Delegati ſunt conſeruatores, & ſolum poſſunt procedere in manifeſtis iniuriis, & violentiis. 198.4

Delegati ſummi Pontificis ſunt Superiores Ordinariis. 199.5

Delegati ſunt de iure communi iudices conſeruatores; ſed ex priuilegio cenſentur Ordinarij. 25.10. Quod intellige vt 16

Delegato atteſtandi de ſua delegatione non eſt credendum, nec parendū, quouſque exhibeat litteras ſuæ delegationis. 44.16

Delegato, vt fides adhibeatur debet incitatione inſerere reſcriptum ſuæ delegationis. 31.6

Delegato non tenetur parere pars, ſi non exhibuit authenticum documentum ſuæ delegationis. 131.5.& 7

Delegato licet directe non committatur aliquid, committitur tamen quidquid conducit ad cauſæ concluſionem cum omnibus dependentibus, & concernentibus ad illam. 180.14. & 15

Delegatis iudicibus debentur ſportulæ, non vero Ordinariis. 70.14

Delegata iuriſdictio conſiſtit in eo, quod competat ratione officij. 199.9

Delegata ſi ſit iuriſdictictio alicui, illa omnia cenſentur conceſſa, ſine quibus exequi non poteſt. 179 8

Delegata iuriſdiſdictio ex verbis adiunctis delegantis regulanda eſt. 44.17

Delegans poteſt limitare commiſſionem delegato. 180.11

Delegatio quando fit non ſimpliciter, ſed cum verbis prægnantibus, non datur appellatio ad immediatum; ſed ad Principem delegantem. 45.24.& 46.26

Delegatio ſi fiat ſimpliciter ordinario, de eo quod iam habet ex iuriſdictione ordinaria, non dicitur aliquid delegari, ſed de nouo reſtitui, quod habebat, ſecus tamen ſi addantur verba, *Auctoritate noſtra, vel tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus*, quia tunc ordinaria mutatur in delegatam. 45.25.& 46.26.& 163.30

Delegatio ſi fiat Epiſcopo in Canone, vel lege cum clauſula, *Auctoritate noſtra, vel tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus*, tunc procedit vt delegatus, non vt Ordinarius, etiamſi ſit in re, in qua poterat exercere iuriſdictionem ordinariam. 163.29

Delegarī non poſſunt cauſæ, niſi illis, qui dignitate Eccleſiaſtica polleant. 16.18

Delegare non poſſunt Epiſcopi Clericis inferioribus ea, quæ ſunt ordini, bene tamen quæ ſūt iuriſdictionis. 151.1

Delictum, vt qualificari poſſit pro proditionali requiritur ſemiplena probatio ad effectum gaudendi vel non immunitate. 243.4

Delictū vt pro proditionali qualificetur non ſufficiunt confeſſio interfecti & fama per ſe ſolum. 244.11

Delictum dicitur proditorium quando qui illud cōmittit, dat ſignum amicitiæ in actibus exterioribus, & aliud in mente gerit, quàm oſtendit. 223.6

Delictum ſi non ſit conſūmatum, ſed attētatum, non priuat Reum immunitate Eccleſiæ, etiāſi ſit ex exceptuatis in Bulla Gregorij XIV. 225. 14. 227.3.& 236.16

Delictum ante probationem, vel condemnationē illius attendi non debet, vt accuſatus immunitate Eccleſiæ gaudere non debeat. 232.23

Delictum, quod ſit proditionale, an probari poſſit per indicia, & coniecturas, vel ſemiplenam probationem, anceps eſt quæſtio. 240.3

Delictum eſſe proditorium probatur in Aragonia per indicia, & ſemiplenam probationem. 240.4

Delictum non eſt proditionale,ſi inimicitia,crimini non præceſſit. 240.6

Delictum de nocte commiſſum,vt probetur, cõcludere debent teſtes,cognouiſſe delinquenté ſaltem per aliquas demonſtrationes,vel indicia. 240.7

Delictum quo Reus immunitate Eccleſiæ gaudere debeat;vel non,probari poteſt per ſummariam,ſimplicem,& extraiudicialem informationem, pro conſcientia ipſius iudicis. 244.14.

Delicta non debent manere impunita. 232.24

Delicta ne maneant impunita, plura admitti debent. 193.10

Delicta Monachorum dupliciter conſiderantur, aut ipſorum propria,quia contra regulam, vel vt communia, quia offendunt communem conuerſationem: Primo caſu Abbas contra Monachos procedit,ſecundo vero Epiſcopus. 55.33

Delictis enormiſſimis ſi ſe immiſceat clericus,nõ gaudet fori priuilegio. 239.13

Delinquens extra Eccleſiam, & ab ea exiens ad perpetrandum crimen ,non ex eo priuari debet immunitate,dummodo id non fiat ſpe,& fiducia gaudendi tali priuilegio. 241.10

Delinquentes omnes non defenduntur ab Eccleſia;ſed illi tantum, qui digni ſunt eius immunitate. 255.70

Delinquens qui ſe eximit,è manibus familiæ, ſi in Eccleſiam confugiat,liber fit de illius poteſtate,& iuriſdictione. 254.59

Deputari non poſſunt Regulares in curatos, niſi præuio examine Epiſcopi, & de eius conſenſu, ex diſpoſitione Tridentini. 171.15

Deriuatum fuit ex Apoſtolis in Epiſcopos miniſterium prædicationis,tanquam ipſorum ſucceſſores. 106.12

Derogatorias clauſulas ſi appoſuit Princeps , in aliqua conſtitutione,ex eo cenſetur reuocata prima,ſi de illa præſumitur habuiſſe notitiam, quæ ex clauſulis generalibus appoſitis coniecturari poteſt. 33.5

Derogata cenſentur priora priuilegia, ſi in poſterioribus fiat expreſſa mentio derogatoria illorum. 131.8.& 133.19

Derogatio in ampliſſima forma facta de priuilegiis,conceſſis Religionibus,an præiudicet, ſi non fuerit intimata, & inſinuata Religioni priuilegiatæ. 132.15. reſoluitur negatiuè. 18.& 19

Detentio cadaueris Rei in furca ſuſpenſi, magis tendit ad tenorem aliorum, quam ad punitionem ſuſpenſi. 255.65.& 68

Deus veniam dare præcepit peccantibus,& pœnitentibus. 93.9

Diaconus, ſiue Præſbyter non poteſt prædicare Verbum Dei ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ,vel Catholici Antiſtitis. 107.17.

Dictio,*aliter*,inducit formam, & ſolemnitatem, ſimulque conditionem, præciſè ſeruandam. 6.3.

Dictio,*de*,importat comprehenſionem omnium rerum,ſupra quas cadit. 53.18

Dictio,*dumtaxat*,de ſui natura eſt taxatiua,limitatiua,& reſtrictiua quoad omnes cauſas, & perſonas non expreſſas. 73.3

Dictio,*in*,importat excluſionem , & limitationem rerum,ſupra quas cadit. 53.1

Dictio,*inuiolabiliter*,inducit complementum præciſum,quod nequit violari. 29.5

Dictio,*is*,de ſui natura eſt relatiua,& demonſtratiua præcedentium. 230.12

Dictio,*niſi*,de ſui natura eſt limitatiua, aduerſatiua,& inductiua conditionis, ſimulque præſcribit formam præciſam , & exceptionem quoad alios. 6.2

Dictio,*necnon* , repetit omnes qualitates præcedentes. 33.2.& 8

Dictio,*quomodolibet*,comprehendit omne intereſſe cuilibet competens,& verificatur in quocumque iure directo,vel indirecto, etiam impropriè ſumpto. 33.9

Dicti,*quomodolibet*,amplectitur,& extendi debet, non ſolum de iure communi,ſed etiam de iure ſpeciali,conſuetudine,præſcriptione, aut priuilegio Apoſtolico. 34.10

Dictio,*quomodolibet*,includit omne ius,etiam minimum,& omnem modum,qui comprehendi & includi poteſt. 34.11.& 12

Dictio,*tantum*,eſt taxatiua,exceptiua,limitatiua, reſtrictiua,& excluſiua. 10.2

Dictio, *tantum*,ſi ſit appoſita in aliqua conceſſione,excludit alios iudices , quibus antea cõpetebat iuriſdictio Generalis in eiſdem cauſis. ibid.

Diœceſes ſuas tenentur viſitare Epiſcopi , vt iubeant, quidquid ad morum correctionem, & augmentum cultus diuini iudicent neceſſarium. 119.6

Differentia adhibenda eſt, an Regularis prædicet in propria Eccleſia ſine Epiſcopi licentia , vel ipſo contradicente. 109. 28. & 111.36

Differentia conſtituenda eſt inter domum,vel locum regularem,vel domum ſeu locum Regularium,nam locus Regularis gaudet priuilegiis,quibus cæteri conuentus,non vero locus, vel domus Regularium. 138.18

Differentia adhibenda eſt,an quis ſit exemptus in iure,vel de iure. 53.16

Dignitas Epiſcopalis, vt ordinaria, & ex officio, in generali conſiderata,à Chriſto Domino eſt inſtituta,ſecus in particulari. 122.1

Dignitates, ſeu Canonici coadiutores gaudent omnibus præeminentiis , & honoribus , quibus coadiuti fruuntur. 16.16

Dignitates , ſeu Canonici Eccleſiarum Cathedralium poſſunt eſſe iudices Synodales. ibid.

Dignitates ſeu Canonici coadiutores non poſsũt eſſe iudices delegati,ſeu conſeruatores,aut Synodales. 16.18.& ſeq.

Dignitate Epiſcopali nulla maior reperiri poteſt. 122.2

Dignitate qui caret dicitur priuata perſona. 99.34

Dignior eſt collegiata Eccleſia , Parochiali. 15.8.& 9

Dicipulus non eſt ſupra Magiſtrum , neque ſeruus ſupra Dominum. 123.10

Diſpenſatus per Papam ad obtinendam dignitatem , vel Canonicatum Cathedrali , non cenſetur diſpenſatus , vt poſſit eſſe Iudex delegatus , vel Synodalis, aut conſeruator. 17.29

Diſpoſitio in corpore iuris clauſa non reuocatur per ſecundam,niſi de illa expreſſa fiat mentio, tam in ſtatuto,quam in priuilegio , vel diplomate Pontificio. 13.10

Diſpoſitio Generalis generaliter intelligi debet. 48.32

Diſpoſitio generalis legis,ſeu ſtatuti non poteſt impediri ſub prætextu alicuius priuilegij. ibid.

Diſpoſitio Concilij Tridentini ſeſſ.24. c. 2.quomodo ſit intelligenda circa Regulares,fauore Ordinariorum. 54.22

Diſpoſitio vel conceſſio vltima facit ſilere omnes antecedentes contrarias. 196. 26. & 27.

Diuerſi Pontifices conceſſerunt varia indulta,vt Regulares , qui ad Prouincias Indorum ſe trãſferebant,poſſent fungi munere Parochorũ,ob defectum clericorum ſeculariũ. 168. 3. Quæ fuerunt limitata,& reuocata. ibid.19. & ſeq.

Diuinum,& vltra humanam naturam cognoſcitur eſſe,non peccare. 70.9

Doctor D.Ioannis de Solorzano,& Pereira laudatur. 89.18

Doctoris opinio,in ſpecie tractantis , & diſputantis materiam , attendi debet , quando lex non reperitur , quæ caſum decidat 255.62

Doctrinaliter poſſunt interpretare Prælati Regulares priuilegia dubia , pro ſecuritaté concientiæ,ſuorum ſubditorum. 73.34

Dolus,aut bona fides ſunt paſſiones animi, quæ ſoli Deo ſunt notæ. 224.7

Dominicana Religio , & Franciſcana obtinuerunt Indulta Apoſtolica, vt in ſuis conuentibus poſſent audire libere confeſſiones fidelium.94.11. Quæ quidem indulta poſtea fuerunt moderata,& poſtmodum ampliata. ibidem 12

Dominium bonorum,deſtinatorum ad pios vſus, ſemper remanet ſub iuriſdictione Epiſcopi, nec aliquomodo bona conſiderari poſſunt exempta. 82.18

Domus ruſticæ,& Grangiæ Regulariũ,non gaudent immunitate Eccleſiarum abſolute loquẽdo , vt delinquentes ex illis extrahi non poſſint. 137.12.& 138.19

Domus ruſticæ Regularium ſi ex aliquo priuilegio gaudeant,vt ad eas confugientes nõ poſſint extrahi,datur extenſio,& idem dicendum eſt de Hoſpitiis. 137.13

Domus ruſticæ , ſeu prædia Regularium , non gaudent priuilegiis, & exemptionibus , quibus monaſteria,in quorum dominio ſunt.138. 16.139.21

Domus ruſticæ ,ſeu Grangiæ,vel hoſpitia Regularium non gaudent immunitate Eccleſiarum. 138.19.quod intellige vt 20.

Domus , vel locus Regularis difert,à domo vel loco Regularium , nam locus regularis gaudet priuilegiis , quibus cæteri conuentus, non vero domus , ſeu locus Regularium. 138.18

Domum,vel fundum vendere cogi nõ poteſt vicinus pro ædificatione, reparatione , vel ampliatione Monaſterij,vel alterius loci pij.137. 9.Quod intellige vt 10

Domum,vel quid ſimile immobile vendere cogi non poteſt vicinus pro ampliatione, ædificatione,vel reparatione Hoſpitij Regularium. 137.11

Dubium ſi adſit circa verba ambigua priuilegij, nec pro declaratione ſit facilis aditus ad Supremum Principem , quid faciendum ſit. 74. 35.& 75.40

Dubium ſi adſit an habeat locum vel non immunitas Eccleſiæ, pro ea pronunciandum eſt. 232.25.& 256.80

Dubium oritur quando animus poteſt æqualiter ſe inclinare ad vnam vel alteram partem. 18.36

Duo teſtes conteſtes faciunt plenam probationem,maxime ſi deponant de facto proprio. 227.8

E

EAdem ratio viget de toto quoad partem, quam de parte quoad totum. 238.6

Eccleſia iniuſtis non fauet. 253.51

Eccleſia præſtat auxilium ſuum cuicumque Reo, ad eam libere confugiendo,vt ipſius immunitate gaudeat. 254.56

Eccleſia promittit Ordinatis,vt ab ipſo die ordinis fiant de foro illius. 230.8

Eccleſiæ ſemper aſſiſtendum eſt, nec licet diſcedere ab opinione,quæ illius promiſſis nititur. 230.9

Eccleſiæ immunitas , an locum habeat , ſi dubium ſit,pro Eccleſia pronunciandum eſt.233 26.& 256.80

Eccleſiæ immunitate gaudet Reus , confugiens ad eam etiamſi illa vti nolit , expreſſe renunciando. 234.7

Eccleſiæ fauor conceſſus hominibus viuentibus, conceditur etiam mortuis. 253.47

Eccleſiæ immunitas habet reſpectum ad ſeipſam,& ad ſe recipientem in ea. 253.44

Eccleſiæ ordo verus eſt prima tonſura. 248. n. 7.

Eccleſiæ Collegiatæ Canonici præcedere debent clericos Parochialium. 15.10

Eccleſiam ad inſeruiendum idem eſt,ac Eccleſię adſcribi. 231.18

Eccleſiaſtica penſio ſi ſit alicui reſeruata,& non incedat in habitu, & tonſura non gaudet priuilegio fori. 238.10

Eccleſiaſtica ſepultura, etiamſi quis ſit priuatus, non ex eo priuatur Eccleſiæ immunitate. 256.72

Eccleſiaſticam penſionem obtinens , an gaudeat fori priuilegio. 237.2

Eccleſiaſticus iudex,& Secularis , ſi contendant ſuper iuriſdictione, declaranda eſt contentio per Eccleſiaſticum. 25.8

Eccleſiaſticus iudex maior eſt , iudice Seculari. ibid.

Eligentes conſeruatores contra formam præſcriptam à Gregorio XV. priuantur voce actiua, & paſſiua,ſi Regulares fuerint , alij vero pœnis arbitrariis. 11.1.& 3

Eligentes conſeruatores non ſeruata forma conſtitutionis Gregorij XV. puniuntur, vt ad annum vti non poſſint Conſeruatore , & ſubiiciuntur Ordinariis. 11.2

Eligentes conſeruatores,tenentur intra Menſem à die electionis, Ordinario indicare nomen electi conſeruatoris. 20.5

Emere rem ad eam reuendendam, in eadem ſpecie,in qua fuit empta ſine aliqua melioratione,vel mutatione,prohibitum eſt Clericis , & Regularibus. 142.2.& 145.27

Enunciatiue ſi prolata ſint verba, non probant, ſecus tamen, quæ per modum rationis ad iecta ſunt. 19.

Epiſcopus poteſt compellere Regulares, vt in ſuis Monaſteriis habeant lectionem Sacræ Scripturæ, ſi id commode fieri poſſit. 43 7.

Epiſcopus de iure communi habet fundatam intentionem puniendi iudicialiter Monachos Regulares, priuatiue quoad Abbatem, ſeu Priorem, quando delinquunt extra Regulam, non ſolum per viam accuſationis, ſed etiam quando per viam inquiſitionis proceditur. 56 35.

Epiſcopus exercens iuriſdictionem in vna parte diæceſis, videtur illam exercere quoad omnem. 231.66.

Epiſcopus ſi tradat Curiæ ſeculari Reum qui aliàs gaudere debet immunitate Eccleſiæ, peccat mortaliter, & incurrit in alias pœnas maximamque iniuriam infert ipſi Reo & Eccleſiæ. 57 81.& 82.

Epiſcopus. vt exequi valeat reſcriptum Pontificis, prius coram eo exhibendum eſt, & examinandum, an aliquid obſtet, quod exequi non debeat 66.47. quod extende ad diſpenſationes, & ad alia, quæ pecularia ſunt Pontificis. ibidem.50

Epiſcopus poteſt viſitare loca pia ſuæ diæceſis in his, quæ pertinent ad curam animarum, & ſacramentorum adminiſtrationem. 66.56.

Epiſcopus non eſt impediendus per exemptos in exercicio ſuæ Ordinariæ Iuriſdictionis, donec cognoſcatur, an priuilegium intret, vel non. 67.58.

Epiſcopus poteſt compellere Regulares, etiam exemptos, ad reddendam rationem coram ſe de exequutione teſtamentorum, facta; illoſque punire, ſi male ſe geſſerint. 80.9.& 81.10. quod limita vt. 19.

Epiſcopus poteſt corrigere. & viſitare regulares ratione Iuriſpatronatus, vel commiſſariorum vltimarum voluntatum, ſeu exequutionis teſtamentorum. 81.11.& 82.22.

Epiſcopus extra ſuum Epiſcopatum non poteſt ſe confiteri cum Sacerdote, non ſibi ſubdito, ſi non ſit approbatus à ſuo Ordinario; quod extende etiam ad Cardinales. 94.14.& 95.14.

Epiſcopus poteſt, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, compellere Regulares, in caſibus, in quibus in eos Iuriſdictio attribuitur iure communi, vel ſacris Conciliis, aut Conſtitutionibus Apoſtolicis. 105.5.& 6.

Epiſcopus volens prædicare Verbum Dei in aliena Diæceſi, & extra ſuam, non poteſt illud efficere ſine approbatione illius Epiſcopi, vbi prædicare intendit. 107.19.

Epiſcopus poteſt coërcere, & punire Regulares concionantes ſine licentia, & benedictione ipſius, etiam cum cenſuris Eccleſiaſticis. 107.21.& 111.34.& ſequen.

Epiſcopus interdicere poteſt Regulari, ne prædicet non petita licentia, & approbatione, etiam non reddita cauſa. 108.22.

Epiſcopus quando aliquid præcipit Regularibus, vel aliis exemptis, in quo ei ſubſunt, in vim Tridentini, vel conſtitutionum Apoſtolicarum, aut aliàs ex iuris diſpoſitione, non poſſunt aſſignare conſeruatores. 51 4.& 6.

Epiſcopus poteſt prædicare in aliena diœceſi, & vbicumque voluerit, dummodo Epiſcopus illius non contradicat. 111.33.& 34.

Epiſcopus ſi in aliena diœceſi publice prædicare velit, indiget benedictione illius Epiſcopi, in cuius diœceſi prædicat, at ſi contradicat, prædicare non poterit ſine eius conſenſu. 111.34. & 35.

Epiſcopus, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, habet facultatem coërcendi Regulares, & alios exemptos, ſi prædicent ſine ipſius licentia, vel eo contradicente. 107. 27.& 11.46. cum ſequen.

Epiſcopus poteſt coërcere pœnis, & cenſuris, Regulares concionantes ſine ipſius benedictione, & approbatione, ex quadam conſtitutione Gregorij XV. & altera Vrbani VIII. 113. 47.

Epiſcopus de Iure habet fundatam intentionem reuocandi licentias audiendi confeſſiones, & prædicandi verbum Dei. 118.4.

Epiſcopus Iubens, vt omnes intra præſcriptum tempus exhibeant licentias audiendi confeſſiones, & prædicandi verbum Dei, non ex eo videtur illas reuocare. 118.5.

Epiſcopus ſi Iubeat, vt Regulares exhibeant licentias audiendi confeſſiones, & concionandi, non eſt opus, vt ad id requirat Prouincialem, ſed ſufficit requirere ipſos Regulares, vel ſuperiorem immediatum Monaſterij. 119.11.& 120.

Epiſcopus poteſt punire Regulares, ſi deliquant in concionando, vel audiendo confeſſiones ſine illius licentia, & approbatione, etiam cum cenſuris Eccleſiaſticis. 119.12.& 120.13.

Epiſcopus ſi præceperit Regularibus, vt exhibeant licentias concionandi, & audiendi confeſſiones intra præſcriptum tempus, tenentur illas exhibere. 120.17.

Epiſcopus non poteſt eximere Regulares, & alias perſonas, ab obſequio, Epiſcopis debito ratione dignitatis. 124.16.& 17.

Epiſcopus pro offenſa ſibi illata poteſt punire malefactores, etiam ſi ſint exempti. 125.25.

Epiſcopus poteſt obligare Prælatum Regularẽ, vt puniat Religioſum delinquentem extra clauſtrũ, & ſi doloſè eum mutet ad alium conuentum, reduci debet ad primum, quod ſi non ita fecerit, puniri debet ab eo Epiſcopo, vbi commoratur. 127.35.& 36.

Epiſcopus monere debet Prælatum Regularem, vt puniat ſubditum ſuum, publice extra clauſtra, & cum ſcandalo delinquentem, & ſufficit vna monitio. 128.38.& 129.46.

Epiſcopus non poteſt impedire clericis, & Regularibus, negotiationes licitas, quas ſine dedecore, aut indecentia exercucri nt. 146. 32.& 14.36.

Epiſcopus poteſt punire Regulares delinquentes notorie extra clauſtra, cum ſcandalo. 146. 34. & ſequen.

Epiſcopus poteſt reuocare licentias audiendi cõfeſſiones, & concionandi, omnibus Regularibus vnius Monaſterij, ſi non ſeruauerint interdictum, ab ipſo Epiſcopo poſitum, vel ex alia legitima cauſa, ad ipſas confeſſiones pertinente. 155.4.& ſequen.

Epiſcopus poteſt cum legitima cauſa reuocare licentias conoionandi, vel audiendi confeſſiones, ab ipſomet datas, vel ab anteceſſore. 155.9.

Epiſcopus ſi reuocauerit licentias audiendi confeſſiones, præſumendum eſt, illud efficere ex legitima cauſa. 156.10.& 11. quod intellige vt 16. & ſequen.

Epiſcopus multa noſcit in ſua diœceſi, quæ ſubditos latent. 156.10.

Epiſcopus ſi voluerit reuocare omnes licentias audiendi cõfeſſiones cunctis Religioſis vnius conuentus, tenetur cauſam renunciare ſedi Apoſtolicæ, ſi eam petierit. 156.13.

Epiſcopus ſi conceſſit Regularibus, vel aliis quibuſuis limitate, & conditionaliter licentias audiendi confeſſiones, poterit illas reuocare toties quoties voluerit, intra limites conditionis. 157.18.& 158.23.

Epiſcopus poteſt concedere licentias audiendi confeſſiones limitate, & conditionaliter, tam ſecularibus, quam Regularibus. 157.20.

Epiſcopus quando concedit licentias audiendi confeſſiones, non videtur ſe reſtringere, vt non poſſit illas reuocare. 163.10.

Epiſcopus qui approbauit aliquem ad audiendas confeſſiones, leuitatis nota afficiendus eſt, ſi illico illum reuocaret. 161.12.

Epiſcopus quando concedit approbationem audiendi confeſſiones, ex illa approbatus acquirit ius approbatus, quia habet vim ſententiæ. 162.17.

Epiſcopus ſucceſſor poteſt reuocare, vel ſuſpendere licentias audiendi confeſſiones, conceſſas ab anteceſſoribus. 162.19.& 165.37.

Epiſcopus quando procedit vt delegatus Papæ, non ſuccedit in eo iure Capitulum ſede vacante, quia tunc Epiſcopus illud habet à Papa. 163. 23.

Epiſcopus ſucceſſor ſicut poteſt reuocare licentias audiendi confeſſiones, vocareque ad examen, ita ſimiliter Capitulum ſede vacante. 163.25.

Epiſcopus poteſt reuocare, etiam ſine cauſa, licentias audiendi confeſſiones, quas conditionaliter, & limitate conceſſit. 163.23.

Epiſcopus viſitare poteſt Regulares, exercentes curam animarum, quoad ipſam curam. 169.8.& 174. 23.

Epiſcopus poteſt concedere licentias concionandi, vel audiendi confeſſiones, non ſolum per litteras patentes, ſed etiam pe miſſiuas, vel ore tenus. 179.9.& 180.10.

Epiſcopus quãdo procedit in vim Iuris, vel Tridentini, tamquam Sedis Apoſtolicæ Deligatus, habet in illis fundatam intentionem, vt in cauſis ſibi commiſſis procedere poſſit. 44.13.

Epiſcopi quando procedunt, vt Sedis Apoſtolicæ delegati, in iis, quæ vt talibus in Tridentino conceduntur, non indigent aliqua probatione, vel exhibitione delegationis; ſecus tamen eſt in Conſeruatoribus, vel aliis Iudicibus delegatis. 44.15.

Epiſcopi quando procedunt tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati habent ſuperioritatem, & ampliorem Iuriſdictionem, quam ordinarij. 45.20.

Epiſcopi in exequendis decretis Cõcilij Tridentini ſunt delegati Sedis Apoſtolicæ. 45.21.

Epiſcopi viſitate poſſunt Eccleſias Regularium, non vero perſonas Regulares, in aliquibus caſibus. 119.7.

Epiſcopi ſunt Exequutores decretorum Concilij Tridentini. 46.28.& 48.31.

Epiſcopi habent de iure fundatam intentionem intra limites ſuæ dioëceſis, reſpectu quarumcumque perſonarum Eccleſiaſticarum, tam ſecularium quam Regularium. 51. 3.& 53.13. cum ſequen.

Epiſcopi munus eſt, Monachos ad ſanctam conuerſationem promouere, Abbates, aliaque officia inſtituere, atque corrigere acta extra regulam. 55.26.

Epiſcopi habent de Iure fundatam intentionem quoad exercitium ſuæ Iuriſdictionis reſpectu quarumcumque perſonarum, niſi aliquo priuilegio fuerint exempti. 58.1.& 66.55.

Epiſcopi ſunt de iure legitimi Exequutores piarum voluntatum teſtantium, illiſque pertinet, vt ad vnguem exequantur. 81.12.

Epiſcopi vtſitare poſſunt, & debent omnia quæ ad Dei cultum, & animarum ſalutem, & pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt. 81.13.

Epiſcopi, & Capitula Eccleſiarum tenentur tueri iura decimarum, quæ ad eos pertinent. 87.9.& 10.

Epiſcopi, & Capitula Eccleſiarum non debent fraudari decimis, vt tribuantur nouis Oratoriis. 87.11.

Epiſcopi pro tuendis Iuribus Cathedralium poſſunt producere libros, & allegationes, ſeu memorialia coram Iudice competente, modeſte, & veraciter declarantia, immoderatas acquiſitiones prætendentium contrarium, & ex eo non poſſunt recurrere ad Iudicem Conſeruatorem, ſub prætextu quod ſint exempti. 90 5.

Epiſcopi poſſunt punire, etiam cum cenſuris, Regulares, & alios exemptos, audientes confeſſiones, ſine ipſorum approbatione. 105.7.

Epiſcopi antiquitus, Regularibus prorogarunt facultatem audiendi Confeſſiones, quæ eis erat interdicta. 94.10.

Epiſcopi delegauerunt antiquitus miniſterium prædicationis in aliquos præſbiteros, cum id perfecte per ſe efficere non poſſent, quia fidelium numerus fuit auctus, obtenta tamen illorum benedictione, & approbatione. 106.13.

Epiſcopi habent fundatam intentionem de Iure quoad exercitium ſuæ Iuriſdictionis in Regulares, ſecluſis priuilegiis exemptiuis. 118.1.

Epiſcopi poſſunt præcipere Regularibus, vt donec licentias concionandi, & audiendi confeſſiones intra præſcriptum tempus exhibeant, ſe abſtineant à talibus miniſteriis. 118.3.& 5. cum ſequen.

Epiſcopi tenentur viſitare ſuas diœceſes, vt iubeant quidquid ad morum correctionem, & augmentum cultus diuini iudicent neceſſarium. 119.6.

Epiſcopi non ſunt leuiter accuſandi, vel detrahendi, quia iniuria eorum, ad Chriſtum pertinet. 123.6.& 7.

Epiſcopi in Eccleſia, vice, & legatione Chriſti funguntur. 123.6.& 7.

Epiſcopi ſi habeant aliquid, reprehenſione dignum, non ex eo ſubditi debent illos condemnare, aut verbis, vel ſcriptis iniuriare. 123. 8.

Epiſcopi à Deo ſunt iudicandi, non à ſubditis. 123.10.& 11.

Epiſcopi tamquam ſucceſſores Apoſtolorum & in eorum locum ſubrogati, venerandi ſunt. 124.18.

Epiſcopi authoritas neceſſaria eſt in erectione Oratorij, aliàs non erit locus religioſus, nec comprehenderetur nomine Eccleſiæ. 140.26.

Epiſcopi non poſſunt delegare clericis inferioribus ea, qua ſunt Ordinis, bene tamen quæ ſunt Iuriſdictionis. 152.11.

Epiſcopi poſſunt viſitare Eccleſias Regularium in aliquibus caſibus, non verò perſonas, regulariter loquendo. 119.7.

Epiſcopi non poſſunt ex integro auferre licentias audienſi confeſſiones, vel concionandi, omnibus ſimul vnius Monaſterij, vel collegij. 154. 2.

Epiſcopi non poſſunt reuocare licentias audiendi confeſſiones, ſi eas conceſſerint abſolute, & ſine aliqua conditione. 159.12.& ſequen.

Epiſcopi non tenetur ediſcere Regularibus cauſam, propter quam eis reuocauit licentias concionandi, & confeſſiones, ſed tantum Sedi Apoſtolicæ, ſi petierit, vt cauſam propalet, ſed non aliàs, vel alio modo. 156. 16.& 157.22.

Epiſcopi fere ſemper concedunt Regularibus licentias concionandi, & audiendi confeſſiones limitate, & conditionaliter, & tunc poſſunt illos vocare ad nouum examen, ſi eis ita libuerit. 157.19.

Epiſcopi in partibus Indiarum poſſunt adimere licentias concionandi, vel audiendi confeſſiones omnibus Religoſis vnius Collegij, ſeu Monaſterij inconſulta Sede Apoſtolica. 158.24.

Epiſcopi tenentur ſe abſtinere in reuocatione licentiarum audiendi confeſſiones quoad omnes vnius Cullegij, vel Monaſterij, niſi grauiſſima ſubſiſtente cauſa. 158.25.

Epiſcopi in partibus Indiarum poſſunt omnibus vnius Monaſterij adimere licentias audiendi confeſſiones abſolute, vel conditionaliter cōceſſas, iuſta, & legitima ſubſiſtente cauſa, eis bene viſa, iuxta conſcientias ſuas. 158.26.

Epiſcopi poſſunt examinare Regulares, obtinentes beneficia curata, tam amobilia, quam perpetua, etiam ſi in eadem, vel in alia diæceſi examinati, & approbati fuerint. 160.5.

Epiſcopi hodie poſſunt procedere contra Regulares cum cenſuris, in caſibus, in quibus illis ſubiecti ſunt. 183.33.

Epiſcopi aprobatio ad audiendas confeſſiones eſt quædam declaratio ſufficientiæ, ſed non confert aliquod ius irreuocabile, cum ſit facultatiuum à principio concedere, vel denegare licentiam. 161.13.

Epiſcopi defuncti gerit vices Capitulum Sede Vacante quoad adminiſtrationem illarum rerum, quæ non ſunt Ordinis, & eſt quaſi Æconomus futuri Epiſcopi, in temporalibus, & ſpiritualibus. 165.58.

Epiſcopi ſucceſſores dicuntur Capitula Cathedralium Sede Vacante, in his quæ concernunt. adminiſtrationem Iuriſdictionis ordinariæ, licet non proprie, ſed fictione iuris. 165 36.

Epiſcopi habent auctoritatem, & Iuriſdictionem in Regulares, & alios exemptos, in his quæ pendent circa curam animarum. 172. 17.

Epiſcopi habent, ex diſpoſitione iuris, perpetuo annexam dignitati Epiſcopi, authoritatem approbandi, vel reprobandi cōfeſſarios, & exinde Capitulum Sede Vacante ſuccedit in eo iure. 164.34.

Epiſcopi poſſunt viſitare Eccleſias exemptas in concernentibus curam animarum, tam quoad perſonas, quam quoad alia, ipſam curam pernentia. 172.18.

Epiſcopi an poſſint procedere contra Regulares cum cenſuris in caſibus in quibus illis ſubduntur, anceps eſt quæſtio. 179.2.

Epiſcopi poſſunt de iure procedere contra Regulares, & alios exemptos cum cenſuris, ſi audiant confeſſiones, vel prædicent, ſine licentia & approbatione illorum. 179.3.

Epiſcopi Examen, & approbatio præciſè requiritur ex diſpoſitione Tridentini, vt Regulares poſſint exercere curam animarum. 174.25.

Epiſcopi Iuriſdictioni, & correctioni ſubſunt Regulares exercentes curam animarum, in his quæ ad ipſam pertinent, non obſtante Conſtitutione Pij V. 174.23.

Epiſcopi poſſunt procedere contra quaſcumque perſonas exemptas, etiam Regulares, ſecluſis priuilegiis exemptiuis. 51.6.

Epiſcopi poſſunt punire Regulares, audientes confeſſiones, vel concionantes ſine ipſius licentia, etiam cum cenſuris Eccleſiaſticis. 183. 34.

Epiſcopi habent facultatem in vim Tridentini, interdicendi Regularibus, & aliis exemptis, ne prædicent verbum Dei, ſine illorum approbatione. 183.35.

Epiſcopi poſſunt procedere cum cenſuris, & aliis pœnis in vim Conſtitutionis Gregorij. XV. contra Regulares, & alios exemptos, concionantes, & audientes confeſſiones ſine illorum approbatione. 36.

Epiſcopi poſſunt punire Regulares, & alios exēptos in vim conſtitutionis Gregorij. XV. ſi audierint confeſſiones, vel concionauerint ſine illorum approbatione, quoties & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem. 183. 37.& 38.

Epiſcopi electi, & confirmati, nondum tamen conſecrati, puſſunt exercere omnia, quæ ad Iuriſdictionem pertinent, non vero ea, quæ ſunt ordinis. 202.20.

Epiſcopi poſſunt viſitare adminiſtratores locorum piorum, & ab eis rationem exigere. 66.55.

Epiſcopi poſſunt punire Regulares, & alios exemptos pœnis & cenſuris, ſi contraueniant decretis Concilij Tridentini. 115.58.

Epiſcopi tenentur viſitare ſuas diœceſes, vt Iubeant quidquid ad morum correctionem, & augmentum cultus diuini iudicent neceſſarium. 119.6.

Epiſcoporum Iuriſdictioni, & punitioni ſunt Regulares ſubiecti in pluribus caſibus. 53. 17.& 54.19.

Epiſcoporum proprium, & præcipuum munus eſt, prædicationis miniſterium 106.12.

Epiſcoporum viſitatores iubent in actu viſitationis, vt omnes exhibeant titulos ordinum, vt exinde conſtet, an legitime vel non miniſtrent. 118.5.

Epiſcoporum exemptio, à Regularibus obtenta, poteſt eſſe ratione loci, perſonæ, contractus, & delicti, intra clauſtra commiſſi. 146.54.

Epiſcoporum approbatio requiritur, vt Regulares poſſint concionare, vel audire confeſſiones, & ſi aliter fecerint, poſſunt ab illis puniri, etiam cum cenſuris. 180.13.

Epiſcoporum dignitati plurimum deferendum eſt. 200.18.

Epiſcopo incumbenti viſitationi, & corrèctioni exemptorum, in caſibus in quibus contra eos procedere poteſt, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, ſi id per conſeruatores impediatur, poterit contra illos procedere. 43. 11.

Epiſcopo viſitāti loca exempta, in caſibus ei permiſſis, ſi fores claudantur, vel aliqua reſiſtentia fiat, licebit illi, vim inferre, fores frangendo, & excommunicare reſiſtentes, non adhibitis monitionibus. 43.11.& 12.

Epiſcopo minor, cauſas criminales agere non poteſt. 55.30.

Epiſcopo ſunt ſubiecti Regulares, & alij exempti, vt ſine eius approbatione non poſſint audire confeſſiones. 110.30.

Epiſcopo quando competit Iuriſdictio, non iure ſpeciali ei attributo, ſed generali, omnibus Epiſcopis, tamquam annexo dignitati Epiſcopali, quamuis ſit vigore delegationis, vtitur iuriſdictione ordinaria, & ideo ſuccedit in ea Capitulum Sede Vacante. 114. 54.& 55.

Epiſcopo ſunt ſubiecti Regulares in omnibus decretis Tridentini, in quibus eos ſubiicit, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis. 115. 59.

Epiſcopo dicuntur ſubiecti de iure communi omnes commorantes in diœceſi, donec non conſtet de priuilegio exemptiuo. 134.5.

Epiſcopo ſubiiciuntur exempti in omnibus illis, quæ ad ordinem Epiſcopalem pertinent, ſi aliàs, non habeant priuilegium exemptiuum. 153.15.

Epiſcopo ſi committatur aliqua cauſa, in qua in vim iuris poterat exercere iuriſdictionem, tūc dicemus procedere tamquam Ordinarium, dummodo delegatio fiat ſimpliciter in commiſſione. 163.28

Epiſcopo ſi fiat delegatio à Pontifice, in cauſa, quam expedire poterat aucthoritate ordinaria, ſi in commiſſione adſit clauſula, *Auctoritate, vel tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus*, tunc ſuperior delegans videtur mutare ordinariam, in delegatam. 163. 30.

Epiſcopo ſuccedit Capitulum Sede Vacante in iuriſdictione, quæ in perpetuum eſt delegata dignitati Epiſcopali. 164.33.

Epiſcoopis ſunt ſubiecti Regulares in pluribus caſibus, licet aliàs ſint exempti ab eorum iuriſdictione. 43.8.

Epiſcopis ſubſunt Religioſi aliquando ratione delicti, vel contractus. 80.1.

Epiſcopis ſunt ſubiecti Regulares in cauſis Miſerabilium. 80.2.

Epiſcopis, & Eccleſiis de iure debentur decimæ. 88.15.

Epiſcopis ſubiiciuntur Regulares in his, in quibus non ſunt exempti, & pœnæ contra tranſgreſſores præceptorum ſuorū impoſitæ comprehendunt illos, ſicut & cæteros, nam in his æquales ſunt. 105.3.& 4.

Epiſcopis ſubiiciuntur Regulares, & alij exempti, vt non poſſint audire confeſſiones, ſi ab illis idonei non fuerint iudicati, non obſtante Clement. dudum, de ſepulturis. 105.6.

Epiſcopis competit, tamquam Ordinariis, concedere, vel denegare approbationem prædicandi verbum Dei. 107.18.& 112.42.

Epiſcopis non ſuccedit Capitulum Sede Vacante in his, quæ eis pertinent iure delegato. 163. 22. quod intellige vt 27.& ſequen.

Epiſcopis ſubiiciuntur Regulares, quoad approbationem audiendi confeſſiones, & concionandi verbum Dei 179.6.

Epiſcopis non limitat Concilium Tridentinum modum procedendi contra Regulares, in caſibus in quibus ipſos illis ſubiicit, & ideo ſi inobedientes fuerint, procedere poterunt omnibus modis, iuxta terminos iuris. 181.23.

Epiſcopis non præſcribit formam Concilium Tridentinum, vt concedant approbationem ad concionandum, vel audiendas confeſſiones, & ideo illam poterunt præſtare verbo, vel ſcripto, pro vt ipſis libuerit. 185.3.

Epiſcopum, ſi clericus iniuriis afficiat, deponendus eſt. 122.4.

Epiſcopum reuocare non poſſe licentias audiendi confeſſiones, iuſta non exiſtente cauſa, plures defendunt. 162.16.& ſequen.

Epiſcopum poſſe ſuſpendere Regulares, ſemel approbatos pro audiendis confeſſionibus, ſine noua cauſa plures defendunt. 163. 20. & ſequen.

Epiſcopum ſi aliquem pronunciet Papa ore tenus, illco eſt Epiſcopus, licet vt talis recipi non debeat, niſi litteris expeditis. 188.16.

Epiſcopalis dignitas, vt ordinaria, & ex officio generaliter conſiderata inſtituta eſt à Chriſto Domino, ſecus tamen eſt, ſi conſideretur in particulari. 122.1.

Epiſcopalis Ordinis quæ propria ſunt, nec conſuetudine, nec præſcriptione acquiri poſſunt. 153. 14.

Epiſcopalis Sedes numquam moritur, & ita quod ab illa conceditur, ſemper durat, donec ab ipſamet, vel à ſucceſſore reuocetur. 156.15.

Epiſcopali Iuriſdictioni delegatio ſi fiat in perpetuum dignitati Epiſcopali, taliter committitur, vt deinceps ex officio Epiſcopis competat, vt ordinariis, non vt delegatis. 114. 53.

Epiſcopalis ordo nullus maior reperiri poteſt. 122.3.

Euchariſtiam, extremam vnctionem, & alia ſacramenta poſſunt miniſtrare Minores, illis quorum confeſſiones audierint, ſi Parochi ſine legitima cauſa diſtulerint illa conferre. 148.3. quod extende ad communicantes cum illis 6. ſed limita vt. 14.

Euchariſtiam in die Paſchatis, & alia ſacramenta poſſunt miniſtrare Regulares, ſi ad hoc habeant perticulare priuilegium. 148. 3. quod intellige vt 7.

Examen & approbatio Epiſcopi, in cuius diœceſi reperitur Regularis, præciſſe requiritur, vt poſſit concionare, vel audire confeſſiones. 92. & ſeq.

Examinandus ſi ſit Religioſus pro audiendis cõfeſſionibus, quoad illum actum eſt ſubditus Epiſcopi, etiamſi ſit Doctor, aut Magiſter 99.33.

Examinare approbandos ad concionandum, & confeſſiones audiendas, eſt odioſum, & Epiſcopis pertinet rationes Iuriſdictionis delegatæ quoad Regulares. 163.22. quod intelege vt 26. & ſequen.

Exceptio firmat regulam in contrarium. 51.7. & 54.19

Exceptio declinatoria Iuriſdictionis ſi opponatur Iudici, ipſe cognoſcit de illa; quod extende etiam ad delegatum, vt ſi opponatur de falſitate reſcripti, ipſe cognoſcet, ſumendo informationem. 70.16. & 17

Exceptio, repellit eundem, quem de iure tenet actio. 61.26

Exceptio dubia non releuat, vbicumque conſtat de intentione actoris. 61.27

Exceptus caſus firmat regulam in contrarium. 129.14

Excommunicare poteſt Abbas Monachos, reſpectu tantum fori pœnitentialis, non autem contentioſi. 56.34.

Excommunicari an poſſint Regulares concionantes, vel audientes confeſſiones ſine approbatione Epiſcopi, anceps eſt quæſtio, & reſoluitur affirmatiue. 105.8

Excommunicari non poteſt in ſimul totum vnum Monaſterium, ſeu Collegium Regularium. 155.3

Excommunicari, & aliis cenſuris affici poſſunt Regulares ab Epiſcopis, ſi inobedientes fuerint in his, in quibus illis ſubiiciuntur, præcipuè in audiendis confeſſionibus, & prædicando verbum Dei ſine ipſorum approbatione. 179. ſed alij contra ſentiunt. 25

Excommunicari poteſt à Conſeruatore Iudex ordinarius, ſi illum turbet, & impediat exercicium ſuæ Iuriſdictionis. 199.6. & ſequen.

Excommunicari non poſſunt Epiſcopi, quin prius interdicatur eis ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſio ab officio. 201. quod extende etiam ad electos, & confirmatos, non vero conſecratos.

Excommunicatus decedens ante abſolutionem, ſi moriens oſtendit ſigna contritionis, abſoluitur poſt mortem, & gaudet Eccleſiaſtica ſepultura. 253.48

Executio teſtamenti facta à Religioſo, nominato executore eſt nulla, & inualida, ſi eam exequatur ſine ſuperioris licentia 81.16. quamuis alij contra ſentiant.

Executoris teſtamentarij munere non poteſt fungi Religioſus, ſine ſuperioris licentia. 81.15

Exemptio Regularium, & aliorum eſt fauorabilis Sedi Apoſtolicæ, cum ei interſit, multos habere, immediate ſubiectos. 182.32.

Exemptio ſi ſit conceſſa Eccleſiæ, non comprehendit curam animarum, & ſacramentorum adminiſtrationem, niſi aliud exprimatur. 67.59

Exemptio ſi ſit notoria, non eſt opus exhibitione priuilegij, ſecus autem ſi non ſit notoria. 61.18. & ſequen.

Exemptio conceſſa Regularibus in iure à iuriſdictione Ordinariorũ, fuit facta à Gregorio IX. & poſtea moderata in ipſo Iure, per Bonifaciũ VIII. 66.52

Exemptio præſupponit ſubiectionem antecedentem. 118.1

Exemptio cõceſſa ab Epiſcopo an liberet exemtum ab obſequio reuerentiali, debito Epiſcopo, & an à pari procedat ſi ſit à Papa. 124.14. & 15.

Exemptio eſt ſtricti iuris. 134.6

Exemptio ſi ſit alicui conceſſa à Summo Pontifice, ſimul conceditur facultas nominandi cõſeruatorem in ſua Prouincia, & ideo ſi exemptus fuerit citatus ab alio Iudice, non tenetur comparere, & ad eum effectum vti poterit protectione Regia. 195.20

Exemptiones, & omnia priuilegia conceſſa Regularibus ceſſant quoad diſpoſita in Concilio Tridentino, reſpectu ipſorum Regularium. 158. per. tot.

Exemptionis priuilegium non tenetur pars exhibere, ſi illud ſit Iudici notorium. 62.21. & 63.92

Exemptionis quaſi poſſeſſio non acquiritur ex eo ſolo, quod non appareat, Epiſcopum exercuiſſe iuriſdictionem niſi probetur, quod venerit caſus exercendi, & fuerit repulſus, repulſionique acquieuerit, vel aliàs ſe pro ſpoliato habuerit. 67.60

Exemptionem prætendens à Iuriſdictione ratione priuilegij, tenetur illud exhibere, etiamſi in tali poſſeſſione reperiatur, præcipue ſi vni parti aſſiſtat ius, aliæ verò reſiſtat. 64.36

Exemptus iniurians Epiſcopum, verbis, vel ſcripto, qua pœna puniendus ſit. 125.36

Exemptus ſi delinquat publice extra clauſtra, quid efficere debeat Ordinarius, vt puniatur. 126.29

Exemptus citatus extra Prouinciam, vbi degit ſuus conſeruator, non tenetur reſpondere. 195.20.

Exempti ſi non renunciauerint Ordinario loci infra duos menſes nominationem conſeruatoris per ipſos factam, poterunt conueniri coram Ordinario. 20.5

Exempti ſunt Regulares à Iuriſdictione Ordinariorum. 41.2

Exempti non poſſunt recurrere ad conſeruatores, quando Epiſcopus eis præcipit, vt obſeruent aliqua Tridentini decreta. 51.1. & 4

Exempti non poſſunt aſſignare conſeruatores, quando Epiſcopus illis aliquid pręcipit, in quo ei ſubſunt in vim Tridentini, vel Conſtitutionum Apoſtolicarum, aut aliàs ex Iuris diſpoſitione. 51.4. & 6.

Exempti etiam Prelati, poſſunt ſe ſubiicere Epiſcopo diœceſano in aliquo caſu, ſibi ipſis vtili. 52.8.

Exempti ſunt Regulares à Iuriſdictione Epiſcoporum in cauſis, quæ intra regulam ſunt. 52.10. & 56.34. cum ſequen.

Exempti Monachi ſi delinquunt extra locum exemptum, poſſunt ab Ordinariis puniri, non obſtante exemptione. 55.24

Exempti non ſunt de iure Regulares à Iuriſdictione Epiſcoporum, licet aliàs eximantur ex priuilegiis, in Iure regiſtratis. 53.17. & ſequen.

Exempti, ſi aſſerant habere priuilegia exemptiua à Iuriſdictione Ordinariorum, tenentur illa integraliter exhibere. 58.2. & 66.56

Exempti cogi poſſunt ab Epiſcopo, vt exhibeant ſua priuilegia, congruo aſſignato termino, quoties ſe eximunt, & ipſe illos requirit. 62.23

Exempti poſſunt recurrere ad Conſeruatorem, ſi verba priuilegij exemptiui ſint clara, & Ordinarius velit procedere illo non obſtante; ſecus tamen ſi verba ſint obſcura, & ambigua. 71.19

Exempti licet ſint Confeſſarij ex aliquo priuilegio, non ex eo ſunt exemptę oues Epiſcopi, in cuius diœceſi voluerint audire confeſſiones, & ideo tenentur petere approbationem. 119.110. & 11

Exempti, præcipue Regulares, tenentur præſtare Epiſcopis maximam reuerentiam, & venerationem. 123.13. & 124.19

Exempti non tenentur ad obſequium reuerentiale, debitum Epiſcopis ex vi ſubiectionis; bene tamen ratione dignitatis, quod non tollitur per quamcumque exemptionem. 123.13. & ſequen.

Exempti cogi poſſunt ab Epiſcopo, vt infra ſtatutum legitimum tempus oſtendant titulum ſuæ exemptionis. 134.4

Exempti tenentur poſtulare Epiſcopo ea omnia, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis. 152.13. & 14

Exempti ſubiiciũtur Epiſcopis in omnibus illis, quæ ad ordinem Epiſcopalem pertinent, ſi aliàs ad id non habeant priuilegium ſpeciale exemptiuum. 153.15

Exempti omnes, etiam Regulares, ſubſunt ordinariis ratione beneficij, vel Parochialis Eccleſiæ. 176.29

Exempti quando carent conſeruatore poſſunt conueniri coram Ordinario. 194.13. & 19

Exempti ſunt Regulares à legibus diœceſanis. 182.30

Exempti ſi non habeant Iudicem in Regno, vel Prouincia, poſſunt conueniri coram Iudicibus Regiis, ne deficiat Iuſtitiæ adminiſtratio, contra bonum commune, & populi detrimentum. 193.8

Exempti poſſunt nominare conſeruatorem in Prouincia vbi degunt, dummodo ſit iuxta cõſtitutionem Gregorij XV. 196.21

Exempti ſi non habent Iudicem certum, coram ordinario conueniri debent. 196.22

Exempti ſi non habent Iudicem conſeruatorẽ, poterunt recurrere ad Ordinarium, vt eos tueatur. 196.23. & 25

Exemptorum conſeruatoriæ antiquæ, licet tunc diuerſis interpretationibus practicatæ fuerint, hodie tamen regulari debent iuxta vltimam diſpoſitionem Gregorij XV. 197.28

Exemptorum cauſas defendere debent conſeruatores, pro manifeſtis iniuriis & violentiis, quod non videtur ſublatum per Conſtitutionem Gregorij XV. dummodo obſeruent formam præſcriptam in Conſtitutione Innocentij IV. & Bonifacij VIII. 198.3. & 6

Exemptorum cauſas ſi non poſſint tractari propter defectum Iudicis, coram quo conueniri poſſint, quid agendum ſit. 196.24

Exemptum aliquem eſſe non creditur, donec illud probet. 134.5



Exemptiua priuilegij valde detrahunt de Iuriſdictione ordinaria. 87.11

Exemptiua priuilegia à iuriſdictione ordinariorum, regulariter ſunt contra ius, vel præter ius. 62.24

Exemptiua priuilegia Regularium non poſſunt interpretari Iudicialiter Abbates, & Prælati Regulares, bene tamen doctrinaliter, & magiſtraliter. 72.24

Exemptiua priuilegia, quibus Regulares gaudent, ſi notoria ſint, an coram Epiſcopo teneantur exhibere. 134.7

Exercitium negociationis, & mercaturæ, plenum eſt periculis periurij, fraudum, & iniuſtitiæ. 142.6

Exhibitio priuilegij integraliter facienda eſt, vt probet, nec ſufficit quædam illius particula. 59.3. & ſequen.

Exhibitio litterarum neceſſaria eſt, vt Nunciis, vel Præpoſitis Principis credatur. 59.4

Exhibitio delegationis requiritur, vt fides adhibeatur delegato, & ideo ante exhibitionem, pars ab eo citata, non ſit contumax. 59.7

Exhibitio priuilegij exemptiui requiritur, vt aliquid operetur contra iuriſdictionem ordinariam. 61.17

Exhibitio priuilegij, vt fidem faciat, non eſt neceſſaria, quãdo illud eſt notorium notorietatẽ Iuris, vel facti permanentis, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, ſecus de aliis. 66.48

Exhibitione priuilegij non eſt opus, quando in corpore iuris illud eſt clauſum, vel per ſe notum notorietate iuris. 65.41

Exhibere tenentur Regulares, & alij exempti priuilegia exemptiua, quæ aſſerunt habere contra Iuriſdictionem ordinariam. 59.2. & 66.56

Exhibere an teneantur Regulares coram Epiſcopo priuilegia exemptiua, ſi notoria ſint, anceps eſt quæſtio. 134.7

Exhibere tenentur conſeruatores Ordinatio, contra quem intendunt procedere, authenticum documentum ſuæ electionis ſub pœna nullitatis. 131.3

Exhibere tenentur Regulares Ordinariis priuilegia exemptiua, vt proficere poſſint. 69.1

Exhibere non tenentur Iudices Ordinarij titulum Iuriſdictionis, in cuius vim ea vtuntur. 135.9

Exiens è carcere ſub iuramento redeundi ad eum, ſi ad Eccleſiam confugiat, gaudet eius immunitate. 254.57

Expreſſum dicitur, quod virtualiter ineſt ex natura rei. 181.18

Extranei non poſſunt admitti in Oratoriis priuatis Prædiorum Ruſticorum pro audiendis Miſſis, cum tantum illa deſtinentur ad vſum Religioſorum, & Colonorum, ſeu familiæ. 139.24. & 25

Extenſio de caſu ad caſum fieri non debet circa diſpoſita in Bulla Gregorij XIV. quoad immunitatem Eccleſiæ. 256.79

Extenſio de perſona ad locum non datur. 139.22

Extenſio de caſu ad caſum fieri non debet ad effectum

effectum, vt delinquens gaudeat, vel non immunitate Eccleſiæ. 251.30

Extractus è manibus Curiæ, etiamſi ſit violenter, ex territorio vnius Principis, ſi ſe recipiat in territorium alterius, gaudet immunitate illius territorij, in quo ſe recipit, nec requiſitus tenetur Reum reſtituere. 254.58

Extenſio in odioſis fieri non debet. 182.29

Extremam vnctionem, Matrimonium, vel alia ſacramenta non poſſunt miniſtrare Regulares ſine expreſſa Parochi licentia, in cuius Parochia exercenda ſunt. 147.1.& 2

Extremam vnctionem, Matrimonia, & alia ſacramenta ſi miniſtrent Regulares ſine Parochi licentia, ipſo facto incurrunt in excõmunicationem, Sedi Apoſtolicæ reſeruatã. 148.2.

F

FAcultas defendendi exemptos à manifeſtis iniuriis per conſeruatores, non fuit ſublata per nouã conſtitutionẽ Gregorij XV. dummodo obſeruent omnia in ea contẽpta. 77.5

Facultas prohibendi, ne aliquis prædicet verbũ Dei ſine approbatione Epiſcopi procedit ex iuriſdictione ordinaria. 112 41. & ſequen.

Facultas benedicendi paramenta Eccleſiaſtica, conceſſa aliquibus ſuperioribus Regularibus, locum tantum habet pro vſu fratrum Monachorum. 151.3.& 4

Facultas data ad beneplacitum concedentis reuocabilis eſt toties quoties libuerit beneplacenti. 156.14

Facultas defendendi exemptos, quam habent cõſeruatores in manifeſtis iniuriis, & violentiis, non fuit ſublata per nouam conſtitutionem Gregori j XV. dummodo obſeruent formam in ea præſcriptam. 198.1.& 2

Facultatem habent Epiſcopi tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, coërcendi, & puniendi Regulares, & alios exemptos, ſi prædicent ſine illorum licentia, vel ipſis contradicentibus. 109.27.& 113.46. cum ſequen.

Familiaribus fratrum minorum, & tertiariis, eis ſentientibus, poſſunt ex priuilegio ipſimet Minores miniſtrare omnia ſacramenta. 148. 4. quod extende ad communicantes cum illis, ſed limita vt n.14.& 15

Famuli, & actu ſeruientes Monaſteriis non poſſunt confiteri cum Regularibus, ibi exiſtentibus, qui non habent approbationem ab Ordinario. 97.29

Fauor Eccleſiæ conceſſus hominibus viuentibus conceditur etiam mortuis. 253.47

Fides non datur perſonæ, quantumuis excelſæ, de delegatione, vel commiſſione ſine litterarum exhibitione. 59.5

Fides non datur delegato, nec pro tali habetur, quouſquẽ exhibeat litteras delegationis, & ideo ante exhibitionem non ſit contumax pars, ab eo citata. 59.7

Fides vt adhibeatur priuilegio, præciſſe tenetur illud oſtẽdere ille, qui in eo ſe fũdat. 60.13.& 14

Fidem vt faciat ſcriptura integraliter exhibenda eſt, nam in initio, vel in fine corrigi, vel emendari poteſt. 129.46

Fideles omnes ſubiiciuntur Parocho in receptione ſacramentorum, præter ordinem. 148.3

Filius familias, & feminæ tenentur pręſtare cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo. 51.3

Finis Epiſcopalis adminiſtrationis eſt, populos commiſſos, doctrina, & exemplo ad Deum dirigere. 119.6

Forma, & materia eſſentialiter requiritur in omnibus Sacramentis, quod Pontifex ſupplere, vel diſpenſare non poteſt. 187.12.& 13

Forma, & materia moraliter vniri debent, vt Sacramentum conficiatur. 187.13

Forus Aragoniæ anni 1585. ſub tit. de Cancellario Competen. fol. 220. contraria praxi abrogatus exiſtit. 223.5.& 244.13

Fori priuilegio vt gaudeat Clericus, requiritur quod præter habitum, & tonſuram habeat aliquod Eccleſię ſeruitium, de mandato Epiſcopi. 230.10. quod intellige vt 11.& 237.5

Fori priuilegio gaudet Clericus in minoribus cõſtitutus; ſi realiter actu ſeruiat Eccleſiæ, deferendo habitum, & tonſuram. 229.2

Fori Aragonum valde fauent immunitati Eccleſiarum. 237.83

Fori priuilegio vt gaudeat Clericus attendi debet tempus delicti. 238.12

Fori priuilegio gaudet Clericus habens penſionem Eccleſiaſticam loco beneficij, quæ autem dicatur penſio loco beneficij, anceps eſt quæſtio. 231.3.& 4.& ſequent.

Forum continentiæ quoad rectam rationem, cohæret cum foro externo, licet in pluribus differant. 73.31

Forenſe Iudicium tria conſtituunt, videlicet Iudex, Auctor, & Reus. 73.32

Franciſcana, & Dominicana Religi ones obtinuerunt indulta Apoſtolica, vt in ſuis Conuentibus poſſent libere confeſſiones audire, ſed alij Pontifices illa moderauerunt; alij poſtea ampliauerunt. 94.12

Frangens carcerem ſi in Eccleſiam ſe conferat, gaudet eius immunitate, etiamſi id efficiat poſt ſententiam condemnatoriam ſimplicis latrocinij. 252.39

Fruſtra de nouo petitur confirmatio Superioris illius rei, quam quis iam habet. 13.8

Fuga illius, qui erat in triremibus, adimplẽs pœnam, non eſt illicita, vt ſe conferat in Eccleſiam, ad finem gaudendi illius immunitate. 252.42.& 253.51

Fungi poſſunt munere parochorum Regulares, ob deficientiam Clericorum ſæculariũ. 168.2

Furantes per vim in domibus priuatis, an dicantur latrones publici. 251.31

Furantes per vim pluries in domibus priuatis, dicuntur publici latrones, ibid.

Futuri temporis participium, appoſitum in ſtatuto, ſeu lege, vel alia diſpoſitione, eſt Canon ferendæ ſententiæ, non vero latæ. 53.14

G

GEneralis diſpoſitio legis, ſeu ſtatuti nõ poteſt impediri ſub prætextu alicuius priuilegij. 48.32

Generalis clauſula, *Non obſtantibus ſtatutis*, non comprehendit ſtatuta iurata. 33.3

Generalis priuilegiorum derogatio nõ comprehendit priuilegia, Vniuerſitati conceſſa. 67 57. quod limita vt 58.& ſequent.

Generales clauſulæ, non ſufficiunt, vt Conſeruatoriæ litteræ contra decreta Tridentini operare poſſint, ſed requiritur expreſſa, & ſpecifica derogatio. 46.27

Generalia verba reſcriptorum intelligenda ſunt ſecundum ius commune. 9.21

Generalem rationem ſi habeat lex, ſit generalis, etſi ſit ſpecialis. 114.51

Generaliter verbum prolatum, accipit interpretationem ex abiuncto. 9.16

Generaliter iniuria irrogatur, quando aliquid non iure fit. 49.34

Gratia Papæ non poteſt probari niſi per litteras. 59.8

Gratia Principis ſi ſit contra ius, non ſe extendit ad ea, quæ ex conſequutiuis neceſſariis non reſultant. 17.30

Gratia ſeu Priuilegium ſolum iis conceſſum videtur, qui expreſſe in conceſſione nominantur, vel ad ſummum, perſonis habentibus connexionem cum illis. 113. 49. quod intellige vt 62.& 63.

Gratia reſtricta ad certas perſonas, vel locum nõ poteſt ad alias, vel alium extendi. 114.50

Gratiæ, ſeu priuilegia, aut indulta poſſunt concedi verbo tantum, ſine ſcripto. 187.6.& 9

Gratia dicitur informis ante expeditionem litterarum, ad effectum probationis, & pro ipſius canonicatione. 188.14

Gratia, ſeu priuilegium non expirat per mortem concedentis, etiamſi litteræ non ſint expeditæ. ibid. 15

Granum, vel frumentum, & alios fructus, ex bonis patrimonialibus prouenientes, poſſunt vendere Clerici. 144.20

Grangiæ Regularium differunt à Monaſteriis, & Collegiis, & in Hiſpania dicuntur prædia ruſtica. 136.3

Grangiæ, & aliæ domus ruſticæ Regularium, abſolutè loquendo, non gaudent immunitate Eccleſiarum, vt delinquentes, ex illis extrahi non poſſint. 137.12.& 19

Grangiæ, ſeu prædia ruſtica Regularium ſunt partes, & bona Monaſteriorum, vel Collegiorum, quibus ſubſunt. 136.5

Grangiæ Regularium non ſunt ſubiectæ viſitationi Epiſcoporum, nec ex eis debetur procuratio. 138.20

Gregorius XV. & Vrbanus VIII. decreuerunt, non poſſe Regulares concionare, etiam in propriis Eccleſiis, contradicente Epiſcopo. 108.23.& ſequent.

Gregorius XIII. conceſſit Societati IESV, vt gaudere poſſet in ampliſſima forma, priuilegio conſeruatorum, quod poſtea fuit reſtrictum per Bullam Gregorij XV. 132.6.& 20

Gregorius XIII.& Pius V. conceſſerunt Societati IESV, facultatem eligendi Conſeruatores, dummodo dignitate Eccleſiaſtica pollerent. 189.1.& ſequent.

Gregorius XV. ſtatuit per ſuam Conſtitutionem, Conſeruatores eligi non poſſe, qui Synodales non eſſent, & etiam dignitate Eccleſiaſtica non gauderent. 190.3.& 193.9. cum ſeq.

Gregorius XV. limitauit conſeruatorias antiquas per ſpecialem ſuam Conſtitutionem. 196.26

Gregorius XV. licet moderauit antiquas Conſeruatorias, non tamen abſtulit, quod exempti vti poſſint Conſeruatoribus, dummodo obſeruent formam præſcriptam in Conſtitutione Innoc. IV.& Bonifacij VIII. 198. 3.& 6.

Gregorius XV. ſtatuit, vt Conſeruatores debeant eſſe Synodales Iudices, in Synodo deputati. 193.9

Gregorij XIII. indultum, conceſſum Societati IESV quoad vſum Conſeruatorum, partim eſt reuocatum per aliud Gregorij XV. 194.11

Gregorius XV. per Bullam ſpecialem decreuit, quod omnes Regulares ſint ſubiecti Ordinariis quoad adminiſtrationem Sacramentorum, & exercitium Parochorum, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis. 152. 19. & 20

Gregorij XIII. indultum, conceſſum Societati IESV, & alia quæcumque circa Conſeruatores, reducenda ſunt ad terminos Conſtitutionis Gregorij XV. & iuxta eam regulanda, & obſeruanda. 194.17.& 18

Gregorij XIII. Conſtitutio conceſſa Societati IESV diſponebat, vt Societas eligere poſſet in Conſeruatores perſonas, in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutas. 199.11

Guardiani, aut Priores Conuentuales Mendicantium, poſſe fungi munere Conſeruatorum plures tuentur, p.1. clauſ.1. n.3. ſed contraria opinio eſt verior, & tenenda, ibidem. 196.27

Guardiani, & Priores Mendicantium ſunt in dignitate conſtituti, & vt talibus poſſunt cauſæ committi. 7.4.& 5

Guardiani, vel Priores, quilibet alij dignitate regulari fulgentes, non poſſunt eſſe Iudices Conſeruatores, nam tales debent dignitate æculari inſigniri. 15.6

Gubernari Parochiales Eccleſias, & curata per Clericos ſæculares magis expediens eſt, quàm per Regulares. 172.17

H

HAbens aliquod intereſſe non poteſt eſſe teſtis, ſeu Iudex in cauſa, etiamſi illud ſit remotum, ſecundarium, vel in conſequentiam. 8.7

Habilitationem pœnæ quam incurrunt Regulares, ſi non ſeruauerint formam Conſtitutionis Gregorij XV. circa Conſeruatores ſolus Papa concedere poteſt. 11.3.& 5

Hæreditas iacens gerit vices futuri hæredis, & repræſentat defunctum. 165.37

Hieroſolymitana Religio obtinuit à Greg. XV. confirmationem ſuorum priuilegiorum. 12.5

Hieroſolymitana Religio habet priuilegium nominandi Conſeruatores ex Conceſſione Pij V. Gregorij XV. & Vrbani VIII. 12.6.& 7

Hominibus viuentibus ſi concedatur fauor Eccleſiæ, etiam conceſſus videtur mortuis. 251.31

Honeſtiſſimum, & cõſultiſſimum eſt, ſubditos, & maximè Regulares, ſe promptos, & faciles exhibere intentioni Prælatorum, 156.11

Honor maximus reputatur, vt aliquis ſit iudex, & cauſas expediat. 69.4

Honorandi ſunt maiores à minoribus, à quibus obſequium præſtandum eſt. 99.34

Hoſpitia Regularium non comprehenduntur ſub nomine Collegiorum, ſeu Monaſteriorum. 136.2.& 138.17

Hoſpitia Regularium ſi conſtruenda ſint; non poteſt cogi vicinus ad vendendam domum, ſeu fundum pro ampliatione, reparatione, vel ædificatione illorum. 147.11

Hoſpitia Regularium non gaudent priuilegio, vt delinquentes confugientes ad illa, extrahi non poſſint. 137.13. & 14. quod intellige vt 19.& 20

Humana natura ſẽper ſe inclinat ad peccatũ, &

eſt vltra naturam non peccare. 93.9

## I

ILlatio ex diuerſo fieri non debet. 15.9
Immobilia poſſidens non tenetur præſtare cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluere, dummodo ſint ſufficientia ad litis æſtimationem. 84.6.& 7
Immunitas Eccleſiæ ac habeat locum, vel non, ſi dubitetur, pro ea iudicandum eſt. 233.26. & 256.80
Immunitas Eccleſiæ ampliari debet, & non poteſt tolli, niſi in caſibus in iure expreſſis. 251.34.& 77
Immunitas Eccleſiæ habet reſpectum ad ſe ipſam, & ad ſe recipientem in ea. 253.44
Immunitas non ſolum conſideratur reſpectu delinquentis, vel perſonæ confugientis ad Eccleſiam, ſed etiam reſpectu ipſius loci ſacri. 255.69
Immunitas Eccleſiæ tanquam fauorabilis extendi debet. 256.77
Immunitatis Eccleſiæ priuilegium principaliter tendit in eius honorem, & conceditur ratione loci. 256.74
Immunitatis in materia ſtandum eſt opinioni Doctoris, de illa ex profeſſo agentis. 255.61
Immunitate gaudet interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi ad eam confugiat. 256.73
Immunitate Eccleſiæ gaudet Reus cõfugiens ad eam, etiamſi renunciet, & nolit vti illa. 234.7
Immunitate non gaudet confugiens ad Eccleſiam, ſi voluntariè, & ſine illius iniuria vult ſe tradere curiæ ſæculari. 235.8
Immnnitati ſi renuntiet Reus confugiens ad Eccleſiam, & violenter cum manu armata ab ipſa extrahatur per Miniſtros ſæculares, gaudebit illa, non obſtante renunciatione. 235.9
Immunitate, vt non gaudeat delinquens, non debet fieri extenſio de caſu ad caſum. 251.30
Immunitate gaudet Reus, qui ad carcerem, vel ad ſupplicium defertur, ſi liber ex manibus Miniſtrorum in Eccleſiam ſe conferat, vel ab aliis ſit ductus. 253.45.& ſequent.
Immunitate non gaudet Reus, ductus ad carcerem, vel ſupplicium per ſatellites ſi liber ex eis non ingrediatur Eccleſiam, ſed in eorum poſſe. 253.46.& 50
Immunitate gaudet, qui ſe eximit è manibus ſatellitum, & ad Eccleſiam liber confugit, etiãſi id violenter efficiat. 254.52
Immunitate Eccleſiæ non debet quis priuari, niſi in caſibus in iure expreſſis. 256.78
Immunitate an gaudere debeat Reus, vel non; probari poteſt per ſummariam ſimplicem, & extraiudicialem informationem pro conſcientia ipſius Iudicis. 244.14
Immunitate vt latro priuari poſſit, conſtare debet, eſſe verè latronem publicum, & non ſufficit præſumptiuè. 251.29
Immunitate Eccleſiæ gaudent Iudæi, & infideles, ſi ad eam confugiant. 256.72.& 73
Immunitate gaudet cadauer Iuſtitiati, ſi de furca ſit ereptum, & in Eccleſiam aſportatum. 252.40.& ſequent.
Impediti, in perceptione decimarum, ſi fuerint exẽpti poſſunt recurrere ad Cõſeruatoré. 87.7
Impedito non currit temp s. 248.5
Impulſiua cauſa, propter quam Pontifices conceſſerunt priuilegia exemptiua Regularibus, fuit propter Ordinarios, ne eos vexarent. 182.31
Indecorum videtur reprobare illum, quem aliquis approbauit ad idem miniſterium. 162.18.& 95.& 18
Indicare tenentur Ordinario exempti intra menſem, à die electionis, nomen Conſeruatoris electi. 131.2.& 12
Indicia ſola an ſint ſufficientia, vt delictum qualificari poſſit pro exceptuatis in Bulla Gregoriana, ne Reus gaudeat immunitate. 243.3
Indicia vehementia ad probationem delicti reputantur confeſſio vulnerati, fuga delinquentis; proxima delicto, & fama. ibid.8.& 9
Indicia denotantia aliquod delictum poſſunt elidi ex aliis fortioribus. 241.8
Indignum videtur, licentias ab Epiſcopo datas pro audiendis Confeſſionibus, ab ipſomet ſtatim ſine noua cauſa reuocari. 156.11
Indulta Apoſtolica obtinuerunt Religiones Dominicana, & Franciſcana, vt in ſuis Conuentibus poſſent audire liberè Confeſſiones fidelium, quæ quidem fuerunt moderata per alios Pontifices. 94.11.& 17
Indulta, quibus concedebatur Regularibus, vt in Indiis poſſent exercere officia Parochorum ſine approbatione Ordinariorum, fuerunt obtenta ante Trident. quod illa reuocauit, & ita obſeruari iuſſum fuit per diuerſas Regias ſchedulas. 168.5.& ſequ.
Indulta omnia, quæ Regulares habebant, etiam per modum communicationis, vt poſſent audire confeſſiones ſine approbatione Ordinariorum, fuerunt generaliter ſublata per Vrbanum VIII. 168.4
Indulgentiæ, & aliæ gratiæ poſſunt concedi verbo tantum, ſine ſcripto. 187.6.& 9
Inferior Iudex poteſt cognoſcere, & interpretari leges, ſeu priuilegia dubia per rationem aliquam naturalem, & veriſimilem. 71.18.& 26
Inimicitia arguitur ex contrarietate animi aduerſus illum, quem abhorreo. 240.6
Iniuria generaliter irrogatur, quando aliquid non iure fit. 49.34
Iniuria, & violentia non datur, quando ius permittit aliquid fieri. 42.4. & 49.33
Iniuria, ſeu violentia non conſideratur, ſi Iudex procedat provt de iure. 93.32.& 35
Iniuria quæ irrogatur Epiſcopis, Chriſto irrogari dicitur. 123.6.& 7
Iniuria verbalis contra Clericos, & Religioſos non facit incurrere in pœnam Cap. ſi quis ſuadente, & puniri ſolet à Iudice ſęculari. 89.19
Iniuria dupliciter in iure conſideratur; primò pro omni eo quod non iure fit; ſecundò pro contumelia, & conuicio verbali. 86.3.& ſeq.
Iniuria infertur tribus modis, ſcilicet re, verbo, vel ſcriptis, & dicitur atrox delictum. 125.22.& ſequent.
Iniuriam notoriam, & manifeſtam violentiam præcisè requiritur præcedere, vt Conſeruator Iudex procedere poſſit. 27.19
Iniuriam non facit, qui vtitur iure ſuo. 87.8
Iniuriam non facit tibi, ex eo quod meæ indemnitati conſulam. 87.10
Iniurians verbo, vel ſcripto, de iure ciuili fit inteſtabilis. 87.4
Iniurians Epiſcopum verbo, vel ſcripto, etiãſi ſit exemptus, qua pœna puniendus ſit. 125.26
Iniurioſa verba, ſeu ſcripta, vel libellos proferre eſt valde damnabile, reprehenſionéque, ac punitione dignum. 122.4
Innocentes non ſunt puniendi ex eo, quod comunitas, vbi exiſtunt, delinquat. 155.3
Innouare aliquid, quod non eſt in vſu (etiamſi vtilitas aliqua expectetur) perturbat animos, præcipue ſi de cultu, & gloria Dei agatur. 110.30
Inſertio de verbo ab verbum priuilegij reuocati non eſt neceſſaria, ſed ſufficit, quod Papa declaret ſuam mentem per clauſulas derogatorias prægnantes. 33.7
Inſinuare, & renunciare tenentur Regulares priuilegia, quæ ſunt contra iuriſdictionem ordinariam. 134.1.& 8
Inſtãtia prima in cauſis exemptorum, an debeat actitari coram conſeruatore, vel coram Ordinario ad præſcriptum Tridentini, anceps eſt quæſtio. 200.14
Inſtrumentum nominationis iudicis conſeruatoris reponi non debet penes acta curiæ Ordinarij, loci, vbi commoratur. 130.1.& 132.12
Inſtrumentum nominationis iudicis conſeruatoris, tenentur exhibere Regulares penes acta curiæ Ordinarij loci. 20.2
Inſtrumenti, vel ſcripturæ productio, facta ab vna ex partibus litigantibus, operatur, vt cõtra ipſam probet. 234.4. Quod intellige vt 5
Inſtituta eſt à Chriſto Domino dignitas Epiſcopalis vt ordinaria, & ex officio generaliter conſiderata, licet aliter ſit, ſi ſpecialiter conſideretur. 122.1
Inſufficientia vnius, vel alterius non debet cõſiderari, vt onus commune omnibus imponatur. 156.10
Intellectus ad c.2. ſeſſ 5. Tridentini, quod videtur repugnare c.4. ſeſſ. 24. de reformat. 109.27 & ſeq.
Intellectus ad forum Aragoniæ, qui incipit *Por quanto*, de iudiciis, & ad forum vnicum tit. de ſuſpicione iudicum. 248.6.& ſeq.
Intentioni non debent inſeruire verba, ſed intẽtio verbis. 125.20
Intentionem fundatam habent Epiſcopi reſpectu Abbatis, ſeu Prioris quoàd puniendos iudicialiter Monachos Regulares, quando delinquunt extra regulam, non ſolum per viam accuſationis, ſed etiam, quando per viam inquiſitionis proceditur. 56.35
Integra ſcriptura exhibenda eſt, vt fidem faciat, nam in initio, vel in fine corrigi, vel emendari, aut moderari poteſt. 129.47
Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ gaudet eius immunitate ſi ad ipſam confugiat. 256.73
Interpretare poſſunt Regulares doctrinaliter ſua priuilegia dubia pro ſecuritate conſcientiæ ſubditorum ſuorum. 73.34
Interpretare poſſe Prelatos Regulares iudicialiter priuilegia dubia, aliqui defendunt, ſed non bene. 73.29.& 30
Iubileum communionis generalis, pro ſingulis Menſibus conceſſum Societati IESV, poteſt lucrari, & fieri communio in Capellis, vel Sacellis, aut Oratoriis Villarum, ſeu prædiorum ipſius Societatis. 134.8.& 140.31
Iudex facilius repellitur ad iudicandum propter ſuſpicionem, quàm teſtis ad teſtificandum. 8.8.
Iudex non poteſt fieri quis ſuæ propriæ rei. 25.8
Iudex delegatus ad cognoſcendum inter certas perſonas; dicitur deputatus ad generalitatem cauſarum. 27.24
Iudex Ordinarius, vt quis dici poſſit, neceſſario requiritur, vt habeat vniuerſalitatem cauſarum ſine reſtrictione. 27.26
Iudex Ordinarius maior eſt conſeruatore. ibidem 27
Iudex conſeruator ſi ad inſtantiam partis exceſſit limites ſuæ poteſtatis, ambo incurrunt in pœnam excommunicationis. 118.2
Iudex non poteſt eſſe habens aliquod intereſſe in cauſa, etiamſi ſit remotum, ſecundarium, & in conſequentiam. 7.6
Iudex delegatus non poteſt in cauſa procedere ſine exhibitione ſuæ delegationis. 44.n.13.
Iudex Ordinarius, ſimul & delegatus, ſi procedat in cauſa, quam iuriſdictionem exercere præſumatur dubium eſt. 45.23
Iudex Ordinarius, eſt iudex contra negantem ſuam iuriſdictionem. 61.20.& 22
Iudex Ordinarius non eſt inferior conſeruatore. 64.33
Iudex nullam violentiam, aut iniuriam facit, ſi procedat provt de iure. 63.32.& 35
Iudex an ſit competens, coram ipſo tractandum eſt. 70.12. quod intellige vt 13
Iudex Ordinarius cognoſcit, & pronunciat ſuper exceptionibus declinatoriis ſui fori, etiamſi ex tali pronunciatione aliquod leue intereſſe prætendat, veluti ſportulas aut ſignaturam. 70.13.& 14
Iudex poteſt cognoſcere de omni exceptione, quæ contra ſuam iuriſdictionem opponitur. ibid.15
Iudex cognoſcit de ſua iuriſdictione ſi opponatur exceptio declinatoria, quod extende ad delegatum, vt ſi opponatur, quod reſcriptum ſit falſum, ipſe cognoſcet de falſitate, ſumendo informationem, ibid.16.& 17
Iudex non poteſt cognocere de cauſa, quando in ea habet intereſſe proximum, & immediatum. 71.18.& 26
Iudex inferior poteſt cognoſcere, & interpretare leges, ſeu priuilegia dubia per rationem aliquam naturalem, & veriſimilem. 72.23.& 26
Iudex delegatus ſi ſemel exhibuit titulum ſuæ delegationis, non tenetur ad eundem effectum, de nouo illum exhibere. 131.9.& 12
Iudex Ordinarius habet iuriſdictionem, licet ei dicatur in lege, vel in Canone, vt procedat tãquam delegatus, & tunc non exercet delegatã, ſed ordinariam iuriſdictionem. 163.26
Iudex cauſarum ciuilium non habet cognitionẽ criminalium, licet ea vti poſſit, ſi incidenter in cauſa ciuili committatur inobedientia, vel cõtumacia, & hoc habet ratione dependentiæ neceſſariæ. 179.9.& 13
Iudex Ordinarius, de iure, eſt Epiſcopus. 70.11
Iudex in cauſa propria, tamquam ſuſpectus admitti non debet. 69.3
Iudex vt procedere poſſit, ante omnia certus debet eſſe de ſua iuriſdictione. 18.n.34.
Iudex in iudicando poteſt ſequi opinionem probabilem. 18.37

Iudex non certus de ſua iuriſdictione nulliter procedit nullitate inſanabili. 18.35

Iudex licet non ſequatur opinionem probabiliori ſi iudicet ex opinione probabili non facit cauſam ſuam. 18.38

Iudex contra exemptos ſi non adſit, qui poſſit eorum cauſas cognoſcere, poteſt ordinarius contra ipſos procedere, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus. 19 .10

Iudex ſi non adſit, coram quo conueniri poſſint Regulares propter ſuas exemptiones, quid faciendum ſit. 169.24

Iudex ordinarius poteſt excommunicari à conſeruatore, ſi eum impediat, vel turbet exercitium ſuæ iuriſdictionis, in caſibus in quibus eam exercere poteſt. 199.6.& ſequen

Iudex Eccleſiaſticus an teneatur ſtare proceſſui facto coram ſeculari. 225.12

Iudex qui habet facultatem iudicandi ſecũdum Deum, & bonã conſcientiam poteſt ſe informare, tam de facto quam de iure, verbo vel ſcripto, vt veritatem perquirat. 244.18

Iudices delegati ſi contendant, ad quem pertineat cognitio cauſæ, per Arbitros iuris declarandum eſt, ad quem pertinet cognitio. 25.6

Iudices incertos non permititir dari nec quos pars elegerit. 9.17

Iud ices Synobales ſi non reperiantur in loco, vbi conſeruator nominandus eſt, an ſine ea qualitate nominari poſſint. 193.5. & ſequen.

Iudices delegati, ſynodales, aut conſeruatores, non poſſunt eſſe, qui carent dignitate Eccleſiaſticæ. 18.33.

Iudices ſynodales poſſunt eſſe Canonici, ſeu Dignitates Eccleſiarum Cathedralium. 16.16

Iudices delegati, aut Synodales, vel conſeruatores eam tantum habent Iuriſdictionem, quæ ipſis attribuitur virtute commiſſionis. 19. 42

Iudices Synodales, & Conſeruatores poſſunt eſſe Canonici Eccleſiarum Cathedralium. 14. 3

Iudices *B*ynodales nominari debent cum certis qualitatibus, in Synodis Diœceſanis, vel Prouincialibus. 15.12

Iudices territorij non ſunt Conſeruatores, ſed perſonarum. 27.25.

Iudices deputati ad vniuerſitatem cauſarum dicuntur Ordinarij 25.11.& 14.

Iueices Delegati, excedentes formam commiſſionis, procedunt vt priuati, eſtque nullum quidquid effecerint. 26.15

Iudices qui male iudicant propter malitiam, vel ignorantiam, quibus pœnis puniendi ſunt. 94. 5

Iudices Ordinarij, quoad exercitium ſuæ Iuriſdictionis, non tenentur exhibere titulum, in cuius vim ea vtuntur. 132.9

Iudices Delegati ſummi Pontificis ſunt ſuperiores Ordinariis. 199.5

Iudices Conſeruatores ſunt delegati, & ſolum poſſunt procedere in manifeſtis iniuriis, & violentiis. 198. 4

Iudices quando procedunt contra Epiſcopos in cauſis, in quibus id efficere poſſunt tenentur ſeruare omnem modeſtiam, & reuerentm. 20.18.

Iudices in iudicio ferendo non vtuntur auctoritate priuatata ſed publica. 223.4

Iudices tenentur iudicare ſecundum id quod ſtatutis terminis ex proceſſu reſultat, quod falli in Cancellario Regni Aragonum. 223.4.

Iudicis ſententia manifeſtat delictum pro vt in accuſatione continetur, ſed non vltra. 250. 26.& 30.

Iudicis ſententia, attendi debet, non verò lex, quæ aliud iubet, in quo cenſetur facta abſolutio. 253.51

Iudicis ſub poteſtate exiſtit captus, & in carceribus detentus, non tamen, ſi ad Eccleſiam confugiat. 253.51

Iudicibus expectat iudicare, & ius ſuum vnicuique tribuere, ſecundum iuris regulas. 50.22

Iudici Delegato, atteſtanti de ſua delegatione, non eſt credendum, nec parendum, donec exhibeat litteras delegationis. 44.16

Iudice carere nemo debet, qui eum defendat, & Iuſtitiam miniſtret. 193.5

Iudici delegato debentur ſportulæ, non verò Ordinario.

Iudicem eſſe, maximus honor reputatur. 69. 4

Iudicem ſi non habeant exempti, in Regno, conueniri poſſunt apud Regios Iudices, ne contra bonum commune, & detrimentum populi deficiat Iuſtitiæ adminiſtratio. 193.8

Iudicem certum ſi non habeant exempti, coram Ordinario conueniri debent. 196.22

Iudicaturæ officium non poſſunt exercere Regulares. 9.20

Iudicaturæ exercitium ſecum fert maximum onus. 70.10

Iudicari non poſſunt Sacerdotes per Iudices alienos ſui Ordinis. 123.9

Iudicare tenetur Cancellarius competentiam in Aragonia ſecundum Deum, & bonam conſcientiam. 244.13

Iudiciali indagine non poſſunt vti Conſeruatores. 261.17

Iudicium forenſe conſtituitur ex tribus, videlicet ex Iudice, Actore, & Reo. 18.38

Iudiciorum ſtrepitum magis expediens eſt coram Epiſcopo exerceri, quàm coram Abbate. 55.31

Iurans ſoluere vſur as tenetur ad illarum ſolutionem, quamuis poſtea poſſit eas repetere. 63. 28.& 19.41

Iuriſdictio ad quem pertineat, ſi contendant Iudices, terminanda eſt cauſa per arbitros iuris, & ſuſpendenda donec declaretur, ad quem pertineat. 24.52

Iuriſdictio quando competit alicui ratione, vel contemplatione certæ qualitatis, tenetur Iudex illam prius verificare. 27.20

Iuriſdictio quando competit alicui ratione certæ qualitatis, tenetur Iudex certo ſcire, illam verificari ante exercitium. 18.32

Iuriſdictio eſt lapis angularis Iudicij. 18.35

Iuriſdictio delegata regulanda eſt ex adiunctis verbis delegantis. 44.17

Iuriſdictio non aufertur per reſcriptum, antequam præſentetur. 87.12

Iuriſdictio tanquam à fonte pendet à Rege, vel Principe Supremo, & ideo prætendens contrarium, tenetur cõcludenter id probare. 64.37

Iuriſdictio contra Regulares, an pertineat ad Epiſcopum, vel ad Prælatum Regularem, ſi dubium verſetur, declarari debere per Prælatũ Regularem plures tuentur, ſed contraria ſententia eſt verior, & tenenda. 69.6.& 7

Iuriſdictio quando conceditur Ordinario, vt procedat auctoritate Apoſtolica, & tamquam eius delegatus, non ſuccedit in *illa* Capitulum Sede vacante. 112.42. Quod intellige vt 43

Iuriſdictio quando competit Epiſcopo, non iure ſp eciali ei attributo, ſed iure generali omnibu s Epiſcopis, tamquam annexum dignitati Epiſcopali, quamuis ſit vigore delegationis, dicitur ordin aria, & ideo in ea ſuccedit capitulum Sede v acante. 114. 54.& 55. cum ſequent.

Iuriſdictio iudicum conſeruatorum ſolum ſe extendit ad manifeſtas ini urias, & violentias. 84.5

Iuriſdictio, & poteſtas iudicum conſeruatorum dependet à Nominatione facta per exemptum qui habet priuilegium nominandi illos. 132.13

Iuriſdictio quæ muneri Epiſcopali, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato, committitur in perpetuum, vt deinceps Epiſcopis ex officio competat, dicitur ordinaria, non delegata. 115.57

Iuriſdictio eſt quædam qualitas, quæ naturaliter homini non ineſt, & ideo qui illam prætendit, debet titulum oſtendere. 134.2

Iuriſdictio Ordinaria naturaliter ineſt in Epiſcopis, & ideo qui prætendit exemptionem, debet oſtendere titulum. ibid.

Iuriſdictio omnimoda ſi à Papa fuerit conceſſa alicui, cenſetur conceſſum quidquid Epiſcopus exercere poſſet, præter ea, quæ ſunt Ordinis. 152.10.& 11

Iuriſdictio ſi concedatur, cohæret ei, quidquid ſine illa ſtare non poteſt, licet veniat in conſequentiam. 179.7

Iuriſdictio ſi ſit alicui delegata, cenſentur conceſſa om nia illa, ſine quibus exequi non poteſt. 179.8

Iuriſdictio Ordinariorum, quoad Regulares coarctata remanet ex variis priuilegiis ſummorum Pontificum. 180.12

Iuriſdictio delegati fruſtra operaretur, ſi in ſe nõ haberet per omnia media coactionem, & coërctionem. 181.16

Iuriſdictio delegata conſiſtit in eo, quod competat ratione officij. 199.9

Iuriſdictionis cõtentio ſi adſit inter iudices Ordinarium, & conſeruatorem exemptorum, dirimenda eſt per arbitros iuris. 26.12

Iuriſdictionis contentio ſi in Aragonia ſuſcitetur, declaranda eſt per arbitros nominandos ab ipſis contendentibus, & ſi illi non conueniant deuoluitur declaratio ad Cancellarium, cuius declarationi ſine recurſu ſtandum eſt. 24.3

Iuriſdictionis Competentia inter Eccleſiaſticum iudicem, & ſecularem ſi in Aragonia non declaretur intra tempus à foris præſcriptum remanet pro Eccleſia. 248.4.& 257.83

Iuriſdictionis competentia ſolum reperiri poteſt inter quatuor ſpecies iudicum. 24.4

Iuriſdictionis contentio ſi adſit inter duos iudices Eccleſiaſticos, vel ſeculares æquales, declaranda eſt per ſuperiorem, cui immediatè ſunt ſubiecti. 24.5

Iuriſdictionis controuerſia inter iudices orta, quomodo ſit dirimenda, tam in Aragonia, quam ex iuris diſpoſitione. 28.29

Iuriſdictionis exercitium habent Epiſcopi de iure reſpectu quarumcumque perſonarum Eccleſiaſticarum, niſi ex aliquo priuilegio ſint exemptæ. 58.1.& 5

Iuriſdictionis exercitium ſi impediatur conſeruatoribus, poterunt procedere cum cenſuris contra perturbantes, & impedientes. 199.6

Iuriſdictioni Epiſcopi diœceſani erant ſubiecti olim Regulares, donec per particularia priuilegia remanſerunt exempti. 52. 11. & ſequent.

Iuriſdictioni Epiſcoporum ſubiecti manent Regulares, quoad approbationem audiendi confeſſiones, & Deo in eo iure ſuccedit Capitulum Sede vacante. 164.31.& 36

Iuriſdictionem delegatam de iure cõmuni exercent conſeruatores, ſed ex priuilegio cenſentur Ordinarij. 25. 10. Quod intellige vt 16

Iuriſdictionem Ordinariam habet Epiſcopus, licet in Canone, vel lege ei dicatur, vt procedat tamquam delegatus. 163.26

Iuriſdictione ſua non poſſunt vti conſeruatores, nec exempti illam implorare, niſi prius eis cõſtet de manifeſta iniuria & violentia. 43.9.& 46.27

Iuriſdictioné ſi exerceat Epiſcopus in vna parte diœceſis, videtur illam exercere quoad omne territorium. 66.51

Iuriſdictionem, & territorium ſi non habeant Abbates, & Prælati Regulares, non poſſunt interpretare iudicialiter priuilegia exemptiua; bene tamen Doctrinaliter & Magiſtraliter. 72.24

Iuriſdictione delegata vti, ſi alicui impediatur, poterit coërcere pœnis, & cenſuris impedientes. 180.15

Iuriſperitus non deber hærere in reſponſo, etiãſi non reperiat legem, vel Doctorem, decidentem caſum. 250.21

Ius habet quilibet ad tuendam vitam, libertatemque ſuam. 254.53

Ius nouum ſeruandum eſt, nec antiquum in argumentum deduci poteſt, ſi ſit reuocatum. 29.5

Ius inſtituendi habent Abbates in Eccleſiis ſibi ſubiectis: Monachi autem ibi delinquentes, iudicio Synodi mulctantur, & fælici mucrone Epiſcopi, piacula Sacerdotum reſecantur. 55.25

Ius ſuum aliquem velle tueri potius præſumitur in dubio, ex aliquo ſcripto, quam iniuriam inferre voluiſſe. 87.10

Ius ſuũ vt quis defendat ſcriptis, & aliis mediis, non excedentibus limites naturalis defenſionis, potius laudandum, quam vituperandum eſt. 87.11

Ius Parochiale remanet radicatum in proprio Parocho, quoad Sacramentorum adminiſtrationem. 149.13

Iuris diſpoſitio, vel Concilij Generalis, vt in priuilegio, vel diplomate, aut alij conceſſione cenſeatur reuocata, requiritur expreſſa illius derogatio, aliàs non cenſebitur reuocata. 45.21

Iuris præſumptione, ſi ſit adminiculata poſſeſſio rei, idem operatur, ac priuilegium, & ideo titulus æqualis iudicatur ad obtinendum lite pendente. 64.39

L

LAicus conuentus ſuper aliqua re Eccleſiæ, coram Clerico iudice remittendus eſt ad laicum, quando negat rem eſſe Eccleſiaſticam. 70.17
Latro vt immunitate Eccleſiæ priuari poſſit, cõſtare debet eſſe vere latronem publicum, & non ſufficit præſumptiue. 251.29
Latro ſimplex gaudet immunitate Eccleſiæ, non vero publicus. 250.23
Latro publicus vt quis dicatur, non ſufficit, quod ſit publicus præſumptiue, ſed vere, & realiter, vt immunitate Eccleſiæ priuetur. 250.25 & 28. & ſeq.
Latro publicus ille dicitur, qui deprędatur palam, & publice, vel per inſidias in via publica. ibid.24
Latro publicus ex ipſo furto diuerſimodè iudicandus eſt, quam latro effectus publicus ex ſententia. 251.55
Latrones pluries furantes per vim in domibus priuatis, an dicantur publici. ibid.31
Latrocinium ſi confiteatur Reus in iudicio, non ex eo priuari debet immunitate Eccleſiæ, quia ex eo non dicitur publicus latro. 247.88
Legatarius, & qui ſcripti fuerunt tutores, poſſunt eſſe teſtes in teſtamento. 69.8
Leuiter non ſunt accuſandi, vel detrahendi Epiſcopi, quia eor um iniuria ad Chriſtum pertinet. 123.6.& 7
Leuitatis nota afficiendus eſt Epiſcopus, ſi illico reuocauerit illum, quem approbauit ad audiendas confeſſiones. 161.12
Leges diœceſanæ non eligant Regulares exemptos. 182.30
Lex recepta præſumitur, ſi de contrario poſitiue non conſtat per actus contrarios. 110.32. & 116.62
Lex ſolum obligat eos, ad quos dirigitur. 113.48 Quod intellige vt 62
Lex, etſi ſit ſpecia lis, ſi habeat generalẽ rationẽ, ſit generalis. 114.51
Lex, ſiue Concilium quando tribuit Ordinario iuriſdictionem delegatam à Principe, non habet rationem ad Ordinariam, ſed ad delegatam. 45.24
Lex, ſeu ſtatutum particulare vnius Prouinciæ non extenditur vltra illam. 187. n.11.
Lex, ſeu conſtitutio generaliter diſponens, habenſque generalem rationem, etſi ſpe cialiter concedatur, non reſtringitur ad ſpecialitatem conceſſionis. 114.51
Lex vniuerſalis comprehendens omnes, debet ab omnibus obſeruari. 115.61
Lex vt dicatur non recepta neceſſario probandi ſunt actus contrarij, cum ſemper præſ umendum ſit pro obſeruantia. 116.62
Lex, ſeu ſtatutum puniens offendentem, in domo, vel conuentu [illegible] Collegio Regularium, non ſe extendit ad Hoſpitia. 141. n.40
Lex deuians vel repugnans iuri, non debet extendi vltra id, quod expreſſe decidit. 148.8
Lex municipalis, etſi ad mortem condemnet quemcumque latronem, non ex eo priuat eũ imunitate Eccleſiæ. 251.32
Legis verba, ſeu ſtatuti, proprie intelligi debent. 78.7
Legis ratio vbi eſt eadem, adeſſe eandem legem dicitur, quamuis non extenſiue, ſed comprehenſiue. 114.52
Libellum famoſum, aut Cartulam, qui compoſuit, vel publicauit, capitali pœna plectendus eſt. 87.5
Libellos, ſeu ſcripta, aut verba iniurioſa proferre contra Epiſcopos, eſt valde damnabile, reprehenſioneque, ac punitione dignum. 121.4
Libellos famoſos contra perſonas illuſtres, qui componit, ſcribit, dictat, legit, ſecumque retinet, capitali pœna de iure ciuili plectitur; de iure autem Canonico flagellis afficiendus eſt. 125.24
Librorum manifeſtatio, ſeu productio memoralium, aut allegationum, declarantium Religioſorum acquiſitiones, ex quarum cauſa Eccleſiæ prætendunt fraudari iure decimarum, an poſſit impediri per iudicem conſeruatorem. 85. fere per totam quæſt.
Licentia Epiſcopi neceſſaria eſt, vt Regularis poſſit concionare extra Eccleſiam propriam, aut ipſo Epiſcopo contradicente etiam in propria Eccleſia. 109.28.& 111.36
Licentia Parochi omnino eſt neceſſaria, vt ſecularibus poſſint Regulares miniſtrare Sacramenta Matrimonij, Extremę-Vnctionis, & aliorum non obſtantibus aliquibus priuilegiis ab illis obtentis. 148.7
Licentia, & approbatio concionandi, vel audiendi confeſſiones ſolo Epiſcopi verbo perficitur. 187.6
Licentia, & approbatio audiendi confeſſiones poteſt ab Epiſcopo concedi oretenus, ſi ipſi ita libuerit. 187.5.& ſeq.
Licentiã concedere pro audiendis confeſſionibus eſt quid mere gratuitum, pendens à voluntate concedentis. 180.10.& 15
Licentiam audiendi confeſſiones quando concedit Epiſcopus, non videtur ſe reſtringere, vt illam reuocare non poſſit. 180.10
Licentiam pro audiendis confeſſionibus ſi conceſſit Epiſcopus, ſimpliciter & abſolute, aut ſine limitatione non poterit illi reuocare, ſine noua cauſa, eaque ad ipſas confeſſiones pertinenre. 166.42
Licentiam audiendi confeſſiones, vel concionandi poteſt concedere Epiſcopus non ſolum per literas patentes, ſed etiam per Miſſiuas. 185.9.& 10
Licentiam ſepeliendi cadauere punitorum ſolus poteſt concedere Princeps, quod intellige dũ exiſtunt ſub eius poteſtate. 255.62
Licentiam admittendi munus exequutoris teſtamentarij, ſi obtineat Religioſus à ſuo ſuperiore, ex eo videtur renunciare proprio ſuo iudici, & ſe ſubiicere Ordinario. 81. n.17.
Licentiam, & approbationem concedere vel denegare ad concionandum, competit Epiſcopis, tamquam Ordinariis. 107. 18. & 112.42
Licentiam & approbationem ad concionandum ſi non haberit Regularis, poterit Epiſcopus ei interdicere ne prædicet etiam nõ reddita cauſa. 108.22
Licentias

Licentias audiendi confeſſiones, & concionandi ſi iubeat Epiſcopus vt omnes exhibeant, non ex eo videtur illas reuocare. 118.5
Licentias concionandi, & audiendi confeſſiones poſſunt Epiſcopi præcipere, vt omnes Regulares exhibeant intra præſcriptum tempus, & interim, quod ſe abſtineant à talibus miniſteriis. 118. 3. & 5. cum ſequentibus.
Licentias audiendi confeſſiones, & concionandi poteſt Epiſcopus reuocare, in quo de iure habet fundatam intentionem. 118.4
Licentias audiendi confeſſiones ſi ab Epiſcopo non habeant Regulares, & ſine illis tale miniſterium exerceant, poterunt ab ipſo Epiſcopo puniri, etiam cum cenſuris Eccleſiaſticis. 119.12.& 13
Licentias audiendi confeſſiones, & prædicandi Verbum Dei tenentur exhibere Regulares, quoties Epiſcopus præceperit, vt illas exhibeant intra præſcriptum tempus. 120.17
Licentias audiendi confeſſiones non poteſt Epiſcopus auferre ex integro, omnibus ſimul Regularibus vnius Monaſterij, vel Collegij. 154.2
Licentias audiendi confeſſiones, & concionandi poteſt Epiſcopus reuocare omnibus vnius Monaſterij, ſi non ſeruauerint interdictum, ab ipſo poſitum, vel ex alia legitima cauſa ad confeſſiones ipſas pertinente. 155. 4. & ſequent.
Licentias audiendi confeſſiones, & concionandi ab Epiſcopo, vel ab Anteceſſore datas, poterit ipſe reuocare ex legitima cauſa. 155. n. 9.
Licentias audiendi confeſſiones, ſi reuocauit Epiſcopus, præſumendum eſt, id efficere ex legitima cauſa. 155.9. & ſeq. quod intellige vt 16.& ſeq.
Licentias audiendi confeſſiones, & concionandi ſi conceſſit Epiſcopus abſolute, & ſine conditione, non poterit eas reuocare. 156. 12. & ſeq.
Licentias omnes audiendi confeſſiones ſi voluerit Epiſcopus reuocare omnibus Religioſis vnius Monaſterij, vel conuentus, tenetur cauſã renunciare Sedi Apoſtolicæ, ſi eam petierit. 156.13
Licentias audiendi confeſſiones, & concionandi, ſi conceſſit Epiſcopus Regularibus limitate, & conditionaliter, poterit illas reuocare intra limites conditionis, toties quoties ipſe voluerit. 157.18.& 23
Licentias audiendi confeſſiones, & concionandi fere ſemper concedũt Epiſcopi limitate, & conditionaliter, quo caſu poterunt illos vocare ad nouum examen, ſi eis ita libuerit. 157.19
Licentias omnes audiendi confeſſiones, & prædicandi non debent Epiſcopi reuocare omnibus Regularibus vnius Collegij, vel Monaſterij, niſi grauiſſima ſubſiſtente cauſa. 158.25
Licentias audiendi confeſſiones poſſunt Epiſcopi adimere omnibus Regularibus vnius Conuentus, vel Collegij in partibus Indiarum, dummodo ſit ex cauſa legitima, eis bene viſa, iuxta conſcientias ſuas. 158. n.26
Licentias audiendi confeſſiones ſi obtineant Regulares à ſuis Prælatis Regularibus, poterunt illis vti pro ſuis Regularibus. 161. n.8.
Licentias audiendi confeſſiones non poſſe Epiſcopum reuocare, niſi iuſta exiſtente cauſa plures defendunt. 161.16.& ſeq.
Licentias audiendi confeſſiones, & concionandi conceſſas ab Epiſcopis anteceſſoribus poterit Epiſcopus ſucceſſor reuocare, vel ſuſpendere. 162.19.& 165.37
Licentias audiendi confeſſiones, & prædicandi, conceſſas ab Epiſcopis anteceſſoribus, non poſſe reuocare Capitulum Sede Vacante plures tuentur. 163. 20. & ſeq. ſed contraria ſententia eſt verior, & tenenda 25. & ſequent.
Licentias audiendi confeſſiones, & concionandi poterit reuocare Capitulum Sede vacãte, vocareque ad examen, ſicut Epiſcopus ſucceſſor. 163.25
Licentias audiendi confeſsiones, & concionandi poterit reuocare Capitulum Sede vacante pro tranquillitate ſuæ conſcientiæ, ſicut poteſt Epiſcopus ſucceſſor. 166.41
Licentias audiendi confeſſiones ſi obtinuerint Regulares conditionaliter, & limitate ad perſonas, loca, &c. poterit Epiſcopus illas reuocare, etiam ſine cauſa. ibid.43
Licentias audiendi confeſſiones, & concionandi non poſſe concedi ſine litteris patentibus ſtatuit Concilium Mediolanenſe IV. 186.1
Licentias audiendi confeſſiones, & concionandi ſi iubeat Epiſcopus, vt Regulares exhibeant, non eſt opus ad id requirere Prouincialem, ſed ſufficit ipſos requirere Regulares, vel Superiorem immediatum Monaſterij. 120.17
Licet Clericis colere per laicos agros, & terras beneficiorum, vel patrimonij. 143. 13. & 14.
Licitas negociationes, quas ſine dedecore, aut indecentia exercuerint Clerici, vel Regulares non poteſt Epiſcopus impedire. 146.32 & 36.
Limites ſuæ iuriſdictionis ſi excedat delegatus, poterit ab ordinario puniri. 134.3
Limitate, & conditionaliter poterit Epiſcopus concedere licentias audiendi confeſſiones, tam clericis Regularibus, quam Secularibus. 157.19
Litem ſi diu partes ſuſtinuerunt, & cauſa eſſet dubia, poſſunt compelli ad illam decidendam per compromiſſum, & tranſactionem. 75.39
Lites finem habere debent. 18.40
Litteras patentes non eſt opus obtinere pro audiendis confeſſionibus, quoad forum internum, ſecus quoad externum, & iudiciale. 185.5.& 7
Litteræ ſunt neceſſariæ ad probationem gratiæ, & ſine illis dicitur informis. 186.3
Loci Ordinarius cum conſilio capituli poteſt deſignare perſonas in locum demortuarũ ex Synodalibus dummodo habeat qualitates requiſitas. 14.1
Locales Superiores Monaſterij, habent æqualem iuriſdictionem, ac habet Prouincialis reſpectu ſcilicet Monachorum, ibidem degentium, in
iis

iis, quæ ipſis pertinent tamquam Superioribus. 120.15

M

Machinatio doloſa abſconditæ mentis ad decipiendum alterum in quem non cadit illius ſuſpicio præciſe requiritur in delicto, vt pro prodicionale habeatur. 223. n. 6.

Magis, vel minus non differunt ſpecie. 238.6

Magiſtraliter, & doctrinaliter, Prælati Regulares, vel Abbates Inferiores non habentes territorium, poſſunt interpretari ſua priuilegia exemptiua, non tamen iudicialiter. 72.24

Magiſter aut Doctor ſi ſit, qui examinandus ſit pro audiendis confeſſionibus, etiam exemptus, quoad illum actum eſt ſubditus Epiſcopo. 99.33

Magiſterium, aut Doctoratus non eſt neceſſarius ad audiendas confeſſiones. 99.34

Maiores honorandi ſunt à minoribus, à quibus obſequium præſtandum eſt. ibid.

Maledictis, verbo, aut ſcripto, ſi inſurgat Regularis contra Epiſcopum, puniendus eſt pœnis à iure ſtatutis. 125.21

Matrimonij Sacramentũ ſi miniſtrauerit Regularis ſine Parochi licentia, ipſo facto incurrit in excommunicationem, Sedi Apoſtolicæ reſeruatam. 148.2

Matrimonij Sacramenta, & aliorum, vt Regulares miniſtrare poſſint Secularibus, neceſſaria eſt omnino licentia Parochi, non obſtantibus aliquibus priuilegiis, ab ipſis obtentis. 148.7

Matrimonij Sacramentum, & alia quæcumque ſi miniſtrauerit Prælatus Regularis contra voluntatem Religioſi Parochi, ſubditi ſui, incurrit in pœnas & cenſuras Clement. I. de priuil. 149.9

Materia, & forma moraliter vniri debent, vt Sacramentum conficiatur. 187.13

Materia, & forma eſſentialiter requiritur, vt Sacramenta confici poſſint, quod nec Pontifex ſupplere poteſt. 287. 12. & 13.

Medicus propter periculum ſalutis corporalis poteſt reprobari, & ſuſpendi, etiamſi ſemel fuerit approbatus, & multo melius Medicus ſpiritualis ſcilicet confeſſarius. 94. 10. & ſequent.

Medici corporales eligi, & admitti non debent, quin prius conſtet de probitate morum, & peritia artis. 160.2

Medici corporales, vel Aduocati cauſarum, non debent tam exacte examinari, ſicut confeſſarij. ibid. 5

Medici ſpirituales appellantur, & ſunt, confeſſarij. ibid 1

Mediolanenſe Concilium IV. ſtatuit, non poſſe concedi licentias, & approbationes concionãdi, & audiendi confeſſiones, ſine litteris patentibus. 186.1

Medicantes habent priuilegium, vt non teneantur illud exhibere. 61.21

Mendicantes fere omnes communicant inter ſe priuilegia, quæ à ſummis Pontificibus, cuique illorum fuerunt conceſſa. 182.27

Mendicantium Priores, ſeu Guardiani ſunt in dignitate conſtituti. 7.4. & 5

Mendicantium Priores Conuentuales, ſeu Guardiani, non poſſunt eſſe iudices conſeruatores. 7.6

Mens concedentis priuilegium intuenda eſt, etiamſi recedatur à proprietate verborum. 31.5

Mens, & animus concedentis priuilegium, aut aliam diſpoſitionem argui debet ex geminatione, & multiplicitate clauſularum. 32.8

Mercatura & negociatio mere lucratiua prohibita eſt clericis, & Regularibus. 144. 21. & 26.

Miniſtrare non poſſunt Regulares Sacramenta Matrimonij, & aliorum, ſine expreſſa Parochi licentia, in cuius Parochia exercenda ſunt, niſi ad hoc habeant ſpeciale priuilegium. 147 1. & ſeq. Quod intellige vt 7

Miniſterium audiendi confeſſiones antiquitus à ſolis Epiſcopis exercebatur, donec curſu temporis quilibet eorum elegit vnum pœnitentiarium in ſua Cathedrali, tamquam coadiutorem. 93.9. & 10

Miniſterium prædicandi Verbum Dei à Chriſto Domino originem habuit. 106.9

Miniſterium concionandi deriuatum fuit ex Apoſtolis in Epiſcopos, vt ipſorum ſucceſſores. ibid. 12

Miniſterium prædicationis præcipuum munus eſt Epiſcoporum. ibid.

Miniſterium prædicationis antiquitus delegarunt Epiſcopi in aliquos Præſbyteros, cum id per ſe complete efficere non poſſent, obtenta tamen illorum benedictione, & approbatione. ibid. 13

Miniſterium prædicationis antiqui Canones prohibuerunt Monachis, ſed poſtea à Summis Pontificibus varia priuilegia obtinuerunt, vt illud exercere valerent cum prætextu tamen, quod teneretur Epiſcopis ſe ſubiicere, tamquam ipſorum coadiutoribus. 105. n. 5.

Minores poſſunt miniſtrare omnia Sacramenta familiaribus fratrum, & tertiariis, illis ſeruientibus. 148. 3. & 4. Sed limita vt 14. & extende ad communicantes cum illis. ibidem 6

Mirabilium cauſæ quæ dicantur. 80.2

Miſerabilium cauſas cognoſcit Epiſcopus, etiam quoad Regulares, & exemptos. ibid.

Miſſas in diebus feſtiuis poſſunt audire Seculares in Oratoriis domorũ Ruſticarum Regularium, nec id poſſunt impedire Parochi. 134.6 Quod intellige vt 16

Monachi, & Monaſteria olim erant ſubiecta Epiſcopis Diœceſanis, antequam priuilegia exemptiua ei concederentur. 52. 9. Sed aliqui contra ſentiunt, ſed non bene 10. & ſequent.

Monachi exempti poſſunt ab Ordinariis puniri, vbi delinquunt extra locum exemptum, non obſtante ipſorum exemptione. 55.24

Monachi tenentur prius obedire Abbati, quam Epiſcopo, in iis quæ concernunt fractionem voti, & onſeruationem regulæ, ſecus verò vbi agitur de cauſis tractandis iuxta ordinem iuris, quia tunc potius Epiſcopo, quam Abbati obedire debent. 55.32

Monachi Regulares non ab Epiſcopo, ſed ab eorum Abbate corriguntur, & puniuntur, quando delinquunt contra Regulam, & aliis eorum delicta extra regulam non ſunt delicta. 56.36

Monachi excludi debent à iudiciis forenſibus, & delegationibus cauſarum. 10.7

Monachi ſunt ſub poteſtate Abbatis in iis, quæ concernunt ſuam profeſſionem, & regulæ obſeruantiam, non vero quoad legem diœceſanam. 119.16

Monachi S. Benedicti obſeruantiæ Hiſpaniæ habent priuilegium, miniſtrandi Sacramentum Extremæ-Vnctionis omnibus, qui intra ſepta Monaſterij infirmati fuerint, abſque Ordinarij, vel Parochi licentia, vel à ſenſu. 148. 5. & 6

Monachi vbi delinquunt, iudicio Synodi mulctantur. 55.25

Monachorum delicta dupliciter conſiderantur, aut eorum propria, quia contra regulam, vel vt communia, quia offendunt communem conuerſationem, in primo caſu Abbas contra Monachos procedit, in ſecundo vero Epiſcopus. ibid. 33

Monachis prohibuerunt antiqui canones munus prædicationis, ſed poſtea diuerſi Pontifices conceſſerunt diuerſa priuilegia, vt id exercere valerent, dummodo tenerentur ſe Epiſcopis ſubiicere. 106.15

Monachos ad ſanctam conuerſationem promouere, proprium munus eſt Epiſcoporum, ſimulque Abbates, aliaque officia inſtituere, atque extra regulam acta corrigere. 55.26

Monachos corrigi per Abbatem loci tenentur facere viſitatores. 55.28

Monachos corrigere, & punire debent Abbates, ſeu Prælati, ſecundum inſtituta regulæ, non autem in forma iuris. 55. 29. & 35.

Monachos poteſt excommunicare Abbas, vel Superior, reſpectu tantum fori pœnitentialis, non autem contentioſi. 56.34

Monachos Regulares non poteſt ſuus Prælatus iudicialiter punire, quando delinquunt extra Regulam, ſed Epiſcopus, in quo habet fundatam intentionem de iure communi, non ſolum quando proceditur per viam accuſationis, ſed etiam per viam inquiſitionis. 56.35

Monialium Confeſſarij non indigent approbatione Ordinariorũ, ſi illæ ſubiectæ fuerint Regularibus, ſed hodie ex conſtitutione Gregor. XV. neceſſaria eſt illorum approbatio, prout etiam declarauit Sacra Congregatio. 174.21. & 22.

Monaſterium totum, ſeu Collegium Regularium in ſimul excommunicari non poteſt. 155.3

Monaſterium, ſeu Collegium Regularium dicitur vnum corpus politicum. ibid. 7

Monaſterium totum ſi deliquit, poteſt apponi pœna ſuſpenſionis quoad omnes Regulares, & afficit non ſolum communitatem, ſed etiam ſingulos ipſius. ibid. 6. & 7

Monaſteria, Collegia, Conuentus, ſeu Cænobium Regularium idem de per ſe in effectu important, ac omnia iuncta. 136.1

Monaſteria, & collegia differunt à Grangiis Regularium, & in Hiſpania dicuntur prædia ruſtica. 136.3

Monaſterij pro ampliatione, ædificatione, vel reparatione cogi poteſt vicinus ad vendendam domum, vel fundum. 137.9. Quod intellige vt 10

Monaſterij, vel Conuentus, Monachi non poſſunt eligere in ſuum Iudicem conſeruatorem Guardianum, vel Priorem alterius Monaſterij, vel Conuentus. 8. 11. & 12.

Monaſterij Superiores locales habent æqualem iuriſdictionem, ſicut Prouincialis reſpectu Monachorum, ibidem degentium, in his ſcilicet, quæ ipſis pertinet tamquam Superioribus. 120.15

Monaſterij Regulares vnus, vel plures ſi deliquerint, non ex eo puniendi ſunt omnes collectiue. 155.3

Monaſterij vnius Regulares, ſi omnes inſimul non ſeruauerint interdictum, ab Epiſcopo poſitum, poteſt ipſe omnibus reuocare licentias audiendi confeſſiones, vel ex alia legitima cauſa, ad ipſas pertinente. 105. 4. & ſequent.

Monaſteriorum partes ſunt Grangiæ, & prædia ruſtica Regularium, quibus ſubſunt. 136.5

Monaſteriorũ famuli, & actu ſeruientes, non poſſunt confiteri cum Regularibus, ibi exiſtentibus, qui ab Ordinario approbationem non habent. 97.29

Morte extinguuntur omnia accidentia. 256. n. 76.

Mortui Clerici cadauer gaudet non ſolum priuilegio Canonis, verum & etiam fori, eodẽ modo ac ſi vnius eſſet. 253.48

Motiua & cauſas ex quibus iudex ſententiam pro tulit, non tenetur renunciare Superioribus, cum ſemper pro illo præſumendum ſit. 157. 19. & 22

Mulieribus quamuis de iure prohibeatur aduocare in cauſis, non tamen in camera conſulere. 248.13

Multa in iure fiunt propter commune bonum, quæ poſtea ſatisfieri debent. 63. 28. & 18.40

Munus Aduocaturæ Regularibus de iure prohibetur. 248.9

Munus Aduocatorum eſt valde honorabile, & ſi defendant partes modeſte, & vrbaniter, laudandis & præmiis afficiendi ſunt tales Aduocati. 89.24

Munere Parochorum fungi poſſunt Religioſi in partibus Indiarum, in defectum Præſbyterorum, obtenta ſolum licentia ſuorum Superiorum, ex conceſſione Pij V. 150.17

Munere Parochorum fungi poſſunt Regulares ob defectum Clericorum Secularium. 168.2

Munere Parochorum fungi poſſe Regulares, ſe transferentes ad Prouincias Indorum ob defectum Clericorum Secularium diuerſi Pontifices conceſſerunt. 168.3. Quod poſtea fuit reuocatum. 171. 19. & ſeq.

Mutatio Iudicum conſeruatorum non poteſt fieri per quinquennium, niſi ex legitima cauſa,

appro

approbanda à Sede Apoſtolica, aut à locorum Ordinariis. 20.2.& ſeq.

Mutari non poſſunt, aut amoueri Iudices conſeruatores per quinquennium, ſi ſemel fuerint legitime deputati. 20.1

N

NEgociatio in Eccleſiaſticis, ſeu Regularibus alia eſt licita, alia vero illicita. 142.1

Negotiatio prohibita eſt Clericis, & Regularibus, quia indecorum eſt ſtatui, lucra ambire. 142.6

Negociatio mere lucratiua ideo prohibetur Clericis, & Regularibus, quia retrahit à rebus ſpiritualibus, & præbet anſam peccatis. 143.28

Negociationes licitas non poteſt Clericis, & Regularibus impedire Epiſcopus, ſi ſine dedecore, aut indecentia illas exercuerint. 146.32. & 36.

Negociatones illicitas ſi exercuerint Clerici, & Regulares, poterunt puniri ab Epiſcopo, in locis non exemptis. 146.33.& 35

Negociationes aliquæ permittuntur Clericis, & Regularibus. 243.10

Negociationis, & mercaturæ exercitium plenum eſt periculis periurij, fraudum, & iniuſtitiæ. 142.6

Negociationis, vel mercaturæ quodlibet genus interdictum eſt Religioſis priuatis. 145. 29.& 31

Negocians difficile exuitur à negligentia, & à peccatis non iuſtificabitur Caupo. 142. n.5.

Negociatores Clerici, vel Regulares amittunt priuilegium Clericale, & excommunicantur, incidúntque in ſuſpenſionem, ac depoſitionem. 143.7. & 8

Negociantes Religioſi particulares peccant contra paupertatem, quia ſunt proprietarij, cum pecuniis vtantur; 145.30

Negociantibus Clericis impoſitæ ſunt à iure pœnæ variæ, quæ diſtrictius exequendæ ſunt aduerſus Regulares negociantes. 143. n.9.

Negociis ſecularibus non implicari ex ſui natura petit ſtatus regularis, ſed Deo vacare, & fugere pericula contra paupertatem Religioſam. 146.31

Nemo poteſt aduocare, & cauſas defendere, quin prius ſit examinatus, & approbatus per Conſiliarios, ſeu iudices cauſarum. 160. n.4.

Nemo poteſt Verbum Dei Prædicare, vel audire confeſſiones ſine licētia, & approbatione Ordinarij illius diœceſis, vbi talia miniſteria exercenda ſunt. 169.7

Nemo carere debet iudice, qui eum defendat, & iuſtitiam adminiſtret. 193.5

Nominari non poſſunt extra diœceſim conſeruatores; poterunt tamen extendere ſuam iuriſdictionem vltra tres dietas. 22.6

Nominari debent iudices Synodales in Synodis Diœceſanis, vel Prouincialibus, cum certis qualitatibus. 15.12

Non entis nullæ ſunt qualitates, vel partes. 27.21

Non poſſunt Clerici, vel Regulares concedere boues, vel oues, quos emerunt, pro certa tritici quantitate, perſoluenda quolibet anno. 144 21.& 22

Non licet Clericis aſſumere onus colligendi, aut faciendi colligere oliuas, niſi caſu quo, proprij redditus non ſufficiant pro ipſorum, aut familiæ ſuſtentatione. 144. 21. & 25.

Notificatio nominationis iudicis conſeruatoris factæ à Regularibus, non ſolum fieri debet Ordinario loci, vbi reſidet cōſeruator; ſed etiā aliis, ad quorum Diœceſes ſe extendit eius iuriſdictio. 20.4

Nouitas ſecum affert adminiſtrationem, & turbationem. 110.30

Nullus poteſt punire ſibi iniuriantē, ſed hoc fallit, quando iniuria redundat in dignitatem, ſeu officium, iniuria affecti. 99.35

Nullus Regularis, aut Secularis poteſt audire Secularium confeſſiones, niſi ſit ab Epiſcopo approbatus. 154.1

Nullus in Prælatura, vel Dignitate, aut præbenda, ſeu beneficio præficiendus eſt, nec pro tali habendus, ſine litterarum expeditione. 186.4

Nullus poteſt audire ſecularium confeſſiones, ſi non ſit ab Epiſcopo approbatus. quod pertinet ei ex iuriſdictione ordinaria, & ideo in eo iure ſuccedit Capitulum Sede Vacante. 164.31.& 36

Numero ſi ſint pauci Clerici, vel non reperiantur, qui curam animarum exercere valeant, tunc commendanda eſt Regularibus, donec Seculares inueniantur, qui illud miniſterium adimplere poſſint. 171. 14. & 15.

Nunciis, vel præpoſitis Principum non eſt credendum de delegatione, ſine litterarum exhibitione. 59.4

O

OBſeruari debet ab omnibus lex vniuerſalis, comprehendens omnes. 115. n.61.

Obſequium reuerentiale, debitum Epiſcopis, an teneantur præſtare Regulares, & alij exempti. 124. 14. & 15. cum ſequentibus.

Obtinens penſionem Eccleſiſticam, an gaudeat fori priuilegio. 237.2

Odioſa ſunt priuilegia, quæ detrahunt de his, quæ Epiſcopus habet, vt Ordinarius, & ideo reſtringenda. 140.27.& 29

Offenſio verbalis, vel cum ſcripto, ſi contra Epiſcopum fiat, contra Deum factam eſſe dicitur. 123.5

Officium Parochorum nullatenus exercere poſſunt Regulares in Eccleſiis ſecularibus, niſi ob defectum Clericorum Secularium. 171.12. & 13.

Officium Parochorum poterant Regulares exercere in Indiis cum ſola approbatione ſuorum Prælatorum Regularium, vel Capitulorum Prouincialium, nec indigebant aliqua Ordinariorum inſtitutione, collatione, vel approbatione, quod hodie remanet reſtrictum. 168. 4.& ſeq.





Officium iudicaturæ non poſſunt exercere Regulares. 9.20

Omnia Sacramenta eſſentialiter requirunt materiam, & formam. 187.12

Opinio aſſerens, Regulares audientes Secularium confeſſiones, vel concionantes ſine licentia, & approbatione Epiſcopi, puniendos eſſe à ſuis Superioribus Regularibus, hodie in praxi admitti non debent. 120.14

Opinio, quæ conducit, vt bono publico conſulatur, ſequenda eſt. 243.5

Opinioni Doctoris tractantis, & diſputantis materiam, ſtandum eſt, quando lex non reperitur, quæ caſum decidat, præcipuè in materia immunitatis. 254. 60. & 61.

Oratorium erectum cum auctoritate Pontificis, vel Epiſcopi, dicitur publicum, ſi habeat alia requiſita, & differt à priuato. 138.15

Oratorium priuatum ſi ſit in prædiis ruſticis Religioſorum, difert à publico. 138.15

Oratoria priuata poſſunt conſtruere Regulares in ſuis Grangiis, ſeu Prædiis ruſticis ſine licētia Ordinariorum. 136.4. & 139.22

Oratoria priuata Religioſorum, quæ in Grangiis vel Domibus ruſticis habentur, non gaudent immunitate, vt delinquentes, ex illis extrahi non poſſint, cum ſit inſtituta, ad vſum tantum familiæ, & Religioſorum. 139.24

Oratoria, quæ ſunt erecta ſine auctoritate Pontificis, vel Epiſcopi, dicuntur priuata, & poſſunt mutari toties, quoties libuerit. 139. 23.

Oratoria ſine Epiſcopi auctoritate erecta nō ſunt loca religioſa, nec comprehenduntur ſub nomine Eccleſiæ. 140.26

In Oratoriis priuatis Prædiorum ruſticorum Regularium non poſſunt admitti extranei pro audiendis Miſſis, cum tantum deſtinentur ad vſum Religioſorum, & Colonorum, ſiue familiæ. 139.24.& 25

In Oratoriis perpetuo exiſtētibus, & erectis cum auctoritate Pontificis, vel Epiſcopi in villis, vel grangiis Societatis IESV, poteſt lucrari iubileum communionis generalis, conceſſum eidem Societati. 140.31

Ordeum, vel frumentum vel alios fructus, prouenientes ex bonis patrimonialibus, & beneficialibus, poſſunt vendere Clerici. 144.20

Ordinarius loci, cum conſilio capituli poteſt deſignare perſonas, in loco demortuarum, ex Synodalibus, dummodo habeant qualitates neceſſarias. 14.1

Ordinarius ſi contendat ſuper iuriſdictione cum iudice conſeruatore exemptorum, terminanda eſt controuerſia per arbitros, in forma iuris electos. 24.1

Ordinarius, & delegatus Papæ ſi contendant ſuper competentia iuriſdictionis, delegatus cognoſcere debet, an ſit ſua, vel Ordinarij. 25.7

Ordinarius, in iis, quæ reſultant ex iuriſdictione ordinaria, habet de iure fundatam intentionem. 26.16

Ordinarius iudex, vt quis dici poſſit ex vniuerſalitate cauſarum, neceſſario debet habere earū vniuerſalitatem ſine reſtrictione. 27.26

Ordinarius quando præcipit Regularibus, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, in vim decretorum Tridentini, nullam iniuriam, ſeu violentiam illis iniungit. 42.5

Ordinarius iudex eſt Epiſcopus de iure. 70. 11.

Ordinarius iudex maior eſt Conſeruatore. 27. 27.

Ordinarius poteſt procedere contra Regulares degentes extra clauſtra, qui aliquod delictū commiſerunt, punitione dignum. 7.5

Ordinarius iudex, ſimul, & delegatus, ſi procedat in cauſa, quam iuriſdictionem exercere præſumatur dubium eſt. 45.23

Ordinarius, contra negantem ſuam Iuriſdictionem, eſt iudex. 61.20.& 29

Ordinarius cognoſcit, & pronunciat ſuper exceptionibus declinatoriis ſui fori, etiamſi ex tali pronunciatione aliquod leue intereſſe ei reſultet, veluti ſportulæ, aut ſignatura. 70. 13. & 14.

Ordinarius loci poteſt exigere rationem omnibus exemptis, ſi ſint executores teſtamentarij, de omnibus legatis, vel aliis operibus piis, in teſtamento relictis. 80. 7. Quod limita vt 19

Ordinarius poteſt punire Regulares, ſi delinquant in executione teſtamenti pro legatis piis in eo relictis, vel in adminiſtratione bonorum ad eum effectum deſtinatorum. 80. 8. & 22.

Ordinarius pœnitentis non eſt regula immediata ad valorem confeſſionis, ſed cui confeſſarius ſubordinatur, in ordine ad tale miniſterium. 101.42

Ordinarius poteſt punire Clericos, & Regulares exercentes illicitas negociationes in locis non exemptis. 146.32.& 35

Ordinarius poteſt punire iudicem delegatum, ſi excedat limites ſuæ delegationis. 134.3

Ordinarius habens iuriſdictionem, licet ei dicatur in lege, vel Canone, vt procedat tamquam delegatus, non dicetur exercere delegatā, ſed Ordinariam iuriſdictionē, & tunc potius excitatio iuriſdictionis Ordinariæ, quam noua delegatio appellari debet. 163.26.& 27

Ordinarius poteſt punire, etiam cum cenſuris, omnes exemptos, audientes Secularium confeſſiones ſine ipſius approbatione, & licentia. 105.7

Ordinarius iudex non eſt inferior Conſeruatore. 64.33

Ordinarius poteſt cognoſcere in cauſis miſerabilium, intenſis contra exemptos Seculares, vel Regulares, extra monaſterium degentes, vel in aliis quibuſuis, ſi iudicem certum non habeant. 193.10.& 12

Ordinarius cognoſcere poteſt cauſas exemptorum, ſi iudicem certum non habeant, coram quo conueniri poſſint. 196.22

Ordinarius poteſt excommunicari à Conſeruatore, ſi eum turbet, & impediat exercitium ſuæ iuriſdictionis, in caſibus, in quibus eam exercere poteſt. 199.6.& ſeq.

Ordinarius proprie dici non poteſt iudex conſeruator, nec vt talis exercere iuriſdictionem. 200.15

Ordinarij in pluribus caſibus poſſunt punire Regulares, & in eis ſunt illi ſubiecti. 22.6

Ordinarij dicuntur iudices deputati ad vniuerſitatem cauſarum. 25.11.& 14

Ordinarij contentio iuriſdictionis, habita cũ iudice conſeruatore exemptorum, dirimenda eſt per arbitros Iuris. 26.12

Ordinarij approbatio requiritur pro confeſſario, vbi pœnitens actu confitetur, vt ipſe abſolui poſſit virtute Iubilei, & Cruciatæ. 101. 40. & ſeq.

Ordinarij non ſunt iudices conſeruatores, licet ſint deputati ad pluralitatem cauſarum, quia ad eum effectum requiritur deputatio ad vniuerſalitatem. 131.8.& 10

Ordinarij iudices quoad exercitium ſuæ iuriſdictionis non tenentur exhibere titulum, in cuius vim illa vtuntur. 132.9

Ordinarij, vel Parochi licentia, vel aſſenſus non eſt neceſſarius, vt Monachi Benedictini obſeruantiæ Hiſpaniæ, poſſint miniſtrare Sacramentum Extremæ-Vnctionis omnibus, qui intra ſepta Monaſterij infirmati fuerint, quod extende etiam ad comunicantes cum illis. 148 5.& 6

Ordinarij iudices in pluribus differunt à conſeruatoribus. 132.10.& 11

Ordinarij licentia, & approbatio requiritur, vt Regularis poſſit in Indiis exercere curam animarum, nec ſufficit, quod in ſuis capitulis prouincialibus nominatus fuerit ad illã exercendam. 174.26

Ordinarij licentia, & approbatio requiritur, vt Regularis poſſit exercere curam animarum, nec ſufficit, quod illam habeat à ſuo Prælato Regulari, & ſi ſolum cum ea ſe ingerat ſine illa, incurrit in pœnas Clementinæ I. de priuil. 149.12

Ordinarij licentia, & approbatio requiritur, vt Regulares in Indiis poſſint exercere curã animarum, in qua ſubiecti ſunt Epiſcopis, ſi male ſe geſſerint. 176.27

Ordinarij poſſunt cognoſcere cauſas exemptorum, ſi iſti careant Conſeruatore, vel alio iudice, coram quo conueniri poſſint. 194. 13.& 14.& 19

Ordinarij tenentur tueri Regulares, & exẽptos, ſi non habent conſeruatorem, qui eos defendat. 196.23.& 25

Ordinariorum approbationem, inſtitutionem, vel collationem, habere non tenentur Regulares in Indiis, vt officium Parochorum exercere poſſint, cum ſufficiat, vt eam habeant à ſuis Superioribus Regularibus, vel capitulis Prouincialibus. 118. 4. Quod limita vt 26

Ordinariorum approbatione non indigere Regulares in Indiis, vt officium Parochorum exercere poſſint fuit conceſſum ex variis indultis ante Concilium Tridentinum, quod quidem illam reuocauit, & fuit iuſſum obſeruari per varias Regias ſchedulas. 168. 5. & ſequentibus.

Ordinariorum approbatione non indigere Regulares in Indiis, vt officium Parochorũ exercere poſſint, dummodo in ſuis Capitulis Prouincialibus eſſent nominati, & approbati, conceſſit Pius V. quod fuit reuocatũ à Greg. XIII. & poſtea confirmatum à Gregorio XIV. 169. 10.& 11

Ordinariorum approbationem neceſſario requiri, vt Regulares poſſint audire Secularium confeſſiones decreuit Vrbanus VIII. qui reuocauit genelariter omnia Indulta, & priuilegia, etiam per modum communicationis conceſſa, contrarium diſponentia. 174.24

Ordinariorum iuriſdictio quoad Regulares coarctata remanet ex variis priuilegiis ſummorum Pontificum. 180.12

Ordinario loci ſi non renunciauerint exẽpti infra duos menſes, nominationem conſeruatoris, per ipſos factam, poterũt coram Ordinario conueniri. 20.5

Ordinario non eſt maior delegatus, etiam Principis, abſolute loquendo. 26.16

Ordinario ſi ſimpliciter fiat delegatio, de eo quod iam habebat ex iuriſdictione ordinaria, non dicitur aliquid delegari, ſed de nouo reſtiſtitui, quod habebat, ſecus tamen ſi addantur verba, *Auctoritate noſtra, vel tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus*, quia tunc ordinaria mutatur in delegatam. 45. 25. & 26.

Ordinario iudici non debentur ſportulæ, ſecus vero delegato. 70.14

Ordinario ſubſunt Regulares, ab eoque corrigi poſſunt ratione officij patronatus, aut commiſſariorum, vltimarum voluñtatum. vel executorum teſtamentorum. 81. 11. & 22.

Ordinario loci ſunt ſubiecti Peregrini, in loco vbi actu commorantur. 101.43

Ordinario indicandum eſt nomen conſeruatoris electi per exemptos, qui eum nominauerunt, intra menſem à die electionis. 131. 2.& 12

Ordinario tenentur conſeruatores exhibere authenticum documentum ſuæ electionis ante exercitium ſuæ iuriſdictionis, ſub pœna nullitatis. 131.3

Ordinario, Superior eſt delegatus Apoſtolicus, in cauſa ſibi commiſſa. 200. 6

Ordinariis ſubiecti ſunt omnes Regulares, quoad adminiſtrationem Sacramentorum, & exercitium Parochorum, non obſtantibus quibuſcũque priuilegiis, ex conſtitutione Greg. XV. 172.19.& 20

Ordinariis iudicibus ſunt Superiores delegati ſummi Pontificis. 199.5

Ordinariis ſubiecti erant Regulares de iure antiquo, in omni caſu. 9.19

Ordinariis ſubſunt omnes exempti, etiam Regulares, ratione Beneficij, vel Parochialis Eccleſiæ. 176.29

Ordinarios protegit Regius Senatus Caſtellæ, vt poſſint procedere contra Regulares, vel alios exemptos, exercentes curã animarum in Monaſteriis virorum. ſeu mulierum, vbi adeſt Parochialis, nam in illa ſubiiciuntur Epiſcopo. 176.30

Ordinarios poſſunt punire Conſeruatores, tamquam delegati Sedis Apoſtolicæ, ſi eos impediant in ſuis conſeruatoriis, in caſibus in quibus procedere valent. 199.7.& 8

Ordinarium aliquẽ quandoque non habẽt pœnitentes, vt poſſint approbare confeſſarium ex vi priuilegiorum ipſorum pœnitentium, quales ſunt Peregrini, & Regulares. 101.42

Ordinaria iuriſdictio ſi diminuatur ex aliquo reſcripto, reſtringi debet tale reſcriptum. 9.18.

Ordinaria iuriſdictio naturaliter Epiſcopis ineſt & ideo qui exemptionem prætendit, debet titulum oſtendere. 134.2

Ordinaria, non delegata dicitur iuriſdictio, quæ muneri Epiſcopi, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, in perpetuum committitur, vt deinceps ex officio, Epiſcopis competat. 5.57

Ordinaria iuriſdictio mutatur in delegatam, ſi à Pontifice, Epiſcopo fiat dalegatio in cauſa, quam expedire poterat auctoritate Ordinarij, ſi in commiſſione adſit clauſula *Auctoritate noſtra, vel tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus.* 163.30

Ordinaria Iuriſdictio dicitur illa, quam exercet Capitulum Sede Vacante, nam iuriſfictione dicitur Epiſcopus ſucceſſor præmortui. 165.36

Ordinandus ante ordinationem, non poteſt ab Epiſcopo exigere promiſſionem de inſeruiendo certæ Eccleſiæ, etiam poſt obtentum beneficium ſimplex, reſidentiam non requirens. 231.15

Ordinatis promittit Ecleſia, vt ab ipſo die ordinationis fiat de foro ipſius. 230.8

Ordo verus Eccleſiæ eſt prima tonſura. 250.7

Ordo iuris ſi ſeruatur, nulla iniuria partibus irrogatur. 51.5

Ordo maior, vel æqualis reperiri non poteſt, quã dignitas Epiſcopalis. 122.2

Ordinis Epiſcopalis, quæ non ſunt, poteſt exercere Capitulum Sede Vacante, & gerit vices Epiſcopi defancti, & eſt quaſi œconomus futuri Epiſcopi in ſpiritualibus, & temporalibus. 165.38

Ordinis Epiſcopalis eſt conſecratio vaſorum ſacrorum, & aliarum rerum, requirentium ſacrã vnctionem. 152.8.& 15

Ordinis Epiſcopalis, quæ ſunt non poſſunt de iure efficere Prælati inferiores. 152.8

Ordinis, quæ ſunt, non videntur conceſſa per iuriſdictionem omnimodam datam à Papa alicui Prælato inferiori. 152. 10. & 11.

Ordinis, quæ ſunt, non poſſunt Epiſcopi Clericis, vel aliis quibuſuis delegare, bene tamen, quæ ſunt iuriſdictionis. ibid. 12

Ordinis Epiſcopalis, quæ ſunt, tenentur exempti poſtulare Epiſcopo. 152. 13. & 14.

Ordinis quæ ſunt non poteſt exercere Epiſcopus electus, & confirmatus, bene tamen omnia ea, quæ ad iuriſdictionem pertinent. 201.10

Ornamenta Eccleſiaſtica, & alia quæcunque ad diuinum cultum pertinentia, poſſunt benedicere Priores Conuentuales, & Guardiani, ſecluſis illis, in quibus Chriſma adhibetur. 151. 1. & 2. Quod limita vt n. 3.

Ornamenta, & alias res Eccleſiaſticas poſſunt ex priuilegio benedicere Abbates generales, & Conuentuales, Ciſtercienſium, exceptis illis, in quibus Chriſma requiritur. 151.2. & 3.

Ornamenta, & alia pertinẽtia ad cultum diuinũ poſſunt Epiſcopi viſitare in Eccleſiis exemptis. 172.18

Oues non debent reprehendere ſuum Puſtorem. 123.11

P

Papa ſi conceſſit alicui omnimodam Iuriſdictionem, videtur concedere quidquid Epiſcopus exercere poteſt pręter ea, quæ ordinis ſunt. 132.10.& 11

Papa poteſt concedere facultatem, & priuilegiũ conſecrandi vaſa ſacra, & alia requirentia ſacram Vnctionem, non ſolum Prælatis inferioribus, ſed etiam cuicumque Præſbytero. 152.9

Papa ſi pronunciat aliquem in Abbatem, vel Epiſcopum ore tenus, illico eſt Epiſcopus, ſeu Abbas, licet vt talis recipi non debeat, niſi litteris expeditis. 188.16

Papa ſupplere non poteſt, vt Sacramentum conficiatur ſine materia, & forma. 187. 13.

Papæ delegati non poſſunt eſſe Canonici Collegiatarum. 16.13

Papæ gratia non poteſt probari niſi per litteras. 59.8

Papæ delegatus, & Ordinarius ſi contendant ſuper competentia iuriſdictionis, delegatus cognoſcere debet, an ſit ſua, vel Ordinarij. 25.7

Papæ delegatus maior eſt Ordinario. 25. 7. & 9.

Par in parẽ imperium habere non poteſt. 200.13

Paria ſunt actionem non habere, vel inutilem habere. 8.13

Parendum non eſt iudici delegato, atteſtanti de ſua delegatione, quouſque exhibeat litteras ſuæ delegationis. 9.16

Parochiani Eccleſiæ Parochialis poſſunt audire Miſſas in diebus feſtiuis, in Oratoriis Domorum ruſticarum Regularium, nec poſſunt Parochi illud impedire, dummodo ſint erecta auctoritate Ordinarij. 136.6.& 140.26

Parochiani Eccleſiæ vnitæ Conuentui ſubſunt Religioſo deſtinato ad exercendã curã, quoad adminiſtrationem Sacramentorum, non vero Prælato Conuentus. 149.10

Parochialis Præſbyteri licentia, eſt neceſſaria, vt Regularis poſſit baprizare, aut eſſe patrinus. 176.28

Parochialis Eccleſia, & Curata vt gubernetur per Clericos Seculares, & non Regulares magis expediens eſt. 172.17

Parochialis Eccleſia ſi gubernetur per Regulares, ipſi ſubſunt Ordinariis quoad Parochialitatem. 176.29

Parochiales vnitę Conuentui non poſſunt gubernari per regulares ſine conſenſu ſuorum Prętatorum. 149.11

Parochialis Eccleſia dignior eſt Collegiata. 15. 8.& 9

Parochialium Clericos præcedere debent Canonici Collegiatæ. 15.10

Parochi licentia omnino eſt neceſſaria, vt Regularis poſſit miniſtrare Sacramenta matrimonij, Extremę-Vnctionis, & aliorum. 147. 1.& ſeq.

Parochi licentiam ſi non habuerit Regularis, exercens Sacramenta Matrimonij, & Extremę Vnctionis, aut aliorum, incurrit in excomunicationem, ipſo facto, reſeruatam Sedi Apoſtolicæ. 148. 3. Quod intellige vt 7

Parochi licentia non eſt neceſſaria vt Monachi S. Benedicti obſeruantiæ Hiſpaniæ, poſſint miniſtrare Sacramentum Extremæ-Vnctionis omnibus, qui intra ſepta Monaſterij infirmati fuerint, ex priuilegio particulari eis conceſſo, quod extende ad commnicantes cum illis. 148 5. & 6

Parochorum munere poſſunt fungi Religioſi in partibus Indiarum, in defectum Præſbyterorum; obtenta ſolum licentia à ſuis Superioribus, ex conceſſione Pij V. 150. n. 17.

Parochorum munere fungi poſſunt Regulares in Indiis, cum licentia Capituli Prouincialis, ex conceſſione Pij V. quæ hodie reuocata remanet ex alia conſtitutione Gregorij XV. 150.18

Parochorum officio fungi poſſunt Regulares ob defectum Clericorum Secularium, præcipuè in Indiis, ex variis Indultis, quæ poſtea fuerunt limitata, & reuocata. 168. 3. & 172. 19. cum ſeq.

Parochorum officium poterant Regulares olim exercere in Indiis cum ſola approbatione ſuorum Superiorum Regularium, nec indigere collatione, inſtitutione, aut licentia Ordinariorum. 168. 4. Quod limita vt 26. & ſequent.

Parochorum miniſterium, vt exercere poſſint Regulares in Indiis, fuit eis conceſſum ex variis indultis, ante Tridentinum obtentis, quod quidem illa reuocauit, & fuit iuſſum ita obſeruari per varias Regias ſchedulas. 168. 5. & ſequent.

Parochorum munus ſi exercuerit Regularis, ſubiectus manet Ordinario, quoad tale exercitiũ, & adminiſtrationem Sacramentorum, ex Bulla ſpeciali Greg XV. non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis. 172.19 & 20

Parochorum officium nullatenus exercere poſſunt Regulares in Eccleſiis Secularibus, niſi ob defectum Clericorum Secularium. 171. 12. & 13

Parocho ſubiiciuntur omnes fideles in receptione quorumcumque Sacramentorum præter ordinem. 149.13

Parochiale ius remanet radicatum in proprio Parocho quoad adminiſtrationem Sacramentorum. 144.13

Pars, quæ procurauit, vt iudex conſeruator excederet limites ſuæ iuriſdictionis, incurrit in pœnam excommunicationis. 24.2

Partes ſi diu litigarunt, & cauſa eſſet dubia, poſſunt compelli ad illam decidendam per compromiſſum, & tranſactionem. 64 39

Partibus nulla irrogatur iniuria, ſi ordo iuris ſeruetur. 51.5

Pater Æternus, inter alia, miſit in mundum Chriſtum Dominum, vt veram doctrinam hominibus doceret per prædicationem Verbi Dei. 106.10

Patres Societatis IESV, poſſunt audire Secularium Confeſſiones, dummodo per examen ab Epiſcopis approbationem obtineanr. 96.23

Patres Societatis IESV, habent priuilegium audiendi Secularium confeſſiones, & prædicandi Verbum Dei, quoties iter agunt, tam in Mari, quam in terra, habita vna approbatione, dummodo in locis, vbi Epiſcopi commorantur, obtineant licentiam, & in aliis, Parochi non renuant. 96.24

Patres Societatis IESV poſſunt eligere in ſuos Conſeruatores quaſcumque perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ex vi ſuorum priuilegiorum. 7.5

Pauci ſi ſint numero Clerici ſæculares, vel non reperiantur, qui curam animarum exercere valeant, tunc commendanda eſt Regularibus, donec ſæculares inueniantur, qui illud miniſterium adimplere poſſint. 171.14. & 15

Peccantibus, & pœnitentiam agentibus Deus veniam dare præcepit. 93.9

Pœna ſuſpenſionis afficiuntur Iudices Conſeruatores, ſi cognoſcant in caſibus, in quibus exempti ſunt ſubiecti Ordinariis, & eſt nullum quidquid effecerint. 29.8

Pœna triremium in Aragonia irrogari non debet, niſi latronibus. 229.10

Pœna priuationis à munere Conſeruatorum, & officio clericali, puniuntur Iudices Conſeruatores, ſi excedant ſuam iuriſdictionem, vltra caſus eis permiſſos, & ſententiæ ſunt nullæ. 29.5

Pœna extrinſeca ſecundum qualitatem delicti venit imponenda, quando lex pœnalis diſponit per verbum, *ſeuerè*. 126.28

Pœna graui puniendus eſt Regularis, vel alius exemptus, iniurians Epiſcopum, verbo, vel ſcripto. 125.26

Pœna ſuſpenſionis apponi poteſt quoad omnes Regulares vnius Monaſterij, quando ipſum totum deliquit, & afficit non ſolum communitatem, verum, & ſingulos. 155. 6. & 7

Pœna ſuſpenſionis imponi poteſt propter delictum, ea dignum. ibid.8

Pœnæ à iure impoſitæ contra Clericos negotiantes diſtrictius exequendæ ſunt aduerſus Regulares negotiatores. 143.9

Pœnæ agendæ, vel diminuendæ ſunt ſecundum qualitatem delicti. 181.2

Pœnis, & cenſuris poſſunt Epiſcopi procedere contra Regulares, & alios exemptos, concionantes, & audientes ſæcularium Confeſſiones ſine illorum approbatione, & hoc in vim Conſtitutionis Gregorij XV. 183.36

Pœnis, & cenſuris poſſunt procedere Epiſcopi in vim Conſtitutionis Gregorij XV. contra omnes exemptos concionantes, vel audientes ſæcularium Confeſſiones ſine illorum licentia, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem. 183. 37

Pœnam quam Regulares incurrunt ſi contraueniant Conſtitutioni Gregorij XV. poſſe diſpenſare Superiores ipſorum, plures tuentur, ſed contraria ſententia eſt verior, & tenenda. 12. 4. & 5. cum ſequent.

Pœnitentes aliquando nullum habent Ordinarium potentem approbare Confeſſarium ex vi priuilegij ipſius pœnitentis, quales ſunt Peregrini, & Regulares. 101.42

Pœnitentiæ Sacramentum poſſunt miniſtrare Regulares ſub territoriis, extra Conuentum, Conuentum, ſed non alia. 149.8

Penſio loco beneficij conſtituta tunc dicitur, quando datur in titulum, pro ſeruitio. 237.4. quod intellige vt 5. & ſequent.

Penſio excedens quantitatem ſexaginta ducatorum dicitur haberi loco beneficij. 238.6. quod intellige vt 7. & ſeq.

Penſio quæ procedit ex cauſa reſignationis beneficij dicitur habita loco beneficij, & qui illam obtinet, gaudet priuilegiis clericalibus. 238.7. & 8

Penſio Eccleſiaſtica ſi alicui fuit reſeruata, ſi talis non incedat in habitu, & tonſura, non gaudet fori priuilegio. 238.10

Penſionem Eccleſiaſticam qui obtinet, an gaudeat fori priuilegio. 237.2

Peregrini ſunt ſubiecti Ordinario loci, vbi actu commorantur. 101.43

Permiſſionem non poteſt concedere Concilium Prouinciale pœnitenti Suffraganeo Epiſcopi, vt poſſit eligere confeſſarium non examinatum, & approbatum à Suffraganeo. 94.14

Perſona priuata dicitur illa, quæ dignitate caret. 101.34

Perſonæ omnes, tam Eccleſiaſticæ, quàm Regulares ſunt ſubiectæ Epiſcopis, ſecluſis priuilegiis exemptiuis. 51.6

Perſonæ omnes Eccleſiaſticæ remanent ſub iuriſdictione Epiſcoporum de iure communi, & in eo habent fundatam intentionem, niſi ex aliquo priuilegio ſint exèmptæ. 58. 1. & 67.55

Perſonarum Iudices, & non territorij dicuntur, & ſunt Conſeruatores exemptorum. 27. 25

Perſonas exiſtentes extra Ciuitates, & Diœceſes, poterant olim Conſeruatores ad ſuum Iudicium trahere, ſed hodie eſt reſtrictum ex Conſtitutione Gregorij XV. 22. 3 & ſequent.

Perturbat animos innouare aliquid, quod non eſt in vſu, etiamſi aliqua vtilitas ſpectetur, maximè cum de cultu, & gloria Dei agitur. 110.30

Piarum voluntatum teſtantium ſunt Epiſcopi legitimi executores, & eis pertinet, vt ad vnguem exequantur. 81.12

Pius V. conceſſit Regularibus, vt in Indiis poſſent fungi munere Parochorum ſine licentia, & approbatione Ordinariorum, dummodo in ſuis Capitulis Prouincialibus eſſent nominati, & approbati, quod fuit reuocatum à Gregorio XIII. & poſtea confirmatum à Gregorio XIV. 169. 10. & 11

Pluralitas cauſarum ſi ſit commiſſa alicui reſpectu certi territorij, dicitur Delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum. 8.10. & 23

Plus vel minus non mutant ſubſtantiam rei, neque eam faciunt differre ſpecie. 238.6

Pontifex ſi de plenitudine ſuæ Poteſtatis diceret verbo, *Eſto Diaconus, vel Sacerdos*, etiamſi habeat intentionem ordinandi, non ex eo remanet ordinatus ille, cui talia verba dixit. 186.2

Pontifices diuerſi conceſſerunr varia indulta, vt Regulares, qui in Prouincias Indorum ſe transferrent, poſſent fungi munere Parochorum ob defectum Clericorum ſæcularium. 168. 3. quod limita vt 19. & ſequent.

Pontificis reſponſum, vel Epiſtola alicui perſonæ priuatæ tranſmiſſa ad aliquam conſultationem, vim decretalis habere plures Doctores tuentur. 114.53

Pontificis diſpenſationem ſi obtineant Regulares ob aliquam Eccleſiæ vtilitatem, vel neceſſitatem, poterunt obtinere beneficia ſæcularia curata. 109.2

Pontificis commiſſio obtenta ſuper eo quod non eſt, nullam tribuit iuriſdictionem, nec producit aliquem effectum. 27.21

Pontificis, vel Epiſcopi authoritate ſi non ſint erecta Oratoria, dicuntur priuata, & mutari poſſunt toties quoties libuerit. 139.23

Pontificis delegatio ſi Epiſcopo fiat in cauſa, quã expedire poterat authoritate Ordinaria, ſi in commiſſione adſit clauſula, *Auctoritate noſtra, vel tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus*, tunc ſuperior delegans videtur mutare illam ordinariam, in delegatam. 163.30

Portæ Eccleſiæ, & quæ eis ſunt contigua, gaudẽt illius immunitate. 250.20

Poſſeſſio adminiculata iuris præſumptione, idem operatur, ac priuilegium, & ideo æqualis titulus iudicatur ad obtinendum lite pendente. 64.39

Poſſidens immobilia non tenetur præſtare cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, dummodo ſint ſufficientia ad litis æſtimationem. 84.7

Praxis obſeruanda contra Regulares conueniendos coram Ordinario pro debito ciuili. 83.26

Praxis ſeruanda, quando contra Epiſcopos procedendum eſt. 201.19. & 20

Praxis puniendi Regulares, vel alios exemptos, quoties publice delinquunt extra clauſtra. 126.29

Præceptum non importat verbum, *Admoneo*, appoſitum in aliqua diſpoſitione, ſed conſilium tantum. 31.5

Prædicare in propriis Eccleſiis an poſſint Regulares non obtenta Epiſcopi licentia, vel ipſo cõtradicẽte, anceps eſt quæſtio. 108.23. & ſeq.

Prædicare ſi velint Regulares in propriis Eccleſiis, tenentur ſe coram Epiſcopo præſentare, vt ab eo benedictionem accipiant, & extra illas, neceſſaria eſt ipſorum approbatio, & licentia, & in vtroque caſu ſi contradicat non poterunt prædicare. 107.20. & ſeq.

Prædicare non poſſe Regulares, etiam in propriis Eccleſiis, contradicente Epiſcopo decreuerunt Greg. XV. & Vrbanus VIII. 108.23. & ſeq.

Prædicare poteſt Epiſcopus vbicumque in aliena diœceſi, dummodo Epiſcopus Diœceſanus non contradicat. 111. 33. & 34.

Prædicare publice ſi Epiſcopus velit in aliena diœceſi, non indiget benedictione Epiſcopi diœceſani, at ſi contradicat, prædicare nõ poterit, ſi illius conſenſus non procedat. ibid. 34. & 35.

Prædicare ſi velint Regulares, & alij exempti ſine Epiſcopi licentia, vel eo contradicente, poterit illos impedire, & coërcere tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus. 36. quæſt.1

Prædicare non poſſunt exempti, non petita benedictione,& obtenta licentia Epiſcopi, vbi tale miniſterium exercere intendunt. 118.2
Prædicare Verbum Dei,& ſecularium confeſſiones audire nemo poteſt ſine licentia,& approbatione Ordinarij illius loci,vel diœceſis,vbi talia miniſteria exercenda ſunt. 169.7
Prædicandi miniſterium originem habuit à Chriſto Domino,& ab eo fuit deriuatum in Apoſtolos, & ab ipſis in Epiſcopos. 106. 9.& 10
Prædicandi approbationem, vel denegationem dare,competit Epiſcopis, tamquam Ordinariis. 107.18.& 42
Prædicandi facultatem poteſt Epiſcopus Regulari interdicere, non reddita cauſa. 108.22
Prædicādi licentiam vt omnes, etiam Regulares exhibeant intra præſcriptum tempus, poteſt Epiſcopus iubere,& tenentur ſe abſtinere vſque ad exhibitionem. 118.3.& ſeq.
Prædicandi licentiam, vel reuocandi, facultatem habent de iure Epiſcopi in eoque fundant ſuam intentionem ad eum effectum. 118.4
Prædicandi licentias ſi Epiſcopus iubeat vt omnes exhibeant, non ex eo videtur illas reuocare. ibid.5
Prædicandi miniſterium ſi exerceant Regulares ſine Epiſcopi licentia,& approbatione, poteſt procedere contra illos,cum cenſuris, & aliis pœnis. 179.3
Prædicandi miniſterium ſi exerceant Regulares ſine Epiſcoporum approbatione, poſſunt ab eiſdem excommunicari, & aliis cenſuris affici. 179.5.& ſeq.
Prędicationis miniſterium præcipuum eſt munus Epiſcoporum. 106.12
Prædicationis miniſterium Epiſcopi antiquitus delegarunt in aliquos Præſbyteros, cum id per ſe efficere non poſſent, quia auctus fuerat numerus fidelium; obtenta tamen illorum benedictione, & approbatione. 106. n.13.
Prædicationis munus antiqui Canones Monachis prohibuerunt;poſtea tamen varia obtinuerunt priuilegia à Summis Pontificibus, vt id exercere valerent, cum prætextu autem, quod tenerentur ſeipſos Epiſcopis ſubiicere,tamquam eorum ſucceſſores. ibid.15
Prædicationis exercitio, ſi vti velint Regulares, ad eum effectum ſubiiciuntur Epiſcopis. 179.6
Prædicationis miniſterium poſſunt Epiſcopi prohibere, ne aliquis exerceat, & hoc ex iuriſdictione ordinaria.112.42.& 114.54 cum ſequ.
Prædicationis officium ſi exerceant Regulares ſine approbatione Epiſcoporum, non poſſunt ex eo cēſuris illaqueari,ſi aliquo priuilegio ad eum effectum fuerint muniti. 179.4. Sed plures contrariam ſententiam tuentur ib.5.& 13
Prædicator Verbi Dei debet vti Sacerdotali tonſura,ſimulque ſuſcipere Canonice benedictionem à ſuo Paſtore,et ſi contra fecerit deponi debet. 10.14
Prædicator non poteſt exercere miniſterium,ſine litteris patentibus, ex Concilio Mediolanenſi IV. 186.1
Prædia, ſeu domus ruſticę Regularium non gaudent Priuilegiis,& exemptionibus,quibus Monaſteria,in quorum dominio ſunt. 138.16. & 21.
Pręiudicium tertij ſi in aliquo actu adſit, non creditur Cardinali id aſſerenti, niſi exhibitis litteris. 60.10
Pręlatus,& ſubditus exempti poſſunt in aliquo caſu,eis vtili, ſe ſubiicere Epiſcopo diœceſano. 52.8
Pręlatus Regularis poteſt eſſe iudex delegatus, ſed non ex eo ſequitur,vt poſſit fungi munere conſeruatoris. 8.14
Prælatus Regularis ſi contendant cum Epiſcopo, ad quem pertineat iuriſdictio,aliqui tenuerūt, declarationem dubij pertinere ad Prælatum Regularem, ſed contraria ſententia plures tuentur. 69.6.& 7.cum ſeq.
Pręlatus Regularis, ſi requiſitus ab Epiſcopo, non punierit ſubditum ſuū,publice & cū ſcandalo delinquentē, cognitio deuoluitur ad Epiſcopum,qui poteſt illum punire. 126.30
Pręlatus Regularis ſi contra voluntatem Parochi Religioſi,ſubditi ſui,miniſtrauerit Sacramenta Matrimonij,Exeremę-Vnctionis, & aliorum incurrit in pœnas,& cenſuras Clem.I. de priuil. 149.9
Prælatus Regularis,etiamſi deputauerit Religioſum,vt exerceat curam animarum, non ex eo ſolo ſufficit,vt poſſit eam adminiſtrare,ſi non pręcedat ordinarij approbatio, & ſi in illa ſe ingerat,incurrit in pœnas,& cenſuras Clem.I. de priuil. ibid.12
Prælati Regulares poſſunt iuridice interpretari ſua priuilegia dubia, ſecundum opinionem aliquorum,ſed contraria eſt verior,& tenenda. 133.19.& 30
Prælati Regulares poſſunt interpretari priuilegia dubia pro conſcientiæ ſecuritate ſuorum ſubditorum. 73.34
Prælati Regulares,aut Abbates,etiam Benedicti non poſſunt conſecrare vaſa ſacra, patenas, pixides,&c.nec altaria,lapides,aut campanas, ſeu alia requirentia ſacrā vnctionē.152.6.& 7
Pręlati inferiores, non poſſunt de iure efficere, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis. 152.8
Prælatorum intentioni,ſubditos,& maxime Regulares,ſe promptos exhibere conſultiſſimum eſt. 156.11
Prælatis conſulendum eſt,ne propter vnius, vel alterius inſufficientiam onus commune omnibus imponatur. ibid.10
Prælatum Regularem obligare poteſt Epiſcopus vt puniat Religioſum delinquentem extra clauſtra,& ſi malitioſe eum ad alium conuentum mutet, reduci debet ad primum, & ſi ita non fiat, puniendus eſt ab eo Epiſcopo, vbi commoratur. 127.35.& 36
Prælatū Regularē monere debet Epiſcopus, vt puniat ſubditum ſuum, publice, & cum ſcandalo delinquentem, & ſufficit vna mentio. 128.38.& ſeq.
Prælatura,dignitate,aut beneficio nullus præficiendus,nec pro tali habendus eſt., ſine litterarum expeditione. 186.4
Præpoſitis,vel Nuntiis Principū,non creditur de delegatione,ſine exhibitione litterarum. 59.4
Pręſbyter,aut Diaconus,nō poſsūt prędicare verbū Dei ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ, aut Catholici Antiſtitis. 107.17
Præſentatio reſcripti,auferentis iuriſdictionem, eſt neceſſaria,vt ſublata dicatur. 60.12
Præſtimonia licet propriè non ſint beneficia, præbent tamen titulum ad Ordines ſuſcipiendos, & ideo ad tribuendum fori priuilegium. 231.16
Præſumi non poteſt aliquem in peccato mortali diſcedere voluiſſe. 243.6
Præſumptio illa ſemper ſumenda eſt, quæ excludat delictum. 241.9
Prima tonſura eſt verus Eccleſiæ ordo. 230.7
Prætendens exemptionem à Iuriſdictione Ordinaria ex aliquo priuilegio, tenetur illud exhibere, etiamſi in tali poſſeſſione reperiatur; maximè ſi vni parti aſſiſtat ius, & aliæ reſiſtat. 64.36
Pretioſior eſt tanto ſalus animæ, ſalute corporis, quanto diſtat corpus ab anima. 95. 20
Princeps ſi appoſuit clauſulas derogatorias in aliqua Conſtitutione, cenſetur ex eo reuocatas eſſe alias antecedenter, ſi de illis præſumitur, notitiam habuiſſe, quod coniecturari poteſt ex ipſis clauſulis appoſitis. 33.5
Princeps Supremus reuocat, & tollit ad ſui libitum priuilegia, quæ conceſſit quoad Iuriſdictionalia. 65.43.& 48
Princeps ſi delegauit aliquam cauſam, non ſimpliciter, ſed cum verbis prægnantibus, non datur appellatio ad immediatum, ſed ad ipſum Principem delegantem. 45.24. & 26
Princeps quando delegauit aliquam rem Iudici Ordinario in aliquo Concilio, vel lege,non habet rationem ad Ordinariam, ſed ad delegatam Iuriſdictionem. 45.24
Princeps ſolus poteſt dare licentiam ſepeliendi cadauera punitorum, dum exiſtunt ſub illius poteſtate. 255.62
Principes ſæculares licet poſſint diſponere circa vitam hominum, non tamen circa immunitatem Eccleſiæ. 251.33
Principis delegatus,abſolutè loquendo, non eſt maior Ordinario. 106.14
Priores, ſeu Guardiani Mendicantium poſſe fungi munere Conſeruatorum plures tuentur,ſed hodie contraria opinio eſt verior, & tenenda. 251.3
Priores,& Guardiani Mendicantium ſunt in dignitate conſtituti,& vt talibus poſſunt cauſæ committi. 7.4.& 5
Priores Conuentuales, ſeu Guardiani Mendicantium non poſſunt eſſe Iudices Conſeruatores. 7.6
Priores Conuentuales,& Guardiani poſſunt benedicere ornamenta, & alia ad diuinum cultum pertinentia ſecluſis illis,in quibus Chriſma adhibetur. 151.1.& 2
Priores,ſeu Guardiani, & alij quauis dignitate regulari fulgentes, non poſſunt eligi in Iudices Conſeruatores, ſed debent eſſe, qui gaudent dignitate Eccleſiaſtica ſæculari. 78. 6.196.27
Priuatio præſupponit habitum, 53.15
Priuatum Oratorium, ſitum in Prædiis ruſticis Regularium, in quo differat à publico. 128. 15
Priuatus ſepultura Eccleſiaſtica, non ex eo priuatur immunitate Eccleſiæ. 256.72
Priuilegium primum derogatum dicitur, quando conſtat de mente Principis derogare volentis ex quibuſcumque verbis, mentem declarantibus, etiamſi à proprietate verborum recedatur. 31.4.& 5
Priuilegium ſi concedat Princeps,eius mens, & animus argui debet ex geminatione, & multiplicitate clauſularum. 32.8
Priuilegium exemptiuum,vt operare poſſit contra Epiſcopum,vel alium Iudicem,notificandum eſt. 46.29
Priuilegium parum, aut nihil operatur, in iis, quæ quis ab ipſo iure habet. 53.15
Priuilegium,vel diploma, vt deroget diſpoſitionem iuris, vel Concilij Generalis, neceſſariò requiritur expreſſa illorum derogatio, aliàs non cenſetur reuocata. 45.21
Priuilegium non poteſt impedire generalem diſpoſitionem legis,ſeu ſtatuti, ſi non fiat ſpecifica derogatio. 48.32
Priuilegium,vt probet,exhibendum eſt integraliter,nec ſufficit quædam illius particula.59. 3.& ſequent.
Priuilegium qui allegat, tenetur illud oſtendere,vt ei fides adhibeatur. 60.13.& 14
Priuilegium requirit ſcripturam,& ſi de ea non doceatur,non præſumitur,nec ſufficit in quaſi poſſeſſione eſſe. 61.14
Priuilegium immunitatis Eccleſiæ principaliter tendit in eius honorem, & conceditur ratione loci. 256.74
Priuilegium eſt quid facti, & ideo non præſumitur,niſi probetur. 61.16
Priuilegium exemptionis non tenetur pars exhibere,ſi Iudici ſit notum. ibid.21.& 29
Priuilegium habent Mendicantes, vt non teneantur illud exhibere. ibid.21
Priuilegium hebent Religioſi Societatis Iesv, vt quoties dubium fuerit ſuper intellectu ſuorum priuilegiorum inter Iuriſperitos,& alios Iudices, in fauorem eiuſdem Societatis fiat interpretatio. 72.28.& 36
Priuilegium Vniuerſitati conceſſum non comprehenditur in generali derogatione priuilegiorum. 67.57. quod limita vt 58. & ſequent.
Priuilegium ſi ſit dubium,an intret,vel non;non impedit, vt Epiſcopus exerceat ſuam ordinariam Iuriſdictionem. 67.58
Priuilegium conceſſum alicui Religioni,vt Regulares ſemel in Vrbe à Vicario approbati cenſeantur approbati in toto Orbe abſque nouo examine; reuocauit Vrbanus VIII. per ſuam ſpecialem Conſtitutionem. 97.27. & ſeq.
Priuilegium Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi eſt ad tempus, quo finito conceditur de nouo, & prorogatur. 102.46
Priuilegium,ſeu gratia iis ſolum conceſſum videtur, qui in conceſſione expreſsè nominantur,vel ad ſummum, perſonis habentibus connexionem cum illis.113.49.quod intellige vt 62.& 63
Priuilegium, aut gratia reſtricta certis perſonis, & locis,non poteſt ad alias,vel alios extendi. 90.quæſt.9
Priuilegium licet eximat confeſſarium à Iuriſdictione Epiſcopi, non ex eo ſunt exemptæ oues ſuæ Diœceſis, vt audire poſſit confeſſiones,& ideo tenetur petere approbationem. 119.9.& 10

Priuilegium primum cenſetur derogatum,ſi in poſteriori fiat expreſſa mentio derogatoria illius. 133.18.& 19

Priuilegium declaratur ex Stylo Curiæ , qui declarat mentem concedentis. 133.20

Priuilegium ſi eximat Domos ruſticas Regularium , vt delinquentes confugientes ad eas non poſſint extrahi ,extenditur etiam ad hoſpitia. 137.13

Priuilegium conceſſum aliquibus Religionibus, vt Religioſi poſſint erigere altare portatile, tendit cum ipſis. 139.22

Priuilegium habēt Minores,vt poſſint miniſtrare ſacramentum Euchariſtiæ,& extræmæ vnctionis illis, quorum confeſſiones audierint, ſi Parochi ſine legitima cauſa diſtulerint illa conferre. 148. 3. & ſequen. quod limita vt 14

Priuilegium habent Minores miniſtrandi omnia ſacramenta familiaribus fratrum , & Tertiariis,illis ſeruientibus. 148.4.quod limita vt 14 & 15

Priuilegium habent Monachi S. Benedicti obſeruantiæ Hiſpaniæ miniſtrandi ſacramentum extremæ vnctionis omnibus, qui intra ſepta Monaſterij infirmati fuerint , abſque Ordinarij , vel Parochi licentia , vel aſſenſu. 148.5.& 6

Priuilegia concedentia Regularibus , & aliis, Iudices conſeruatores , ſunt odioſa. 9.17. & 19

Priuilegia omnia conceſſa quibuſcumq; perſonis,quatenus contraueniant decretis Tridentini,reuocauit Pius IV. 48.30

Priuilegia particularia dederunt exemptionem Regularibus, vt non eſſent ſubiecti iuriſdictioni Fpiſcopi Diœceſani. 52.10. & ſequen.

Priuilegia obtenta à Regularibus,eximentia eos à Iuriſdictione Epiſcoporum,non ſunt de iure,licet in iure reperiantur regiſtrata. 53. 17. & ſequen.

Priuilegia exemptiua valde detrahunt de Iuriſdictione Ordinariorum. 60.11

Priuilegia exemptiua ſi aſſerant Regulares habere,tenentur integraliter exhibere , vt fidem faciant. 59.2.& 66.56

Priuilegia idem opperantur,ac poſſeſſio , iuris præſumptione adminiculata, & ideo æqualis titulus iudicatur , ad obtinendum lite pendente. 64.39

Priuilegia in corpore iuris clauſa non indigent exhibitione,quia per ſe ſunt nota. 65.44

Priuilegia varia conceduntur in iure ſcholaſticis ſtudentibus. 65.41

Priuilegia,ſi requirat Epiſcopus,vt exempti exhibeant , tenentur ea exhibere congruo aſſignato termino,aliàs non poterunt ſe eximere. 60. 13

Priuilegia varia licet ſint in iure conceſſa ſcholaſticis ſtudentibus , nihilominus vt poſſint, probanda eſt qualitas ſcholaſtici. 65.42

Priuilegia quæ ſunt notoria notorietate iuris,vel facti permanentis, quod nulla tergiuerſatione celari poſſunt,vt fidem faciant,non eſt opus exhibitione,ſecus de aliis. 65.43.& 48

Priuilegia omnia ſubiacent reuocationi , vel moderationi , quia in ſe continent tacitam conditionem,quandiu Princeps voluerit. 65. 44.& ſequen.

Priuilegia exemptiua à Iuriſdictione Ordinariorum tenentur exhibere Regulares,vt proficere poſſint. 69.1

Priuilegia etiam in corpore iuris clauſa, poſſunt variari,ſeu moderari. 66.53

Priuilegia,quæ cōceſſit Princeps ſupremus quoad iuriſdictionalia,poteſt ad ſuum libitum reuocare,aut moderare. 65.45

Priuilegia exemptiua an comprehendant caſum de quo cōtrouertitur,quis cognoſcere debeat. 69.3.& 7.& ſequen.

Priuilegia Regularium,tangentia propriam Ordinariorum Iuriſdictionem,non poſſunt Regulares interpretare. 69.5.& ſequen.

Priuilegia dubia,aut leges,poteſt Iudex inferior interpretari per rationem aliquam naturalem, & veroſimilem. 72.23.& 26

Priuilegia exemptiua,quæ habent Regulares,nō poſſunt ſui Prælati interpretari iudicialiter, bene tamen doctrinaliter,& magiſtraliter,& tunc ſubditi tenentur ſtare talibus declarationibus,pro ſecuritate ſuarum conſcientiarum. 72.24.& 25.

Priuilegia exemptiua à Iuriſdictione Ordinariorum regulariter ſunt contra ius,vel præterius. 186.q.24.per tot.

Priuilegia dubia poſſe Prælatos Regulares,etiam iudicialiter interpretari, aliqui defendunt,ſed non bene. 73.29.& 30

Priuilegia Iudicum conſeruatorum reducta ſunt ad terminos,& iuxta metas conſtitutionis Gregorij XV. 77.3.& 4.

Priuilegia omnia,quæ habent Regulares,pro libere audiendis confeſſionibus ſecularium, reduxit Tridentinum,& decreuit,vt id officere non poſſent,niſi præuio examine,& approbatione Epiſcopi illius diœceſis,vbi tale miniſterium exercere intendunt. 94.13

Priuilegia obtinuerunt aliqui Regulares,vt poſſent audire ſecularium confeſſiones,obtenta ab Epiſcopo vna approbatione,nec aliā indigere,etiamſi ſe transferant in diuerſam diœceſim , quæ reuocata exiſtunt per Tridentinum ſeſſ.13.cap.25.de reformat.96.22.& 23.

Priuilegia omnia , & indulta , conceſſa , etiam in modum communicationis , pro audiendis confeſſionibus ſecularium ſine examine , & approbatione Ordinariorum,reuocauit Vrbanus VIII. 96.25.& 26

Priuilegia Regularium , vt poſſent audire ſecularium confeſſiones ſine approbatione Epiſcopi,vbi confeſſio eſt facienda,ſunt ſublata.105. 1.& 2

Priuilegia omnia, & exemptiones,conceſſæ Regularibus,ceſſant quoad diſpoſita in Tridentino , in decretis ipſorum Regularium.115. 60

Priuilegia omnia quibuſuis conceſſa, etiam per modum communicationis,audiendi ſecularium confeſſiones ,& prædicandi verbum Dei ſine examine,& approbatione Ordinariorum , reuocauit Vrbanus VIII. 118.4

Priuilegia exemptiua ſi non oſtendantur, omnes commorantes in diœceſi ſunt ſubiecti Epiſcopo. 134.5

Priuilegia, quæ ſunt contra Iuriſdictionem ordinariam tenentur inſinuare,& renunciare Regulares,& alij exempti , vt aliquid operentur. 134.1.& 8

Priuilegia exemptiua , quibus Regulares gaudent , ſi ſint notoria , an teneantur exhibere coram Epiſcopo. 134.7

Priuilegia quæ detrahunt de iis quæ Epiſcopus habet,vt Ordinarius,ſunt odioſa, & ideo reſtringenda. 140.27.& 29

Priuilegia conceſſa Ciuitati non extenduntur ad villas,ſuburbia,& Domos ruſticas illius,ſi adeſt Tertij præiudicium, 140.18.& ſequn.

Priuilegia Regularium an debeant ad eorum fauorem interpretari. 183.32

Priuilegia,gratiæ, & Indulgentiæ concedi poſſunt verbo tantum,ſine ſcripto. 187.6. & 9

Priuilegia vt reuocata cenſeantur,non eſt neceſſaria inſertio in ſecundo de verbo ad verbum,ſed ſufficit,quod Princeps declaret ſuam mentem per clauſulas derogatorias prægnantes. 33.7

Priuilegij exhibitio non eſt neceſſaria , quando exemptio eſt notoria;ſecus autem ſi fuerit dubia. 61.18.& ſequen.

Priuilegij exemptiui exhibitio eſt neceſſaria, vt aliquid operetur contra iuriſdictionem Ordinariam. 61.17

Priuilegij exemptiui verba ſi ſint clara,& manifeſta,& Ordinarius,velit procedere contra exemptum, poterit recurrere ad Conſeruatorem,ſecus autem,ſi ſint obſcura, & ambigua. 71.19

Priuilegij verba ſi ſint obſcura , dubia , vel ambigua , recurrendum eſt pro interpretatione ad ſupremum Principem. 71. 20. & ſequen.

Priuilegij tenor attendendus eſt , nec de eo iudicari debes , niſi toto tenore inſpecto. 64.34

Priuilegiorum derogatio in ampliſſima forma facta,an præiudicet ſi non fuerit intimata,& inſinuata religioni priuilegiatæ.132.15.& 18. cum ſequen.

Priuilegio fori non priuatur Clericus in minoribus conſtitutus, qui recuſauit frequentare ſcholas , ſi adſit probabilis ſpes,redeundi ad illas. 232.25

Priuilegio fori gaudet clericus habens penſionem loco beneficij,& quæ hæc dicatur. 237.3 & 4.cum ſequen.

Priuilegiis ſuorum Ordinum poſſunt vti viri collegialiter viuentes , aut cum Religioſis Clauſtralibus,& fœminæ virginalem, cælibē, vel vidualem vitam ducentes , non verò ſi ſeparatim , & in propriis domibus viuant.149. 15.& 16

Probatio clara vbi datur contra Reum , non eſt ei fauendum. 62.27

Probatio ſemiplena requiritur vt declaretur cōpetentia Iuriſdictionis inter Iudicem Eccleſiaſticum & ſecularem,ad quem illorum pertineat. 224.11

Probatio maior nulla datur quam oris confeſſio. 235.12

Probatio ſemiplena requiritur,vt delictum qualificari poſſit pro prodicionali , ad effectum gaudendi,vel non immunitate. 243.4

Probatio gratiæ,ipſiuſque iuſtificatio non poteſt fieri niſi litteris expeditis. 187.13

Probationes admitti non debent poſt concluſum in cauſa,ſed tenetur Iudex ſententiam ferre ex allegatis & probatis. 223.4

Proceſſus actitatus in Aragonia,in cauſa competentiæ Iuriſdictionis coram Arbitris , qui non concordarunt , influit , & eſt pars proceſſus actitandi coram Cancellario 234.4

Proceſſus actitatus coram Arbitris in cauſa cōpetentiæ iuriſdictionis an produci debeat coram Cancellario in Aragonia , & quare hoc fieri debeat. 234.4

Proditio,vt talis dicatur præciſſe requirit dolum, ſeu machinationem doloſam abſconditæ mētis ad decipiendum alterum,in quæ non cadit illius ſuſpicio. 223.6

Proditionale non dicitur delictum,ſi crimini præceſſit inimicitia. 240.6.

Proditionale crimen tunc dicitur quando aliquis interficit eum , qui nullam cauſam habuit , ſe præcauendi ab interfectore. 240.5

Proditionale delictum eſſe non probatur ex indicio confeſſionis interfecti,& ex fama, ſi non ſint alia adminicula. 244.11

Productio,ſeu manifeſtatio librorum , aut memorialium , vel allegationum, declarantium acquiſitiones Religioſorum,ex quarum cauſa prætendunt Eccleſiæ fraudari iure decimarum , non poteſt impediri per Iudicem Conſeruatorem. 86.2.& 8.cum ſequent.

Producere poſſunt Epiſcopi libros,allegationes, & memorialia coram iudice competente, pro tuendis iuribus Cathedralium; præcipuè ſi declarent immoderatas acquiſitiones exemptorum,in præiudicium Eccleſiarum , & ex eo non poſſunt ad Conſeruatorem recurrere. 90.25

Productio inſtrumenti , vel ſcripturæ , facta ab vna ex partibus litigantibus operatur,vt contra ipſam probet. 234. 4. quod intellige vt 5

Prohibitus aduocare, non prohibetur conſulere in Camera,& in ſcriptis,etiamſi ſit Clericus, vel Religioſus. 248.12

Propalatio facta ab aliquo,non vt Iudice,ſed vt priuato non repellit eum à iudicando. 244. 14

Proteſtatio facta per partem producentem aliquod inſtrumentum , vt ſolum ſit ad vnum, vel alterum effectum,nihil releuat. 234.4

Publicus latro , vt quis dicatur, vt immunitate Eccleſiæ non gaudeat, non ſufficit id probare præſumptiuè,ſed fieri debet verè, & realiter. 250.25

Publicus latro dicitur ille , qui deprædatur palam,& publicè,vel per inſidias in via publica. 260.14

Publicus latro non dicitur qui in iudicio confeſſus fuit latrocinium,vt immunitate Eccleſiæ non gaudeat. 251.28.& 29

Publicus latro vt pro tali habeatur ,ex ipſo delicto , diuerſus eſt ab eo , qui fuit effectus latro publicus ex pronunciatione ſententiæ 252.35

Publici latrones an dicantur furantes per vim in domibus priuatis,& an idem ſit ſi pluries id efficiant. 251.31

Publicè,& cum ſcandalo extra clauſtra ſi delinquat Regularis in vna Diœceſi , & ad aliam ſe transferat , reduci debet ad locum vbi deliquit , vt ibi puniatur, aliàs Ordinarius loci, ad quem ſe tranſmiſit,ſi fuerit requiſitus,debet illum punire. 127.34.& 35

Publicum dicitur oratorium , ſi fuerit erectum cum auctoritate Pontificis , vel Epiſcopi, & differt à priuato. 138.15

Publicè ſi delinquat Regularis extra clauſtra, quid efficere debeat Ordinarius, vt puniatur. 126.29

Publicæ vtilitatis, & poteſtatis munus eſt, rationem teſtamentariam exigere, & hoc eſt introductum in commune bonum Reipublicæ. 82.19

Punire nemo poteſt ſibi iniuriantem, niſi iniuria redundet in dignitatem, vel officium, iniuria affecti. 99.35

Punire poteſt Epiſcopus malefactores pro iniuria ei illata, etiamſi exempti ſint. 125.25

Puniri poſſunt Regulares ab Ordinariis in pluribus caſibus, in quibus ei ſunt ſubiecti. 27.26

Puniri poſſunt ab Epiſcopo Iudices Conſeruatores, extendentes ſuam Iuriſdictionem vltra id, quod eis eſt permiſſum. 29.6

Puniendi non ſunt collectiuè omnes Regulares vnius Monaſterij, ex eo quod vnus, vel alter deliquerunt. 155.3

Puniendi non ſunt Innocentes ex eo, quod communitas, vbi exiſtunt, delinquat. ibid.

Punitio, & correctio delinquentium non modicum augmentum reformationis, & honoris vindictæ publicæ tribuit, etiam in Regularibus. 126.32

## Q

Qualitas ſcholaris probanda eſt, vt priuilegia coucesſa ſtudentibus operari poſſint. 65.42

Qualitas quædam eſt iuriſ dictio, quæ naturaliter in homine non ineſt, & ideo qui illam prætendit, tenetur oſtendere titulum. 134.2

Qualitas Iudicis ſynodalis neceſſario requiritur, vt quis fungi poſſit munere Iudicis Conſeruatoris, etſi non reperiatur ſynodalis, an ſine ea qualitate nominari poſſit. 193.5. & ſequen.

Qualitas reſultans ex delicto extinguitur per complementum pœnæ. 256.75

Qualitates nullæ ſunt, non entis. 27.21

Qualitates requiſitæ in Conſtitutione Gregorij XV. circa Conſeruatores, copulatiue omnes ſunt neceſſariæ. 197.29

Qualitatis contemplatione, vel ratione, ſi competat alicui iuriſdictio, tenetur prius illam verificare ante exercicium. 27.20

Qualitatibus, & requiſitis Bullæ Gregorij XV. ſi careant Iudices Conſeruatores, non poſſunt exercere talem Iuriſdictionem. 76.1. & 2.

Quæ ſunt propria Ordinis Epiſcopalis, nec conſuetudine, nec præſcriptione acquiri poſſunt ab eo, qui illa exercere nõ poteſt. 153.14

Quercus, & Caſtaneas ſi habeant Clerici ex propriis bonis, poſſunt emere ſues, eoſque alere, pro ſua & familiæ ſuſtentatione. 144.16

Qui cõfiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt. 93.9

Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua acquirunt, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. 142.4

Qui rem ab alio furatam apud ſe retinet, nec eam domino reſtituit, facit contra iuſtitiam. 254.54

Quod quis verbo non expreſſit, non videtur mente cogitaſſe. 255.67

## R

Ratio eadem vbi viget in quacumque diſpoſitione, debet etiam procedere eadem iuris diſpoſitio. 13.9

Ratio legis vbi eſt eadem, dicitur eandem legem adeſſe; licèt non extenſiuè; ſaltem comprehenſiuè. 114.52

Rationem teſtamentariam exigere, eſt munus publicæ poteſtatis, introductum in commune bonum Reipublicæ. 82.19

Rationem exigere poteſt Ordinarius omnibus exemptis, ſi exequutores ſint teſtamentarij, pro legatis, & aliis operibus piis; in teſtamento relictis. 80.7

Regius Senatus Caſtellę protegit Ordinarios, vt poſſint procedere contra Regulares, vel alios exemptos, exercentes curam animarum in Monaſteriis virorum, ſeu mulierum, vbi adeſt Parochialis, nam in illa ſubiiciuntur Epiſcopo. 170.30

Regula immediata ad valorem confeſſionis non eſt Ordinarius pœnitentis, ſed cui confeſſarius ſubordinatur, in ordine ad tale miniſterium. 101.42

Regularis vnius Conuentus, vel Monaſterij non poteſt eligere in ſuum Conſeruatorem Guardianum, vel Priorem alterius Conuentus. 8.11.& 12

Regularis approbatus in vna Diœceſi ad audiendas confeſſiones, non cenſetur approbatus in altera, ſed requiritur noua. 93.5. & 8

Regularis non poteſt audire ſæcularium Confeſſiones ſine approbatione illius Epiſcopi, vbi Confeſſio fit, non obſtante quocumque priuilegio, vel conſuetudine, aut alio quouis prætextu. 105.1.& 2

Regularis quod concionetur in propria Eccleſia ſine licentia Epiſcopi longe differt, ac ſi prædicet contradicente Epiſcopo. 109.28. & 36

Regularis ſi inſurgat contra Epiſcopum maledictis verbo, vel ſcripto, puniendus eſt pœnis à iure ſtatutis. 125.21

Regularis, vel alius exemptus iniurians Epiſcopum, verbo, vel ſcripto, qua pœna puniendus ſit. ibid.26

Regularis, & quilibet exemptus ſi publicè delinquat extra clauſtra, quid efficere debeat Ordinarius, vt puniatur. 126.29

Regularis Prælatus, ſi requiſitus ab Epiſcopo, non punierit ſubditum ſuum, delinquentem publicè, & cum ſcandalo, pertinet cognitio ad Epiſcopum, & ipſe poteſt illum punire. ibid.30

Regularis publicè, & cum ſcandalo delinquens extra clauſtra poteſt deduci ad carcerem Epiſcopalem, & ſumpta informatione remitti debet ad ſuum Superiorem copia proceſſus, vt eum puniat intra certum tempus, dummodo informatio fiat ſine mora & breui tempore. 126.31. & ſequent. quod intellige vt 41

Regularis ſi in vna Diœceſi publicè, & cum ſcandalo delinquat, & ad aliam ſe transferat, reduci debet ad locum delicti, vt ibi puniatur,

tur, & ſi ita non fiat, tunc Ordinarius loci ad quem ſe tranſmiſit, ſi requiſitus fuerit, poterit illum punire. 183.34.& 35

Regularis ſuperior tenetur mittere Epiſcopo ſententiam, & eius executionem cõtra Regularem delinquentem publice, & cum ſcandalo extra clauſtra, miſſum ab Epiſcopo ad eum effectum. 184.59.& 43

Regularis delinquens notorie, & cum ſcandalo intra Eccleſiam puniri debet, ad præſcriptum Tridentini ſeſ. 25. cap. 14. de Regul. 184. 40. & ſequentibus quod intellige vt 48

Regularis ſtatus ex ſua natura petit, non implicari, negotiis ſecularibus, ſed Deo vacare, & fugere pericula contra paupertatem religioſam. 146.31

Regularis, aut quilibet alius Exemptus non poteſt audire ſecularium confeſſiones, niſi ab Epiſcopo ſit approbatus. 154.1

Regularis ſi audierit Secularium confeſſiones, vel concionauerit ſine Epiſcopi approbatione, poteſt ab eo puniri etiam cum cenſuris. 183.34

Regulares Prælati non ex eo, quod poſſint eſſe iudices delegati, ſequitur, quod poſſint fungi munere conſeruatorum. 8.14

Regulares de iure antiquo in omni caſu erant Ordinariis ſubiecti. 9.19

Regulares eligentes conſeruatorem contra formam præſcriptam à Gregorio XV. priuantur voce actiua, & paſſiua, & ſolus Papa poteſt concedere habilitationem. 11. 3. & ſequentibus.

Regulares ſi contraueniant conſtitutioni Gregorij XV. quoad conſeruatores, poſſe Superiores Regulares in pœnis diſpenſare plures tuentur, ſed contraria ſententia eſt verior, & tenenda. 12.4.& ſeq.

Regulares tenentur exhibere inſtrumentum nominationis Iudicis conſeruatoris pœnes acta curiæ Epiſcopi, illius diœceſis, vbi nominatus fuit. 20.2

Regulares non poſſunt eſſe actores coram ſuo iudice conſeruatore. 21.1

Regulares an poſſint conueniri coram conſeruatore pro debito ciuili. 21.3

Regulares in pluribus ſunt ſubiecti, & poſſunt puniri ab Ordinariis. 27.26

Regulares ſunt exempti à Iuriſdictione Ordinaria Epiſcoporum. 42.2

Regulares non poſſunt vti conſeruatoribus, niſi quando eis fit notoria iniuria, & manifeſta violentia. 42.3

Regulares non poſſunt vti conſeruatoribus contra Epiſcopos in caſibus, in quibus procedunt in vim Tridentini tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati. 42. 5. & 9. cum ſequentibus.

Regulares poteſt compellere Epiſcopus; vt in ſuis Monaſteriis habeant lectionem ſacræ Scripturæ, ſi id commode fieri poteſt. 43.7

Regulares ſunt ſubiecti Epiſcopis in multis caſibus, licet aliàs ſint exempti ab eorum iuriſdictione. 52.8

Regulares, & aliæ quæcumque perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt ſubiecti Epiſcopis, priuilegiis exemptiuis. 51.4.6

Regulares, & alij exempti non poſſunt recurrere ad conſeruatores, quando Epiſcopus aliquid illis præcipit, in quo ei ſubſunt in vim Tridentini, aut conſtitutionum Apoſtolicarum, vel aliàs ex iuris diſpoſitione. 51.4.& 6

Regulares exempti, tam Prælati quam ſubditi poſſunt ſe ſubiicere Epiſcopo diœceſano in caſu, ſibi ipſis vtili. 52.8

Regulares ſunt exempti à Iuriſdictione Epiſcoporum in cauſis, quæ ſunt intra regulam. 51.& 10. cum ſequen.

Regulares de iure antiquo fuerunt in omnibus & per omnia ſubiecti Iuriſdictioni Epiſcopi Diœceſani, donec per particularia priuilegia exempti remanſerunt. 52.11.& ſequen.

Regulares ſunt ſubiecti de iure, Iuriſdictioni, & punitioni Epiſcoporum, licet aliàs ſint exempti ex priuilegiis, in iure regiſtratis. 47.q.17. & 153.q.19. cum ſeqq.

Regulares appellare non poſſunt à ſententia eis data per viam pœnitentiæ, & correctionis. 55.27

Regulares punire poteſt Epiſcopus iudicialiter, quando delinquunt extra regulam, non ſolum per viam accuſationis, ſed etiam quando per viam inquiſitionis proceditur. 56.35

Regulares Monachi non ab Epiſcopo, ſed ab ipſorum Abbate corriguntur, & puniuntur, quando delinquunt contra regulam, & alias eorum delicta extra regulam non eſſent delicta. 56.36

Regulares, & alij exempti, ſi aſſerant habere priuilegia exemptiua à iuriſdictione Ordinariorum, tenentur ea integraliter exhibere, vt operari poſſint. 59. 2. & 66. 56. & 69.1.

Regulares in aliquibus caſibus ſunt ſubiecti Epiſcopis. 69.7. & ſeq.

Regulares, an ſint ſubiecti ſuo Prælato, vel Epiſcopo, ſi dubium oriatur, declarandum eſſe per Prælatum Regularem aliqui tenuerunt, ſed contrariam ſententiam plures tuentur. 69.7. & ſeq.

Regulares Prælatos poſſe etiam iudicialiter interpretari ſua priuilegia dubia, plures tuentur ſed non bene. 71.20.& 30

Regulares Prælati, ſeu Abbates inferiores, non habentes territorium, & iuriſdictionem, non poſſunt interpretari iudicialiter ſua priuilegia; bene tamen doctrinaliter, & magiſtraliter pro ſecuritate conſcientiæ ſuorum ſubditorũ. 72.24.& 34

Regulares non poſſunt eligere in ſuum Conſeruatorem Priorem, ſeu Guardianum alterius conuentus, vel quemuis alium, dignitate regulari fulgentem, ſed debere eſſe præditum dignitate ſeculari. 78.6

Regulares ſunt ſubiecti Epiſcopis in cauſis miſerabilium. 80.2

Regulares conueniendi ſunt coram conſeruatore, ſi fuerint Rei, non verò Auctores. 80.3

Regulares an conuenire poſſint debitores ciuiles coram conſeruatore, vel coram Ordinario anceps eſt quæſtio. 80.5 & ſeq.

Regulares poteſt Ordinarius punire pro delictis, commiſſis in executione teſtamenti pro legatis piis, & adminiſtratione bonorum, ad eum effectum deſtinatorum. 80.8.& 19.& ſequent.

Regulares poſſunt corrigi per Epiſcopos, & viſitatores

tatores Ordinarios ratione officij patronatus, aut commiſſariorum vltimarum voluntatum, vel executorum teſtamentorum. 81.11.& 22

Regulares pro contractibus, vel debitis, ſi intra Monaſteria maneant, conueniendi ſunt coram Conſeruatoribus, ſi illos habeant ad præſcriptum Bullæ Gregorij XV. 82.23. & ſequent.

Regulares non poſſunt habere in particulari bona immobilia. 84.8

Regulares, & alij exempti non tenentur præſtare cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, quando aſſumunt Conſeruatorem ad iura, ſeu priuilegia tuenda. 85.12

Regulares nominare poſſunt Conſeruatores pro manifeſtis iniuriis non ſolum realibus, verum & etiam verbalibus, factis Religioſis, aut Religionibus. 88.17. quod intellige vt 22. & ſequent.

Regulares omnes, vt audire poſſint ſæcularium Confeſſiones, neceſſariò prius habere debent approbationem illius Epiſcopi, in cuius Diœceſi commorantur. 92.2.& ſequent.

Regulares aliqui obtinuerunt priuilegia audiendi ſæcularium Confeſſiones, obtenta ab Epiſcopo vna tantum approbatione, nec alia indigere, etiamſi ſe transferant in diuerſam Diœceſim, nam Tridentinum ſeſſ. 23. c. p. 15. de reform. reuocauit talia priuilegia. 96. 22. & 23

Regulares quando ab Epiſcopo examinantur, ſtare debent, nec conqueri poſſunt ex eo, quod non ſedeant. 99.32

Regulares, & Peregrini aliquando nullum habent Ordinarium, potentem approbare Confeſſarium ex vi ſuorum priuilegiorum. 101. 42

Regulares, & alij exempti ſunt ſubiecti Epiſcopo, vt ſine ipſius approbatione non poſſint audire fidelium Confeſſiones. 105.3

Regulares ſubditi ſunt Epiſcoporum in his, in quibus non ſunt exempti, & pœnæ contra tranſgreſſores ſuorum præceptorum comprehendunt eos, ſicut & cæteros, in quo æquales ſunt. 105.3.& 4

Regulares poteſt compellere Epiſcopus ſub cenſuris Eccleſiaſticis, in caſibus, in quibus de iure communi, ſacris Conciliis, Conſtitutionibus Apoſtolicis, in illis Iuriſdictio attribuitur. 105.5.& 6

Regulares, & alij exempti ſubiiciuntur Epiſcopis, vt non poſſint ſæcularium Confeſſiones audire, ſi ab eis idonei non fuerint iudicati, non obſtante Clem. Dudum, de ſepulturis. 105.6

Regulares, & alios exemptos poteſt Ordinarius punire, etiam cum cenſuris, ſi audierint ſæcularium Confeſſiones ſine ipſius approbatione. 105.7

Regulares audientes ſæcularium Confeſſiones ſine approbatione Epiſcopi, an poſſint ab eo excommunicari propter inobedientiam, anceps eſt quæſtio, & reſoluitur affirmatiuè. 105.8

Regulares prædicare volentes in ſuis Eccleſiis, tenentur ſe coram Epiſcopis præſentare, vt ab eis benedictio concedatur, at extra illas, neceſſaria eſt licentia, & approbatio, & in vtroque caſu ſi Epiſcopus contradicat, concionare non poterunt. 107.20.& ſeq.

Regulares concionantes ſine licentia, & benedictione Epiſcopi poſſunt ab eo coërceri, & puniri, etiam cum cenſuris Eccleſiaſticis. 107. 21.& 111.34. cum ſequent.

Regulares non poſſe concionare, etiam in propriis Eccleſiis contradicente Epiſcopo decreuerunt Gregorius XV. & Vrbanus VIII. 108. 23. cum ſequent.

Regulares an poſſint prædicare in propriis Eccleſiis, non obſtante Epiſcopi licentia; petita tamen benedictione; imò etiam ipſo contradicente, anceps eſt quæſtio, quæ reſoluitur negatiuè. 108.13. & ſeq.

Regulares & alios exemptos poteſt Epiſcopus, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, coërcere, & punire, ſi prædicent Verbum Dei ſine ipſius approbatione, vel eo contradicente, ex quadam conſtitutione Gregorij XV. & altera Vrbani VIII. 109. 37. & 46. cum ſequent.

Regulares ſunt ſubiecti Epiſcopis in omnibus decretis Tridentini, de eiſdem diſponentibus non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis. 115.59

Regulares non poſſunt audire ſecularium confeſſiones, vel prædicare Verbum Dei non petita benedictione, & obtenta licentia Epiſcopi, illius loci, vbi talia miniſteria exercere intendunt. 118.2

Regulares poteſt punire Epiſcopus, etiam cum cenſuris, ſi audierint Secularium confeſſiones, vel concionauerint ſine illius licentia, & approbatione. 119.12.& 13

Regulares ſi delinquant concionando, vel audiẽdo confeſſiones ſine licentia, & approbatione Epiſcopi, puniendos eſſe à ſuis Superioribus Regularibus plures defendunt, ſed hodie in praxi hæc opinio admitti non debet. 120.14

Regulares tenentur exhibere ſuas licentias concionandi, & audiendi confeſſiones, quoties Epiſcopus præceperit, vt intra præſcriptum tempus illas exhibeant. 120.17

Regulares & omnes exempti maximam reuerẽtiam, & venerationem tenentur præſtare Epiſcopis. 132.13.& 19

Regulares, & alias perſonas nõ poteſt Epiſcopus eximere ab obſequio, & reuerentia, debita Epiſcopis, ratione dignitatis. 124. 16. & 17.

Regulares, & alij exempti ſi publice, & extra clauſtra delinquant, quomodo puniendi ſunt. 123.12.& 29

Regulares, & alij exempti tenentur inſinuare, & renunciare ſua priuilegia, quæ ſunt contra iuriſdictionem ordinariam. 134.1.& 8

Regulares poſſunt ſine licentia Ordinariorum conſtruere oratoria priuata in ſuis prædiis ruſticis, ſeu Grangiis. 136.4.& 22

Regulares, & clerici negociatores amittunt priuilegium clericale, & excommunicantur, ſimulque incidunt in ſuſpenſionem, ac depoſitionem. 143.7.& 8

Regulares poſſunt vendere fructus prouenientes ex bonis patrimonialibus, tam in magna, quã in minuta menſura. 143.11

Regulares in pluribus caſibus poſſunt expendere fructus proprios, vel aliquam honeſtam negociationem exercere. 143. 12. & ſequentibus.

Regulares, & Clericos exercentes illicitas negociationes, in locis non exemptis, poteſt Ordinarius punire. 146.33.& 35

Regulares in partibus Indiarum, habentes licentias à capitulis Prouincialibus, vt fungi poſſint munere Parochorum, poterant illud efficere ſine licentia Ordinariorum ex conceſſione Pij V. quæ hodie remanet reuocata, ex alia conſtitutione Gregorij XV. 180. 18.

Regulares Prælati poſſunt benedicere ornamenta Eccleſiaſtica, pro vſu tantum fratrum, vel Monachorum ſuorum. 151. 3. & 4.

Regulares obtinentes beneficia curata, tam amobilia, quam perpetua, poſſunt ab Epiſcopo examinari, etiamſi in eadem, vel alia diœceſi examinati, & approbati fuerint. 161. n.7.

Regulares poſſunt cum licentia ſuorum Prælatorum Regularium audire confeſſiones ſuorũ Conregularium. 161.8

Regulares ſi obtinuerint licentias audiendi confeſſiones conditionaliter, & limitate quoad perſonas, loca, &c. poterit Epiſcopus illas reuocare, etiam ſine cauſa. 166. 43.

Regulares nullo modo poſſunt obtinere beneficia curata ſecularia, niſi adſit ſpecialis Summi Pontificis dſpenſatio, ob aliquam Eccleſiæ vtilitatem, vel neceſſitatem. 168. 1.& 2

Regulares poſſunt fungi munere Parochorum ob deficientiam Clericorum Secularium. 168.2

Regulares qui ad Prouincias Indorum ſe transferunt, poſſunt fungi munere Parochorum ob defectum Clericorum Secularium ex variis priuilegiis, quæ fuerunt limitata, & reuocata. 168. 3. & 19. cum ſequentibus.

Regulares in Indiis poterant exercere munus Parochorum ſola approbatione ſuorum Superiorum Regularium, nec aliqua indigere Ordinariorum, ſeu aliqua inſtitutione, vel collatione. 168.4. Quod limita vt 26. & ſequent.

Regulares in Indiis obtinuerunt ante Tridentinum varia indulta, vt exercere poſſent officium Parochorum ſine approbatione Ordinariorum, quæ quidem Indulta reuocauit ipſum Tridentinum, & ita fuit iuſſum obſeruari per diuerſas regias ſchedulas. 168. 5. & ſequen.

Regulares exercentes curam animarum, quoad eam viſitari debent ab Epiſcopo. 169.8. & 23.

Regulares gubernare Eccleſias Parochiales non eſt tam expediens, quam quod adminiſtrentur per Clericos Seculares. 172.17

Regulares, & omnes exempti ſunt ſub iuriſdictione Epiſcoporum in concernentibus, & dependentibus curam animarum. 176. 27. & 23

Regulares confeſſarij Monialium, ad eum effectum non indigebant approbatione Ordinariorum, ſed hodie ex conſtitutione Greg. XV. neceſſaria eſt illorum approbatio, & ita declarauit Sacra Congregatio. 174.22

Regulares non poſſunt deputari ad exercendam curam animarum, niſi præuio examine Epiſcopi, & de eius conſenſu. 174.25

Regulares exercentes curam animarum ſubſunt iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in his, quæ ad ipſam pertinent, non obſtante Breui Pij V. 173.23

Regulares exercentes curam in Indiis, licet in ſuis Capitulis Prouincialibus ad eum effectum fuerint nominati, neceſſario ab Ordinariis prius approbandi ſunt, antequam in ea ſe immiſceant ex conſtitutione Clem. VIII. 174.26

Regulares, vt exercere poſſint curam animarum, etiam in Indiis, debent habere approbationem Ordinarij, cui remanent ſubiecti in concernentibus ad dictam curam. 176.27

Regulares non poſſunt baptizare, aut alia Sacramenta miniſtrare, vel eſſe Patrinos ſine ſpeciali licentia Parochialis Præſbyteri. 176. 28.

Regulares, & omnes alij exempti ſubſunt Epiſcopis ratione beneficij, vel Parochialis Eccleſiæ. 176.29

Regulares an poſſint ab Epiſcopis cenſuris innodari, in caſibus in quibus illlis ſubduntur, anceps eſt quæſtio. 179.2

Regulares de iure poſſunt cum cenſuris puniri ab Epiſcopis, ſi audiant Secularium confeſſiones, vel prædicent Verbum Dei ſine ipſorum licentia, & approbatione, niſi aliquo priuilegio fuerint muniti. 179. 3. & ſequent.

Regulares excommunicari, & aliis cenſuris affici poſſunt ab Epiſcopis, ſi inobediẽtes fuerint in iis, quæ illis ſubiiciuntur, præcipuè ſi audiant confeſſiones Secularium, vel prædicent Verbum Dei ſine ipſorum approbatione. 179. 5. Sed alij contra ſentiunt. 25. & ſequentibus.

Regulares ſubiiciuntur Epiſcopis, quoad approbationem audiendi ſecularium confeſſiones, & prædicandi Verbum Dei. 179.6

Regulares ſi cõcionauerint, vel audierint Secularium confeſſiones, ſine approbatione Epiſcoporum, poſſunt ah ipſis puniri, etiam cum cẽſuris. 180.13.

Regulares quando ſubiiciuntur Epiſcopis ex diſpoſitione Tridentini, & Summorum Pontificum, per neceſſe conceditur eis, vt poſſint procedere contra illos cum cenſuris. 181.22

Regulares ſi inobedientes fuerint Epiſcopis in caſibus, in quibus ex Tridentino eis ſubiiciuntur, poterunt Epiſcopi procedere contra illos omnibus modis, iuxta terminos iuris. 181.23

Regulares habent varia priuilegia, ne ab Epiſcopis poſſint cenſuris innodari. 182. 26.

Regulares in aliquibus caſibus poſſunt puniri ab Epiſcopis cum cenſuris, ex diuerſis decretalibus, & variis decretis Tridentini. ibidem 28

Regulares non officiunt cenſuræ, & pœnæ com-

minatæ in legibus Synodalibus, & Conciliis prouincialibus, celebratis ab Epiſcopis. 182. 30
Regulares exempti ſunt à legibus diœceſanis. 181.30
Regulares poſſunt interdici ab Epiſcopis in vim Tridentini & Conſtitutionis Gregorij XV. ne prædicent verbum Dei, & audiant ſecularium cenfeſſiones, ſine ipſorum approbatione. 183.35. & 36
Regulares poſſunt puniri ab Epiſcopis pœnis & cenſuris in vim Conſtitutionis Gregorij XV. ſi concionauerint, vel audierint ſecularium confeſſiones, ſine ipſorum approbatione, & hoc quoties & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem. 183.37. & ſequen.
Regulares ſi indigeant Conſeruatore, & in Prouincia, vel loco non reperiatur ſynodalis, qui eo munere fungi poſſit, poterunt nominare alium, ne cum tanto diſpendio cogantur extra Prouinciam litigare. 193.7
Regulares ſi non habeant Conſeruatores, non poſſunt ſe tueri ab iniuriis & violentiis, quæ eis acciderint. 193.7
Regulares poſſunt conueniri coram Ordinario in cauſis Miſerabilium, vel in aliis, quibuſuis, ſi Iudicem certum non habeant. 193.10 & 12
Regulares non poſſunt eligere Cõſeruatores, qui careant qualitatibus requiſitis in Cap. ſtatutũ, de offic. & poteſt Iud. deleg. in 6. & præterea quod ſit deſignatus Iudex ſynodalis, in ſynodo Prouinciali, vel Diœceſana. 194. 14. & 15
Regulares notificare debent non ſolum Ordinario loci, nominationem Iudicis Conſeruatoris per ipſos factam, ſed etiam aliis, ad quorum diœceſes ſe extendit ipſius Iuriſdictio. 20.4
Regulares, extra clauſtra cum ſcandalo publice delinquentes, poſſunt puniri ab Epiſcopo. 146. 34. & ſequen.
Regulares ſunt exempti à Iuriſdictione Epiſcoporum ratione loci, perſonæ, contractus, & delicti extra clauſtra commiſſi. 146.34
Regulares non poſſunt miniſtrare Sacramenta Matrimonij, Extremæ vnctionis, aut Euchariſtię, ſine expreſſa Parochi licentia, in cuius Parochia exercenda ſunt. 147. & 2
Regulares poſſunt miniſtrare Sacramentum Euchariſtiæ in die Paſchatis, Matrimonij, & aliorum, ſine licentia Parochi, ſi ad hoc habeant ſpeciale priuilegium. 148.3. quod intellige vt 7
Regulares non debent miniſtrare ſacramenta ſuis Tertiariis, præter ſacramentum pœnitentiæ. 149.18.n.8
Reguleres prælati ſi contra voluntatem Religioſi Parochi, ſubditi ſui, miniſtrauerint ſacramentum Euchariſtiæ, extremæ vnctionis, & aliorum, incurrunt in pœnas, & cenſuras Clement. 1. de priuil. 149 9
Regulares non poſſunt deputari ad exercendam curam Parochialis, vnitæ conuentui, ſine conſenſu ipſius Prælati, præter approbationem, quam debent obtinere ab Ordinario. 149.11. & 12
Regulares Prælati, aut Abbates, etiã Benedicti, non poſſunt conſecrare vaſa ſacra, patenas, pixides, &c. nec altaria, lapides, aut Campanas, ſeu alia, requirentia ſacram vnctionem. 152.6. & 7
Regularium priuilegia, concedentia facultatem nominandi conſeruatores, ſunt odioſa, & ideo reſtringenda. 9.17. & 19
Regularium, & aliorum exemptorum cauſæ in prima inſtantia debent coram Conſeruatoribus, & non coram Ordinariis actitari. 85. 10
Regularium prædia ruſtica, an gaudeant priuilegiis conuentuum, ſeu collegiorum, quibus ſubſunt. 136.4. & 16. cum ſequen.
Regularium Monaſteria, collegia, conuentus, ſeu cœnobium in effectu idem important de per ſe, ac omnia iuncta. 136.1
Regularium Hoſpitia non comprehenduntur ſub nomine collegiorum, ſeu Monaſteriorum. 136.2
Regularium Grangiæ differunt à Monaſteriis, & collegiis, & in Hiſpania dicuntur prædia ruſtica. 136.3
Regulariũ Grangiæ, ſeu Prædia ruſtica, ſunt partes, & bona Monaſteriorum, vel Collegiorum, quibus ſubſunt. 136.5
Regularium Domus ruſticæ, ſi ex aliquo priuilegio gaudeant, vt ad eas confugientes non poſſint extrahi, datur extenſio, & idem dicendum eſt, de Hoſpitiis. 137.13
Regularium prædia, ſeu Domus ruſticæ nõ gaudent priuilegiis, & exemptionibus, quibus Monaſteria, in quorum dominio ſunt. 138.16 & 21
Regularium Hoſpitia non comprehenduntur appellatione Monaſterij, ſeu Collegij. 138. 17
Regularium Domus, vel locus, differt à Domo, vel loco Regulari, nam locus Regularis gaudet priuilegiis, quibus ceteri Conuentus, non verò Domus, ſeu locus Regularium. 138. 18
Regularium Hoſpitia, ſeu Domus ruſticæ, non gaudent immunitate Eccleſiaſtica. 138. 19. quod intellige vt n.20
Regularium Grangiæ, non ſubiacent viſitationi Epiſcoporum, neque ex eis debetur procuratio. 138.20
Regularium Oratoria priuata, quæ in Grangiis, vel domibus ruſticis habent Regulares, non gaudent immunitate, vt delinquentes, ex illis extrahi non poſſint, cum ſint inſtituta ad vſum tantum familiæ, & Religioſorum. 139.24
Regularium priuilegia, tangentia iurisdictionẽ propriam Ordinariorum, non poſſunt ipſimet Regulares interpretari. 69.5
Regularium exemptio à Iuriſdictione Ordinariorum fuit conceſſa à Gregorio VIIII. ſed poſtea fuit moderata in iure per Bonifacium VIII. 66.48
Regularium Monaſterium, ſeu Collegium, dicitur vnum corpus politicum. 155.7
Regularium vnum Monaſterium, ſeu collegium, non poteſt in ſimul totum excommunicari. 155.3
Regularium priuilegia, an ſemper interpretari debent ad illorum fauorem. 182.32
Regularium exemptio eſt fauorabilis Sedi Apoſtolicæ, cum ei interſit, multos habere immediate ſubiectos. 182.32
Regulari interdicere poteſt Epiſcop. ne prędicet ſine eius licentia, & approbatione, etiam non reddita cauſa. 108.22
Regularibus non abnegarunt Bullæ Gregorij, & Clementis, illam facultatem eligendi Conſeruatores, ſed tantum præſcripſerunt formam, & modum nominandi eos. 6.3
Regularibus quando præcipit Ordinarius, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus vt aliquid faciant in vim decretorum Tridentini, nullam iniuriam, nec violentiam illis iniungit. 42.5
Regularibus, aliquo tempore prohibitum fuit, ſecularium confeſſiones audire. 93.8
Regularibus prorrogarunt antiquitus Epiſcopi facultatem audiendi confeſſiones, quæ eis fuerat interdicta. 94.10
Regularibus poſſunt præcipere Epiſcopi, vt donec licentias audiendi confeſſiones, & concionandi, intra præſcriptum tẽpus exhibeant, à talibus miniſteriis ſe abſtineant. 118.3. & 5 cum ſequen.
Regularibus ſi iubeat Epiſcopus, vt exhibeant ſuas licentias audiendi confeſſiones, & concionandi, non eſt opus ad eum effectũ requirere Prouincialẽ, ſed ſufficit ipſos Regulares, vel ſuperiorem immediatũ monaſterij. 119.11. & 17
Regularibus prohibitum eſt emere rem ad reuendendam, in eadẽ ſpecie, in qua fuit empta, ſine aliqua melioratione, vel mutatione. 142. & 27
Regularibus permituntur aliquæ honeſtæ negociationes. 143. & ſequen.
Regularibus prohibita eſt mercatura, & negociatio mere lucratiua, quia retrahit à rebus ſpiritualibus, & præbet anſam peccatis. 145.27. & 28
Regularibus non poteſt Epiſcopus impedire licitas negociationes, quas ſine dedecore, aut indecentia exercuerint. 146.32. & 36
Regularibus honeſtiſſimum, & conſultiſſimum eſt, Prælatorum intentioni ſe promptos exhibere. 156.11
Regularibus non tenetur Epiſcopus edicere cauſam, propter quam eis reuocauit licentias audiendi confeſſiones, & concionandi, ſed tãtum Sedi Apoſtolicæ, ſi petierit, vt cauſam propalet, non verò, aliàs, aut alio modo. 151. 16. & 22
Regularibus ſi conceſſit Epiſcopus licentias audiendi Confeſſiones limitate, & conditionaliter, poterit illas reuocare intra limites conditionis, toties quoties voluerit. 157.18. & 23
Regularibus ferè ſemper Epiſcopi concedunt licentias audiendi confeſſiones limitate, quo caſu poteſt illos vocare ad nouum examen, ſi eis ita libuerit. 157.19
Regularibus poteſt Epiſcopus concedere licentias audiendi confeſſiones limitate, & conditionaliter. ibid.20
Regularibus conceſſit Pius V. vt in Indiis poſſent fungi munere Parochorum ſine approbatione Ordinariorum, dummodo in ſuis Capitulis Prouincialibus eſſent nominati, & approbati; quod Indultum fuit reuocatum à Gregorio XIV. 169.10. & 11
Regularibus commendanda eſt cura animarum, donec non reperiantur Clerici ſæculares, qui illud miniſterium adimplere poſſint. 171.14. & 15
Regulares obligant omnia decreta Tridentini, de ipſis loquentia, non obſtantibus eorum priuilegiis, & ad eum effectum deputat Epiſcopos exequutores. 181.19
Regularem, degentem extra clauſtra, poteſt Epiſcopus punire, ſi commiſit aliquod delictum, punitione dignum. 42.5. & 6
Regularem Prælatum monere debet Epiſcopus, vt puniat ſubditum ſuum, publice, & cum ſcandalo, extra clauſtra delinquentem, & ſufficit vna monitio. 128.38. & 42. cum ſequent.
Regularem Prelatum poteſt obligare Epiſcopus, vt puniat Religioſum delinquentem extra clauſtra, & ſi doloſè eum mutet in alium Cõuentum, reduci debet ad primum; quod ſi ita non fiat, puniri debet ab eo Epiſcopo, vbi commoratur. 127.35. & 36
Regularem ſemel approbatum pro audiendis confeſſionibus poſſe Epiſcopum ſuſpendere ſine noua cauſa; plures defendunt. 161.9. & ſequent.
Religio Hieroſolymitana habet priuilegium nominandi Conſeruatores ex conceſſione Pij V. Gregorij XV. & Vrbani VIII. 12.6. & 7
Religiones ferè omnes communicant inter ſe priuilegia. 8.9
Religiones Dominicana, & Franciſcana obtinuerunt indulta, vt in ſuis Conuentibus libere poſſint audire ſæcularium Confeſſiones; quæ moderauerunt alij Pontifices, & poſtea alij ampliauerunt. 94.11. & 12
Religionibus aliquibus fuit conceſſum, vt earum Regulis poſſent erigere altare portatile, quod quidem priuilegium tendit cum ipſis perſonis. 13 .22
Religionibus ſi fiat derogatio de priuilegiis, eis conceſſis, an præiudicet, ſi non fuerit intimata, & inſinuata Religionis priuilegiatæ. 132. 15. & 18. cum ſequent.
Religioſus non poteſt fungere munere executoris teſtamentarij, ſine licentia ſui Superioris. 81.15
Religioſus non habet velle, vel nolle. 81.15
Religioſus ſi obtineat licentiam à ſuo Superiore admittendi munus executoris teſtamentarij, ex eo videtur renuntiare ſuo proprio Iudici, & ſe ſubiicere Ordinario. 81.17
Religioſi ſubſunt Epiſcopo ratione delicti, vel contractus. 80.2
Religioſi pro ære alieno, vel debito an conueniri debeant coram Iudicibus Conſeruatoribus, anceps eſt quæſtio. 80.3. & ſeq.
Religioſi Societatis IESV habent priuilegium, quod quotieſcumque dubium fuerit ſuper intellectu ſuorum priuilegiorum, fiat interpretatio inter Iuriſperitos. 72.28. & 36
Religioſi tenentur ſtare declarationibus, & interpretationibus, factis à ſuis Generalibus circa conſtitutiones, priuilegia, & exemptiones, quoad ſerenitatem ſcilicet ſuarum conſcientiarum, 72.25
Religioſi grauantes Eccleſias decimis, eis debitis, excommunicantur, ſi requiſiti non deſiſtant intra menſem. 88.13
Religioſi in partibus Indiarum poſſunt fungi munere Parochorum, in defectum Clericorum ſæcularium, obtenta ſolum licentia ſuorum Prælatorum, ex conceſſione Pij V. 150.17

Religioſi miniſtrantes Sacramenta Matrimonij, Extremæ vnctionis, & aliorum, ſine Parochi licentia, ipſo facto incurrunt in excommunicationem, Sedi Apoſtolicæ reſeruatam. 148.2

Religioſi Particulares negotiantes peccant contra paupertatem, quia ſunt proprietarij, cum pecuniis vtantur. 145.30

Religioſi Franciſcani ſunt incapaces graduũ, qui in vniuerſitatibus conceduntur. 248.11

Religioſi Carmelitæ in Regnis Hiſpaniarum conueniebantur coram ſuo Superiore, in defectum Conſeruatoris, non verò coram Ordinario, ex indulto Pij V. quod hodie iam eſt ſublatum. 194.13

Religioſorum Oratoria priuata, quæ in Grangiis, vel domibus ruſticis habent, non gaudent immunitate, vt delinquentes extrahi ex illis non poſſint, cum ſint inſtituta ad vſum tantum familiæ, & Religioſorum. 139.24

Religioſorum in Oratoriis priuatis Prædiorum ruſticorum, non debent admitti extranei, pro audiendis Miſſis. 139.24.& 25

Religioſis ſi inferatur iniuria verbalis, an poſſint recurrere ex ea ad Conſeruatorem. 89. & ſequent.

Religioſis priuatis interdictum eſt quodlibet genus negociationis, vel mercaturæ. 145.29. & 31

Religioſos, & alios exemptos poteſt compellere Epiſcopus ad reddendam rationem coram ſe, de executione teſtamentorum, illóſque punire, ſi in ea male ſe geſſerint. 80.9. & ſequent. quod limita vt 19

Res inter alios acta mihi nocere non poteſt. 234.5

Reſcriptum Pontificis, vt exequi valeat Epiſcopus, coram eo prius exhibendum, & examinandum eſt, an aliquid obſtet, quod non debeat exequi, quod extende rtiam ad diſpenſationes, & ad alia, quæ ſunt peculiaria Pontificis. 59.49.& 50

Reſcriptum præſentatum delegato, ſi opponatur quod ſit falſum, ipſe cognoſcet, vel veritate, ſumendo informationem. 70.17

Reſcriptum Principis. etiam in cauſis particularibus, habet vim legis. 114.53

Reuerentiale obſequium tenetur Epiſcopo præſtare omnes exempti, licet non ex vi ſubiectionis, ſed ratione dignitatis. 123. 13. & ſequen.

Reuerentiale obſequium, debitum Epiſcopo, an teneatur præſtare exemptus ab ipſo Epiſcopo, & an à pari procedat, ſi ſit exemptus à Papa 124.14.& 15

Reuocari poteſt ſine cauſa qui obtinet beneficium ad nutum amouibile. 162.14

Reus vt immunitate Eccleſiæ non gaudeat, neceſſe eſt vt ſit accuſatus pro eodem crimine, pro quo gaudere non poſſit, licet in aliis proceſſibus coram diuerſis Iudicibus ſit accuſatus, ex delictis exceptuatis. 224.8

Reus quando extrahitur ex Eccleſia per Miniſtros ſeculares, duplex præiudicium conſideratur, ſcilicet ipſius extracti, & loci ſacri, de cuius immunitate contenditur. 225.15

Reus immunitate gaudet ſi delictum non ſit cõſummatum, ſed attentatum, etiamſi fuerit ex exceptuatis. 225. 14. & 227. 1.& 236.16

Reus confugiens ad Eccleſiam quamuis renunciet eius immunitati, non ex eo illa priuari debet, quamuis voluntarie ſe tradere velit curiæ ſeculari. 234.7.& 8

Reus qui ad Eccleſiam cõfugit, ſi renunciet eius immunitati, & violenter per Miniſtros ſeculares fuerit extractus, non debet illa priuari. 235.9

Reus, vel alius quilibet ſi ex loco ſacro, vel immuni extrahatur, duplex præiudicium conſideratur, aliud reſpectu extracti, & aliud reſpectu loci, & ideo licet poſſit quoad ſui præiudicum renunciare, non verò quoad præiudicium Eccleſiæ. 235.10.& 11.& 255.69

Reus vt gaudeat, vel non immunitate Eccleſiæ probari poteſt per ſummariam, ſimplicem, & extraiudicialem informationem, pro conſcientia ipſius Iudicis. 244.14

Reus ſi confiteatur latrocinium in iudicio, non ex eo priuari debet immunitate Eccleſię, quia ex eo non dicitur publicus latro. 251.28

Reus qui ad carcerem, vel ad ſupliciũ defertur, ſi liber ex manibus Miniſtrorum ad Eccleſiam confugiat, vel ab alio ſit ductus, gaudet illius immunitate, ſecus autem ſi in poſſe familiæ. 235.45.& ſequen.

Reus dum eſt ſuſpenſus in furca, vel ſaltem per ſpacium 24. horarum exiſtit ſub dominio, & poteſtate Iudicis, qui mandauit exequi ſententiam. 235.49. quod intellige vt. 50

Reus pro ſui defenſione habet ius, ſe violenter extrahendi ex manibus Curiæ, & ad Eccleſiam cõfugere, vt eius immunitate gaudeat. 254.55

Reus violẽter extractus ex territorio vnius Principis, ſe recipiendo in territorio alterius, gaudet immunitate illius territorij, in quo ſe recepit. 254.58

Reus non tenetur manere in carcere, vel in triremibus, cum iudicis ſit curare, vt maiori vi detineatur, ne aufugiat. 255.63

Reus adimplendo pœnam, ad quam fuit condemnatus, nouus homo conſideratur. 256.64

Reus, criminoſus, aſportatus ad Eccleſiam, etiam per vim, gaudet eius immunitate 255.68

Reo cuicumque libere ad Eccleſiam confugiendo, ipſa præſtat auxilium ſuum, vt ipſius immunitate gaudeat. 254.56

Reum qui aliàs gaudere debebat Eccleſiæ immunitate, ſi tradiderit Epiſcopus curiæ ſeculari, peccat mortaliter, & incurrit in alias pœnas 257.81.& 82

Romanus Pontifex multoties nominatur Epiſcopus Vrbis Romanæ, vel Catholicæ Eccleſiæ. 122.3

Ruſticæ Domus, vel Grangiæ Regularium, an gaudeant immunitate Eccleſiarum, & aliis priuilegiis, & exemptionibus, quibus Monaſteria, in quorum dominio ſunt. 137.12. & ſequen.

S

SAcerdos, & confeſſarius poteſt aliquis exiſtere ſine magiſterio, aut doctoratu. 187.13

Sacerdotes iudicari non poſſunt per Iudices alienos ſui Ordinis. 123.9

Sacramentum, vt conficiatur, materia, & forma moraliter vniri debent. 187.13

Sacramentum vt conficiatur, eſſentialiter requiritur materia, & forma, quod ſupplere Pontifex non poteſt. 188.12.& 13

Sanguis Ouium, Epiſcopis commiſſarum, ab eorum manibus requirendus eſt. 119.7

Satiſdatio idem importat, quod ſatisfactio. 84.8





Scholaſticis ſtudentibus varia priuilegia conceduntur in iure. 65.41

Scriptura non eſt neceſſaria ad concedendum approbationem ad concionandum vel audiẽdas confeſſiones. 187.7.& ſeq.

Scriptura non eſt de neceſſitate gratiæ, aut priuilegij, per ſe loquendo. 187.9

Scriptura integra exhibenda eſt, vt fidem faciat; nam in initio, vel in fine corrigi, vel emendari, aut moderari poteſt. 129.47

Scripturam requirit priuilegium, & ſi de ea non doceatur, de illo non præſumitur, nec ſufficit eſſe in quaſi poſſeſſione. 61.14

Seculares Canonici Eccleſiæ Cathedralis poſſunt eſſe delegati iudices, vel Synodales, non vero Canonici Monachi. 10.6.& 7

Sedes Apoſtolica, vel Epiſcopalis numquam moritur, & ideo, quod ab illa conceditur, ſemper durat, donec ab ipſamet, vel à ſucceſſore reuocetur. 26.15

Senatus Limani in Indiis deciſio quædam refertur contra certum correctorẽ, qui Religioſos vnius ordinis, grauibus iniuriis verbalibus affecerit, & declarauit ex eo non poſſe ad cõſeruatorem recurrere. 89.22

Sententia iudicis ſi timeatur, quod poſſit eſſe eluſoria, debet iudex inducere partibus, vt præſtent cautionem fideiuſſoriam, de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo. 84.4

Sententia iudicis manifeſtat delictum prout in accuſatione continetur, ſed non vltra. 250.26. & 30

Sententia facit rem notoriam ſecundum id, quod in accuſatione continetur. 251.27

Sententia iudicis attendi debet quoad Reum, nõ vero lex, quæ aliud iubet, in quo cenſetur facta abſolutio. 255.66.& 69

Silere facit vltima diſpoſitio, vel conceſſio, omnes antecedentes contrarias. 196. 26. & 27.

Synoles iudices debẽt eſſe, qui fungi poſſint munere conſeruatorum. 14.2

Synodales ſi moriantur, poterit Ordinarius loci, cum conſilio capituli deſignare perſonas, in locum demortuarum, dummodo habeant qualitates neceſſarias. 14.1

Synodales iudices conſeruatores poſſunt eſſe Canonici Cathedralium, non vero Collegiatarum. 14.3.& 4

Synodales non poſſunt eſſe coadiutores Canonicorum, vel dignitatum Eccleſiæ Cathedralis. 16.19

Synodales iudices, debent eligi, & nominari in Synodis diœceſanis, vel Prouincialibus cum certis qualitatibus. 15.12

Synodales iudices, ſi non reperiantur in loco, vbi conſeruator nominandus ſit, an ſine ea qualitate poſſint nominari. 193. 15. & ſequent.

Synodalis debet eſſe qui nominandus eſt iudex conſeruator, præter qualitates requiſitas in cap. ſtatutum, de offic. & poteſt. iud. deleg. in 6. 194.15

Societas Iesv, habet facultatem eligendi conſeruatores ex Indulto Pij V. & Greg. XIII. dũmodo ſint in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti. 189.1.& ſeq.

Societas Iesv, ex conſtitutione Gregorij XIII. poterat eligere in Conſeruatores, perſonas in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutas, qui gerebant vices Ordinariorum. 199. 11.

Societati Iesv, conceſſit Gregorius XIII. facultatem nominandi Conſeruatores, quæ partim eſt reuocata per Bullam Gregorij XV. iuxta quam omnes conſeruatoriæ ante ipſam conceſſæ regulandæ ſunt. 194. 11. & ſequentibus.

Solemnitas requiſita in reſcripto, continente dictionem, *Aliter*, ſi ad vnguem non obſeruetur corruit actus. 10.4

Speciale mandatum ſi requirat actus, non creditur Cardinali, atteſtanti de eo, bene tamen in iis, quæ iuri communi, tamquam legato, ſeu aliàs virtute dignitatis competunt. 78. n.9.

Sportula debentur iudicibus delegatis, non vero Ordinariis. 70.14

Statutum, ſiue lex puniens offendentem in domo, vel Conuentu, aut Collegio Regularium, non ſe extendit ad Hoſpitia. 137. 14.

Statutum particulare, vel lex vnius Prouintiæ non extenditur vltra illam. 194. 11.

Statutum prohibens aduocare; non ex eo prohibet allegare in ſcriptis, & in camera conſulere. 244.15

Status Regularis ex ſua natura petit, non implicari negociis ſecularibus, ſed vacare Deo, & fugere pericula contra paupertatem Religioſam. 146.34

Stylus Curiæ facit ius quoad omnes, & de non licito licitum, ſimulque declarat mentem concedentis priuilegium. 133.20

Stylus facit ius, & pro lege habetur, & ita iudex tenetur illum ſeruare, aliàs facit cauſam ſuã. 225.16

Suburbia, & alia loca ſubiacentia alicui ciuitati, gaudent eiſdem Priuilegiis, quibus ipſa ciuitas. 134. 7. Quod intellige vt 27.

Succedere in aliqua re, vel iure, nihil aliud eſt, quam intrare in locum vltimi poſſeſſoris. 165.39

Superior Regularis tenetur mittere ad Epiſcopum ſententiam, & eius executionem, prolatam contra Regularem delinquentem publicè, & cum ſcandalo, miſſum ab Epiſcopo ad eum effectum. 128.39.& 43. cum ſequent.

Superiores locales Monaſterij habent æqualem iuriſdictionem, ac Prouincialis reſpectu Monachorum, ibidem degentium, in his ſcilicet, quæ ipſis pertinet, tamquam Superioribus. 120.15

Suſpicio, quę ſufficit ad repellendum teſtem, multo melius ſufficit ad repellendum iudicem. 8. 7.& 9

Suſpenſionis pœna imponi poteſt propter delictum. 155.8

Suſpicio legitima ſi adſit in iudice, non debet pronunciare. 69.4

Suſpicio non datur in iudice, ſi intereſſe non ſit proximum, ſed remotum. 69.8

Suſpectus reputatur iudex in cauſa propria, & ideo admitti non debet. 69.3

## T

TAxatiua, limitatiua, exceptiua, reſtrictiua, & excluſiua eſt dictio, *tantum*. 10.2

Tertiariis non poſſunt Fratres Minores miniſtrare Sacramenta, præter pœnitentiam. 149.8

Teſtator non poteſt prohibere in ſuo teſtamento, vt Epiſcopus non exigat rationem teſtamentariam ab exequutoribus. 82.20

Teſtis habens aliquod intereſſe in cauſa non admittitur, etiamſi ſit remotum, ſecundarium, vel in conſequentiam. 8.7

Teſtis deficilius repellitur pro teſtificatione, quã iudex pro iudicatura. 8.8

Teſtis non repellitur in depoſitione, nec iudex in iudicando, ſi commodum, quod reſultat ex cauſa ſit ſecundarium, & in conſequentiam. 70.9

Teſtis vnicus an probet contra producentem. 228.9

Teſtes poſſunt eſſe in teſtamento legatarius, & qui fuit ſcriptor tutor. 69.8

Teſtes ſi allegētur ſuſpecti, ex aliqua cauſa, multo melius ex ea debet allegari iudex, ne iudicium proferat. 8.7

Teſtes producti ab vna ex partibus probant contra producentem, etiam in criminalibus. 227.7

Teſtes duo conteſtes faciunt plenam probationem maxime ſi deponant de facto proprio. ibid.8

Tonſura prima eſt venus ordo Eccleſiæ. 230. n.7.

Tridentinum Concilium reduxit omnia priuilegia, quæ habebant Regulares, vt libere audire poſſint confeſſiones, & decreuit, ne id efficere poſſent ſine examine, & appprobatione Epiſcopi, illius diœceſis, vbi illud exercere intendunt. 94.13

Tridentinum reuocauit indulta, quibus concedebatur Regularibus, vt in Indiis poſsēt exercere officia Parochorum ſine approbatione Ordinariorum. 168.5.& ſeq.

Tridentinum nominat Epiſcopos executores decretorum ipſius. 46.28.& 31

Tridentinum Concilium iubet vt Regulares obſeruent omnia decreta, de ipſis loquentia, non obſtantibus eorum priuilegiis, & ad eum effectum deputat Epiſcopos in exequutores 181.19

Tridentinum præſcribit formam puniendi Regulares, delinquentes notorie, & cum ſcandalo intra Eccleſiam ſect. 25.cap. 14. de Regularibus. 128. 40. & 44. cum ſequentibus.

Tridentinum & Summi Pontifices quando ſubiiciũt Regulares iuriſdictioni Epiſcoporũ, per neceſſe concedunt, vt poſſint procedere cum cenſuris. 181.22

Tridentinum non limitat Epiſcopis modum procedendi contra Regulares in caſibus, in quibus, eos illis ſubiicit, & ideo ſi inobedientes fuerint, poterunt Epiſcopi procedere omnibus modis, iuxta terminos iuris. ibid.23

Tridentinum non præſcribit formam Epiſcopis circa conceſſionem approbationis ad audiendas confeſſiones, vel concionandum, & ideo poterunt illam concedere provt ipſis libuerit. 185.3

Tridentinũ, quando concedit Epiſcopis, vt procedere poſſint tamquã Sedis Apoſtolicę delegati, nihil poſſunt operare contra eos conſeruatoriæ exemptorum. 43.10

Tridentini decreta vt poſſint moderari in vim litterarum conſeruatoriarum, neceſſaria eſt expreſſa illorum derogatio, nec ſufficiũt clauſulæ generales. 46.27

Tridentini diuerſa decreta diſponunt, vt Epiſcopi poſſint procedere contra Regulares, cum cenſuris. 182.28

Tridentini decreta, quando concedunt Epiſcopis, vt procedant tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, non indigent aliqua probatione, vel exhibitione delegationis, ſecus tamen eſt, in iudicibus conſeruatoribus, vel aliis delegatis. 44.15

Tridentini decreta, vt ab omnibus cuſtodiantur, procurare tenentur Epiſcopi. 44.19

Tridentini decreta vt ab omnibus cuſtodiantur, iubet idem Tridentini Epiſcopis, vt ipſi illi exequantur, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatis. 45.21

Tridentini decreta ſi iubeat Epiſcopus, vt obſeruent exempti, non poſſunt ex eo recurrere ad conſeruatores. 51.1.& 4

Tridentini diſpoſitio ſeſſ. 24.c.2.quomodo intelligatur quoad Regulares, fauore Ordinariorum. 54.22

Tridentini decretis ſi obſtent aliqua priuilegia, cõceſſa quibuſcumque perſonis, reuocata remanent ex Bulla Pij IV. 48.30

Triremium pœna in Aragonia irrogari non debet, niſi latronibus. 226.2

## V

VAriæ decretales, & diuerſa Tridentini decreta diſponunt, vt Epiſcopi poſſint cum cenſuris procedere contra Regulares. 182.28

Vaſa ſacra, & alia requirentia vnctionem, poteſt concedere Pontifex, vt illa cõſecrare poſſit quilibet Prælatus Regularis, vel alius Sacerdos Secularis. 152.9

Vaſa Sacra, vel alia requirentia Sacram Vnctionem non poſſunt conſecrare Prælati Regulares, aut Abbates, etiam benedicti. 152. 6. & 7.

Vaſorum ſacrorum conſecratio, & aliarum rerum requirentium ſacram vnctionem, eſt Ordinis Epiſcopalis, non vero iuriſdictionis. 152. 8.& 15

Velle, vel nolle non habent Religioſi. 81. 15.

Vendere poſſunt Clerici, & Regulares fructus prouenientes ex bonis patrimonialibus, & beneficialibus tam in magna, quam in parua quantitate, vel menſura. 143. 11.

Vendere poſſunt Clerici, & Regulares boues, & alia animalia, quæ habent ex ſucceſſione, vt granum, frumentum, ordeum, &c. 144. 15.& 19.cum ſeq.

Vendere cogitur vicinus domum, vel fundum pro ædificatione, ſeparatione, vel ampliatione Monaſteriis, vel alterius loci pij. 37.9.quod intellige vt 10

Verbum generale vnius clauſulæ reſtringitur, per verbum ſpeciale, ei adiunctum. 9.15

Verbum generaliter prolatum accipit interpretationem ex adiuncto. 9.16

Verbum, *Seuēre*, ex ſui natura idem importat, quod crudeliter. 126.17

Verbum, *Moneo*, ex ſui natura inducit ad monitionem, licet ex adiunctis inducere poſſit præceptum. 124.19

Verba generalia reſcriptorum intelligenda ſunt ſecundum ius commune. 9.21

Verba vbi ſunt clara, intelligenda ſunt ſecundũ propriam ſignificationem. 15.6

Verba legis, ſeu ſtatuti proprie intelligi debent. 15.9.21.& 24

Verba priuilegij exemptiui ſi ſint clara, & Ordinarius, eis non obſtantibus, velit procedere, poterũt exempti recurrere ad conſeruatorem; ſecus ſi verba ſint ambigua, & obſcura. 71.19

Verba priuilegij ſi ſint dubia, obſcura, vel ambigua, recurrendum eſt pro interpretatione, ad ſupremum Principem. 71.20.& ſeq.

Verba inſeruire debent intentioni, non autem intentio verbis. 125.10

Verba, *In virtute Sanctæ Obedientiæ*, inducunt peccatum mortale ex ſubiecta materia, aduerſus contrauenientes. 125.20

Verba prolata enunciatiue non probant, ſecus autem, quæ adiecta ſunt per modum rationis. 231.19

Verba iniurioſa contra aliquem publicè, & corã frequenti populo dicta, non ſolum detractionem, ſed manifeſtam iniuriam inducunt. 89.18

Verbo, vel ſcripto, ſi aliquis iniuriauerit, de iure ciuili fit inteſtabilis. 87.4

Verbo, vel opere ſi iniuriauerit Regularis Ordinarium in examine ad audiendas confeſſiones, poterit ab ipſo carcerari. 99.35

Vicarius foraneus Epiſcopi habet vniuerſalitatẽ cauſarum, quia committuntur ratione territorij. 108.23

Vicarius Generalis Sede Vacante ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione oratoria. 112.40

Vicarius non poteſt cogi ad vendendã domum, vel quid ſimile immobile pro ampliatione, ædificatione, vel reparatione Hoſpitij Regularium. 137.11

Vim vi repellere licet, reſpectu illius, qui vim intulit, non veto tertij, non inferentis. 231.19

Violentia notoria, & manifeſta iniuria probari debet, antequam conſeruator iudex poſſit vti ſua iuriſdictione. 27.19

Viſitare tenentur Epiſcopi ſuas diœceſes, vt iubeant quidquid ad morum correctionem, & augmentum cultus diuini iudicent neceſſarium. 119.6

Viſitare poſſunt Epiſcopi adminiſtratores locorum piorum, & ab eis rationem exigere. 66.55

Viſitare poſſunt Epiſcopi loca pia ſuæ Diœceſis, etiamſi ſint exempta, in his ſcilicet, quæ pertinent ad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem. ibid.56

Viſitare poſſunt, & debent Epiſcopi omnia, quæ ad Dei cultum, & animarũ ſalutem, aut pauperum ſuſtentationem inſtituta ſunt. 81.13

Viſitatores faciunt corrigi Monachos per Abbates. 55.28

Viſitatores Epiſcoporum in actu viſitationis iubent vt omnes exhibeant titulos ordinum, vt exinde conſtet, ſi legitime miniſtrant. 118.5

Vniuerſalitas cauſarum ſine reſtrictione eſt neceſſaria, vt quis dici poſſit iudex Ordinarius. 27.26

Vniuerſitati ſi ſint conceſſa priuilegia, non comprehenduntur in generali derogatione priuilegiorum. 67.57. Quod intellige vt 58.& ſeq.

Voluntatem teſtantium ſunt Epiſcopi executores ligitimi, illiſque pertinet, vt ad vnguem exequantur. 81.12

Vrbanus VIII. reuocauit omnia priuilegia, & Indulta, quibuſuis conceſſa, etiam per modum communicationis, audiendi ſecularium confeſſiones abſque examine, & approbatione Ordinariorum. 96.25.& ſeq. 118.4

Vrbanus VIII. reuocauit per ſuam ſpecialem cõſtitutionem illud priuilegium, conceſſum alicui Religioni, vt Regulares ipſius ſemel approbati in Vrbe à Vicario, cenſerentur approbati in toto Orbe. 97.27.& ſeq.

Vrbanus VIII. & Greg. XV. decreuerũt, nõ poſſe Regulares concionare, etiã in propriis Eccleſiis, contradicente Epiſcopo, & ſi contra fecerint, vt poſſit contra illos procedere pœnis, & cenſuris. 108.23.& ſeq. præcipue 47

Vrban. VIII. reuocauit generaliter omnia indulta & priuilegia, etiam per modum communicationis conceſſa, audiendi confeſſiones ſine examine, & approbatione Ordinariorum. 174. 24.

Vrbis Romanæ, vel Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, mulioties nominatur Romanus Pontifex. 122.3

Vſuras ſoluere iurans tenetur ad illarum ſolutionem, licet eas poſſit poſtea repetere. 63.28

Vti non poterunt Regulares conſeruatoribus, niſi quando eis fit notoria iniuria, & manifeſta violentia. 42.3

Vti non poterunt Regulares ſuis Conſeruatoribus contra Epiſcopos, in caſibus, in quibus procedunt in vim Tridentini, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati. 42.5.& 9.cum ſeq.


*F I N I S.*